

642

DUPLICATA DE LA BIBLIOTHÈQUE
DU CONSERVATOIRE BOTANIQUE DE GENEVE
VENDU EN 1922

F L O R A

WIRCEBURGENSIS

SIVE

PLANTARUM IN MAGNO - DUCATU

WIRCEBURGENSI INDIGENARUM

ENUMERATIO SYSTEMATICA

CUM

EARUM CHARACTERIBUS GENERUM, SPECIERUM DIFFERENTIS, LOCIS NATALIBUS ET VITAE DURATIONE, BREVIBUSQUE DESCRIPTIONIBUS

IN USUM TIRONUM DILUCIDATA

AUTHORE

FRANC. XAV. HELLER

MED. ET CHIR. DOCT. BOTAN. IN UNIVERS. MAGNO - DUCAL. WIRCEBURGENSI PROF. PUBL. ET ORD. SOCIET. POLYTECHN. WIRCEB. SODAL.

LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN

Pars I.

Gregor Kra
prof. bot.
erlang. hal. wir

WIRCEBURGI

apud Josephum Stahel

1810.

DUPLICATA DE LA BIBLIOTHEQUE
DU CONSERVATOIRE BOTANIQUE DE GEN

VENDU EN 1922

128314
.H41
v. 1

Haec studia adolescentiam alunt, senectutem oblectant.

Cicero pro A. P.

L. b. S.

Quod benevolo ac indulgenti tuo iudicio tradere audeo, opusculum equidem praeter ea, quae a quavis uniuscujusque provinciae Flora jure tuo optimo maximoque exposcas, novi continet nihil. Hoc tamen non obstante non spero tantum, sed etiam plane confido, hoc quidquid est opusculi, haud omnino tibi ingratum, neque nullius, commodi tui rationibus inspectis, pretii futurum esse. Quotus enim quisque ibit infitias, regionem praecipue eam, quae vegetabilium suorum divitiis haud facile cuiquam alteri, paucis forte exceptis, palmam concedit, non nisi difficulter sua speciali Flora carere posse, ejusque inopiam his praesertim temporibus, quibus amor et studium Botanices mirum in modum adcrevit lateque dominatur, eo vehementius sentiri?

Sedecim sunt, et quod excurrit, anni, quum *Patris* mei, mihi meisque praemature erepti, qui Floram patriam speciali prosecutus est cultu, miraue solertia ipse excoluit, ductu, plantarum indigenarum studio, procul habito omni earum discrimine, operam meam consecrare inciperem. Montes visitabam et valles, sylvas aeque ac locos palustres, et, ut breviter dicam, omnes eas

patriae meae plagas, quas penitius nosse atque perspicere plantarum amatoris quovis modo interesse potest; colligebam, examinabam serius, colloquebar cum viris, quorum in scientiam Botanicis studium et amor non vulgaris mihi innouerat, et quorum adeundorum copiam ampla venerandi *Patris* mei cum illis familiaritas mihi fecerat; colebam ipsemet, quatenus id fieri poterat, et qua in re *Patris*, cujus nulla unquam apud me erit oblivio, indulgentia ac veluti manductio maximum mihi ante omnes alios subsidium praebuit, patrias, et inter has praecipuo fervere dubias, quos usquam deprehendi, plantas; quae ipsa proprio a me Marte suscepta cultura facilem praebuit, et exoptatam mihi occasionem, non teneram tantum earum adolescentiam, sed luxuriosum etiam pleni, quam attingerant, vigoris florem quam curatissime observandi.

Hic porro meus patriae Florae amor novum ex praelectionibus et privatis etiam atque amicissimis instructionibus mei, quem diutius superesse scientiae Botanicis multum intererat, Magistri, et in munere professorali Antecessoris celeberrimi *Heilmann*, cepit incrementum, qui suas multo partas labore notiones atque observationes benevolentissime mihi communicabat, meamque qualemcunque patriarum plantarum culturam omni, qua poterat, opera adjuvare adlaborabat.

Quos itaque pluribus annis continuavi labores, eorum summam et fructum rei Botanicis peritis et amatoribus subtimidus expono, benignam eorum indulgentiam eo majori spe-

sperans fiducia, quod tironum magis, quam eorum, qui summum in omni re botanica scientiae apicem attigerunt, commoda respiciam; proculque absim ab eo adrogantiae genere, quod novis, si Diis placet, in hac scientia factis, vel imaginariis inventionibus, variationibus, atque innovationibus, queis Summae rerum plus saepe detrimenti quam commodi adfertur, gaudere solet.

Accedit et illud, quod, qui mihi in hoc curriculo praeierit, et cujus veluti humeris insistere potuissem, vel qui viae, quam emetiri volebam, aditum aperuisset, fuerit nemo. *)

*) Edidit quidem *clariss. Dr Lehmann* plantarum circa Wirceburgum et in ejus vicinia (paucis exceptis) sponte crescentium enumerationem, cui ille *primarum Florae herbipolensis linearum* nomen tribuere non dubitavit, sed an omni etiam jure potuerit, magnopere dubium reliquit. Eam enim nec sufficere, nec vel posse etiam omnia complecti, quae *Flora particularis* totius cujusdam Provinciae requirit, cum inspicienti patebit, tum vel leviter cogitanti facile erit ad adsequendum. Nam *vir ille doctissimus* brevi nimis tempore in nostra moratus provincia plurimarum Botanico maxime notatu dignarum regionum vix ullam sibi notitiam conciliavit. Quo posito in propatulo est, eum omni etiam sagacitate, non dicam *Floram patriam* perfectam, sed ne *primas* quidem ejus *lineas* elaborare potuisse. Hinc est, quod in illa enumeratione perplures plantas indigenas observatu dignissimas desideremus; hinc omissiones plantarum in illis etiam regionibus, quas *cl. Author* (uti ex locis ab eo citatis adparet) certissime invisit, nimis frequentium; hinc quod frequentes subin tanquam raras, et raras tanquam fre-

Extraneos plantarum scrutatores quod at-
tinet, vel hos etiam omne huic nostrae Flo-
rae ditissimae pretium haud facile abjudica-
tuos esse, confido, *) quum haecce nostra
ocula ad construendam totius *Germaniae*
Floram aliquod, quam leve illud etiam sit,
haud tamen omnino contemnendum munus-
culum conferat. Itaque iudices aequi boni-
que

frequentes adleget, et quae sunt hujus generis
sphalmata plura.

- *) *Celebris* omnique jure passim aestumatissimi
Botanici *D. Doctoris Rohde* dicto, (vid.
Schraders neues Journal für die Botanik, B.
II. st. 2. p. 2 et seq.) magnum Ducatum wirce-
burgensem, si cum Comitatu werthemien-
si atque agro suevofurtano eum conferas, plantarum
paupertate premi, unusquisque, qui anni tem-
pestate plantis favorabili, nec hieme intempe-
sta, qua nonnisi jam siccus *Carduus acanthoides*
tibi comes sit, hujus, quae de suo flore jure po-
test meritoque sibi gratulari, provinciae plagas
vel obiter peragraverit, id, quod ipse debetur,
pretium suoapte statuet. Equidem ego me,
quum eas ipsas, quae loco citato exhibentur, li-
teras inspicerem, a risu mihi temperare non po-
tuisse, haud diffiteor. Sane *celeberrimus* ear-
um *Author* haud cogitaverit, Werthemii et
Suevofurti regiones sine medio Magno ducatu
wirceburgensi finitimas esse, quin etiam ex par-
te eodem cingi, cui consecaneum esse facile
quisque largietur, omnia ea plantarum genera,
quarum vegetatio in illis regionibus observatur
in nostra quoque, quam suae apprime uberis
terrae fertilitas commendat, nutriri, et quam
laetissime efflorescere posse; praecipue quum
provincia wirceburgensis montium, sylvarum at-
que omnis generis Florae botanicae nutrimento-
rum

que de meo, quem in hac Flora elaboranda mihi praefixi, sine merito haud aliter, quam ex animi mei sententia, statuent, et cuiusvis vel putatio vel vero errori eo lubentius indulgebunt, quo certius est, nullas Florae cujuscunque primitias ad eum perfectionis gradum adductas esse, quem Botanici omnibus numeris absoluti exoptare merito possunt. Ut taceam, in mea, quum auditoribus meis praelectionibus praeeo, potestate esse; quae desunt, supplendi, et corrigendi errata.

In elaboranda porro hac Flora eam mihi praecipue legem tuli, illas duntaxat plantas a me enumerari debere, quas ipsemet suis locis detexi et observavi, paucis exceptis, quae virorum fide dignissimorum benevolentia mihi innotuerunt. Sed et earum merito mentione-

rum frequentia praedictis regionibus multum praestet. Idque ipsum profecto *D. Doctori Lehmann*, quem antea excitavimus, laudi est, quod *celeberrimi Rohdii* iudicium hiemale, si hoc verbo propterea uti liceat, quod intempestivum hocce iudicium in medio hiemis rigore ferre haud dubitaverit, in suis primis lineis *Florae herbipolensis* maximam partem jam refutatum eat, ejusque causam in ignorantia vel certe mediocri notitia hujus nostrae provinciae ponat. Et profecto neque de singulis hominibus neque de totius cujusdam provinciae indole iudicium aliter ferre oporteret, quam re penitus inspecta, omnibusque quae influunt, circumstantiis rite matureque ponderatis. Quarum rerum notitiam curatorem sibi comparare *D. Doctori* eo fuisset facilius, quo magis de suis, quos *Wirceburgi* habuit vel nactus est, fautoribus et amicis gloriatur.

tionem faciendam esse existimavi, quae, etsi aliud habeant natale solum, p̄nes nos tamen passim et communiter coluntur. Nam semper illud paradoxum mihi visum est, quoties observavi, tironem libro suo armatum, quum plantas quaesiturus huc illucque circumvagatur, plenos circummeuntem agros, extra statum esse positum, quo plantas hanc in provinciam translatas et vulgariter cultas ad ejusdem libri ductum quaerere, inquirere, et determinare possit.

De characterum generum, et differentiarum specierum accurata cognitione dum agebatur, uti et de ipsis, quas adjiciendas putavi, plantarum expositionibus, quae omnia tironibus quam utilissima sunt, eosque in illis detegentis mirum in modum adjuvant, consultis desuper probatissimis authoribus, vel vivum exemplar, quoadusque fieri poterat, vel plantas exsiccatas fideliter secutus sum. Vitae earum curriculum id semper adnotavi, quod in haec provincia continuo observaveram. Plantarum rariorum earumque, quae non passim et ubivis obveniunt, habitationes accurate notandas putavi; ut plurimum vero eas praecipue, in quibus haec vegetabilia majori, quam in aliis locis, numero deprehenduntur. Qua in re id saepe anceps est, et propterea haud praetermittendum, quod plantae, quae paucos ante annos quodam in loco copiosius effloruere, jam vix ac ne vix quidem ibidem reperiantur; quod iis praecipue regionibus familiare est, in quibus cultura terrarum in dies fere singulos augetur, et propemodum quilibet locus ad id
ido-

idoneus in eam redigitur; *) id, quod meamet experientia me edocuit, quam faciendi mihi saepissime fuit occasio. Inter complures alios unicum tantum eumque cuiusvis hujati incolae notissimum locum adducam. Est is fossa partim paludosa, partim vivis aquarum fontibus hinc inde persecata et inundationibus crebrioribus exposita, quae novam inter et ab eo urbis districtu; quem Pleichacher Viertheil nominant, sic dictam urbis wirceburgensis portam prope cataractam interjacet. Longiori enim abhinc tempore ibi *Leersia oryzoides*, *Caltha palustris*, *Hottonia palustris*, *Scirpus maritimus*, *Hydrochaeris morsus ranae*, aliaeque hujusmodi plantae complures habitaverunt. Jam vero partim caespitis excisio, partim limi tellurisque amotio eas propemodum omnes exterminavit.

Authorum optimae notae eorumve, qui unum alterumve plantarum genus speciali sollicitudine elaborandum sibi sumpsere, adlegationem necessariam esse existimavi. Hisce enim citatis partim luculentius, praecipue in casu plantarum dubiarum, ostenditur, quae-nam earum animo obversata sit, partim tiro-ni occasio offertur, hujuscemodi plantas in aliis etiam authoribus perquirendi, sicque se magis in vegetabilium diagnosi et adcurata de-terminatione exercitandi. Et certe ex citatis authoribus unus alterve in omnium tironum erit manibus. Nec vel illud omittendum esse
pu-

*) Latius atque eleganter hac de re Botanicis saepissime maxime infensa tractat. *cl. Hoppe* im neuen botan. Taschenbuch 1809. p. 214.

putavi, ut ad opera accuratis plantarum iconibus instructa provocarem, quae cum in publicis tum in privatis etiam librorum Scriiniis reperire est; neque ei, cuius interest, difficile erit, plantae cujusdam dubiae intuitum sibi comparare.

Qua porro unaquaelibet Flora magnopere indiget, topographiam brevem adjici curavi; chartam vero specialem Magni ducatus Wirceburgensis alia vice, quam primum et rite fieri potuerit, lectoribus tradam.

Reliquum jam est, ut viris illis omnibus, qui in colligenda hac mea Flora manus adjunctrices mihi praebuerunt, publicas et devotissimas grates rependam. Praeter *Patrem meum* et *D. Professorem Heilmann* piissime defunctos, multum sane debeo benevolentiae amici mei omni venerationis meae cultu dignissimi Domini consilarii aulici *Wibel Werthemienensis*, rerum botanicarum cum scientia, tum hujus scientiae amore et studio ubique celeberrimi. Is enim favore plane exquisito ea omnia, quae ad nostrae provinciae limites ab eo detecta erant, mihi communicavit, et quidquid memoratu dignum in hacce ipsa provincia repererat atque observaverat, quam lubentissime mecum contulit.

Neque summam illam omniaque vota mea antevertentem *D. Baronis de Bodeck* ejusque *perillustris uxoris* benignitatem sine animi ingrati nota silentio premere possum, qui in suis, quae vario plantarum genere turgent, latifundiis omnem illos e vegetabilium progenie incolas perquirendi atque observandi occasionem mihi suppeditarunt; comites

mites ferme perpetui in excursionibus meis ejus rei gratia frequenter institutis, quin et mei manu ductores; quid; quod plantas memoratu digniores ipsi pro me colligerent mihi que submitterent.

Sed et a grati animi mei significatione publica *D. Doctorem Geist* medicum carolopolitanum excludi haud sinam nec patiar. Non tantum enim in ditissimo agro carolopolitano plantarum caussa excurrenti mihi comitem se praebuit amicissimum; sed et ipse regiones plantis haud egenas cum propius sitas, tunc magis remotas sedulo peragravit, magna cura et industria colligens, collecta mecum communicans.

Quidquid denique, ne longior sim et fastidium pariam, *D. consiliarius medicinalis et Professor Horsch*, *D. Pharmacopaeus Kopp*, amicus meus, quem solers sua plantarum cura non parum commendat, *Hospitalis Juliaei topiarius D. Wolff*, *D studiosus Neuwirth*, dilectissimus meus rei herbariae summo studio ac fervore deditus frater *Antonius Heller*, alique plures mihi praestitere, grato animo recolere nunquam intermittam. Horum omnium patriae aeque suae ac scientiae amatorum memoriam nulla unquam dies, nullum apud me delebit fatum. Ego quidem hoc mihi cum illis officium semper commune esse existimabo, ampliare, quantum in me est, atque augere viduatam plantarum patriarum regnum, quo magis apud nos extra morem venisse videtur, illos mundi vegetabilis incolas, qui nostras planities, montes, prata, pascua, sylvas, lacus ac fontes, oc-


cupant ornantque, quorumque usus economicus vel technicus vel medicinalis jam satis demonstratus est, vel adhuc sufficiente modo cognoscetur et in oculos incurret, debita aestumatione prosequi.

Amant enim plerique hodie, vulgoque praeferunt curiosius inspicere et demirari vel *Ericam* ex promontorio, vel hianti ore in-tueri plantas, quae sub remotissimo totoque coelo a nostrate diverso climate crescunt, *) quaeque in nostris plerumque tepidariis pumilionum formam prae se ferunt, vel nonnisi fractae aut mutilae originalium copiae sunt; nec vero, quae sub eorum pedibus versantur, gramina intelligunt, atque arva et sylvas peragrant, quasi stupefacti, nihilque eorum, quae ibi continentur, cogitantes.

Tandem si vel minimum quidpiam Florae hujus editione ad amplificandum patriarum plantarum studium contulero, erit sane, ut mihi gratuler, me eum, quem mihi proposui finem, feliciter adsecutum esse, eritque haec, quam unice exopto, laborum meorum gratissima merces, dum summi momenti plenum *praestantissimi Ehrharti* dictum in mentem revoco: *Turpe est in Patria habitare, et patriam ignorare.* **)

*) Vid. *Ehrharts* Beiträge zur Naturkunde etc. B. II. p. 65.

***) Ejusd. Beiträge B. III. p. 57.



Magni Ducatus Wirceburgensis brevis
Topographia botanica. *)

Situm *Magni Ducatus Wirceburgensis* geographicum, de quo ante omnia uno saltem verbo mentionem facere oportet, ad grad. 270 min. 15 longitudinis Ferron. latitudinis vero boreal. 28 min. 35 determinandum esse, novissimis edocemur observationibus.

Is ad orientem principatibus *Bambergensi* et *Coburgico*; ad septemtrionem Comitatu *Hennebergico*, qui secundum pristinam Imperii Germanici formulam principali dignitate ornatus erat, et prin-

*) Nequis Lectorum integram et accuratim exasciatam *Magni Ducatus* topographiam expectet, moneo precorque; quam potius reliquendam aliis existimo. Etenim, quoad hujus scripturae limites id permittunt, singula tantum ejusdem fragmenta brevesque earum regionum, quae *Botanicis* majoris esse debent momenti, descriptiones praebeo, sicque ipsos illos fontes quasi digi o monstro, e quibus *Florae nostrae* divitiae maximam partem a me haustae sunt. Quod porro coeperam adjiciendae *Magni Ducatus* chartae geographicae consilium, id pluribus ex causis me necdum exequi posse non absque omni doloris sensu profiteor. Quo praemisso nil superest, quam ut iis, qui hujuscemodi perlustratione interea temporis indigent, Hammerianam *Magni Ducatus* chartam ceu hactenus exactissimam commendem.

principatu *Fuldensi*; ad occidentem principatibus *Aschaffenburgico* et *Leiningensi*, atque Comitatu *Rienecciano*; denique ad meridiem circulo *Neostadtiano* principatus *Baruthini*, *Schwarzenburgensi* atque *Hohenloico* principatu et adjacentibus *ordinis* olim *Teutonici* possessionibus ac districtu *Salm-Krautheimensi* terminatur.

De cetero integrè territorii *Wirceburgensis* ambitus ut certitudine mathematica jam determinari possit, abest quam plurimum, partim quod dimensiones ad eum certitudinis gradum necessariae necdum ubique sint factae, partim quod territorii ejusdem fines non omni ex parte ita sint clausi, nec ea praediti vi repellente, ut nihil omnino regionis alienae hinc inte se ingerat. Id vero pro certo jam nunc habueri potest, praesentem *Magni-Ducatus* ambitum numerum octoginta et sex miliarium quadratorum excedere, et incolarum circiter bis centum et sexaginta duo millia continere. *)

Judicia porro provincialia triginta et unum, totidemque praefecturae administrandis bonis domania- libus et colligendis Principis supremi redditibus destinatae, in quae *Magnus Ducatus* integer dispescitur, ordine alphabetico sunt sequentia: *Arn-*
stein,

*) Vid. *Adresskalender des kurpfalzbaierischen Fürstenthums Würzburg* auf das Jahr 1806. p. 15, et compar. c. p. 22. — *Bundschuls* Franken vor dem lünneviller Frieden. — *Ejusdem* Grundrifs zum Vortrag der väterländischen Erdbeschreibung und Geschichte in Franken p. 57. — *Hassels* statistischer Umrifs der sämtlichen europäischen Staaten Heft II. p. 18. — *Hoecks* statistische Darstellung der europäischen Staaten. — *Schöpfs* statistische Beschreibung des Fürstenthums *Würzburg*.

stein, Bischofsheim vor der Rhön, Dettelbach, Ebern, Eltmann, Euerdorf, Fladungen, Gemünden, Gerolshofen, Gunzendorf, Hassfurth, Hilters, Hofheim, Homburg, Karlstadt, Kissingen, Kitzingen, Königshofen, Mainberg, Mellerichstadt, Münnerstadt, Neustadt, Ochsenfurth, Prölsdorf, Röttingen, Schlüsselfeld, Thundorf, Volkach, Werneck, Würzburg, quorum ultimum in regionem cis et trans Moenum divisum est.

Clima *Magni Ducatus* quod attinet, id mite et temperatum esse, situ ejusdem geographico jam praemisso, facile convincimur. Montes *Rhoenani* ut et *Hassiacae, Thuringicae* et *Baruthinae* montium catenae contra vim intempestam ventorum borealium et Euronoti satis eum amice tuentur. Ad meridiem vero venti australis et Africi clementiae adeo longe lateque patescit, ut eorum jucunditate et commodis satis superque gaudere possit. Varia et amoenissima collium frugiferorum locorumque planorum, pratorum succo et pinguedine exuberantium agrorumque frumentariorum, et vinearum, hortorumque obsonia proferentium et pometorum vicissitudo oculos mentemque mirifice delectat. Tellure aequae ac aëre vegetatio magnum in modum promoveatur; hinc et aroma et ignis vinorum *Wirceburgensium* ac ejus praecipue, qui nomine des *Leisten* - et *Stein - Weines* celebratur, cui vina *Sommeracensia, Volcacensia, Escherndorfensia, Nordheimensia, Rodelseeensia, Randersackerana, Eivelstadiana, Thüingersheimensia* et *Homburgensia* amico quodam foedere se jungunt, suaque et generositate et amoenitate se commendant. Praeter vini multitudinem quaecunque frumentorum genera terra haec, et ea quidem copia, profert, ut, quae annuatim exteris venduntur,

tur, dimidiam annui eorum adquaestus partem exsuperent. Cannabim et Linum regiones *Rhoenanae* praecipua ubertate, quae tamen in inferioribus etiam ad Moenum partibus non omnino desideratur e. gr. *Wiesensfeldii* aliisque in locis progignunt. Trifolii aliarumque herbarum pabularium solers et copiosa cultura armentorum greges tam numero quam pulchritudine excellentes fovet nutritque. Obsoniorum genera pleraqua omnia, et arborum, quae arte etiam et industria passim generosiores sunt redditae, fructus, sapore se commendantes interque eos Cerasum idque etiam apronianum, prunum Damascenum, pomum, pyrum, nux et reliq. quorum non minima est in exteris regiones commercii causa exportatio, ubertim feliciterque coluntur. Nec solertis rei Botanicae Scrutatoris fallitur diligentia; passimque in *Magno Ducatu* plantae hujusmodi deprehenduntur, quas Floristae, ut hoc verbo bona cum gratia lectoris utar, hinc inde inter rarissimas numerant.

In ista, quam naturae benignitas tam eximio suo favore prosequitur, *Wirceburgensi* provincia majoris altitudinis montes, nisi vini vel frumentorum culturae inserviant, pulcherrimis sylvis nemoribusque superbiunt, non minimo, ut facile est conjecturare, incolarum ejus emolumento.

Sylvas inter momento suo, quod rei botanicae amatores et studiosi merito iis statuere debent, eminent sequentes.

Guttenbergica scilicet infra *Wirceburgum* et unius inde horae spatio distans, ad meridiem occidentem versus sita, quae plurium milliarium ambitum quasi coronat. In ea magnas hinc inde arboribus virgultisque vacuas planities deprehenderis, sicca et arenosa

tel-

tellure alias, alias lutosa; et has quidem limpidissimi passim fontes intercidunt quam amoenissime. Altiores porro montiumque aemulos, eosque partim arboribus frutetisque consitos, partim nudos et lapidosos, magis minusve arduos colles suo haec sylva sinu complectitur, quibus umbrosae vel siccae, vel paludosae respondent profunditates. Neque paludes ibidem desiderantur, neque vicissim plagae admodum siccae et lapidosae, ejus telluris, in qua calx praedominatur, dum contra aliae levi solo turfoso gaudeant. Et quidquid horum est tractuum, pro unius cujusque telluris propria conditione multas alit, easque bona ex parte perraras *Florae Wirceburgensis* plantas, quibus tanto major constat propagationis suae securitas, quanto minus forestum istud, quod sepe omni ex parte cingente munitur, frequentatur, neque tanto, ac aliae sylvae undique patescentes, expositum est periculo, ne incolis suis quantivis pretii spolietur, quod harum saepe numero fatum est, neve a pecude ibi pascente devastetur.

Aemula hujus est sylva *Irtenbergensis* duarum horarum spatio *Herbipoli* dissita ad eam, quae *Episcopium ad Tuberam* ducit, viam publicam conspicua; sylvae porro circa vicos *Zellensem*, *Hoechbergensem*, *Küstianum* et *Waldbüttelbronensem* simili unius horae a *Wirceburgo* distantia, cuius rei botanicae studioso apprime commendandae, quasque vix ullus hujus studii et ordinis nisi levi duntaxat pede et errante oculo hunc cursum confecerit, unquam inviset relinquetque, quin eruditae ejus curiositati satisfactum fuerit.

Non minore etiam, quam praemissae, attentione digna est ea, quam unius horulae intervallum *Wir-*
Heller Flora. J. b cebur-

ceburgo separat, spectabilis sylva, cui nomen *Walaskugel* inditum est, non una ex parte admodum montosa, oppositis non paucis vallibus partim perquam umbrosis et paludosis. Complures etiam ibidem plagas deprehendes insigni scaturiginum numero persecatas, passimque tanta frutetorum copia consitas, ut penetrare conanti non minima se difficultas opponat; quam vero siquis masculino animo semel devicerit, condigno hujus sui laboris praemio haud quaquam mulctabitur, quum plurimae majoris pulchritudinis plantae et herbae ibidem florere soleant, quibus sylva hactenus dicta potissimum ditescit.

Neque silentio praetereundum Forestum *Waldbrunnense* ad vicum scilicet *Waldbrunn* sesqui milliari ab urbe *Wirceburgensi* remotum, et ad quod in via publica *Hoechbergam* versus, curias *Erbacenses* a dextra parte praetereundo, commodissime pertinges. Hac in sylva scrutator rei herbariae in ea, quam speciatim *Hühnerberg* appellant, plaga maxima ex parte montosa, porro in *Neusee*, *Millert* et *Rosßbrunner Leiden*, partibus tum montosis tum paludosis, jüsto anni tempore praedam locupletem faciet.

Praecipua etiam mentione digna est sylva *Vitihoechheimensis* cum adjacentibus regionibus, partim arvis frugiferis vel vineis, partim montibus siccis, lapidosis multamque calcem continentibus, campisque incultis, perquam aridis, vel simili modo lapidosis vel arenosis, de rudiori arenae genere, admodum sterilibus. Sesqui horae intervallo *Wirceburgo* distans infra vicum *Vitihoechheimensem* sita est. Majusculis hinc inde montibus distinguitur, mul-

multisque in locis nemoribus virgultisque obducta est, atque humida. Paucos adhuc ante annos *Dictamnus albus* et *Lilium Martagon*, et majori quidem copia, ibidem nutriebantur, quorum inde ab eo tempore, quibus nescio ex causis, multo major raritas hic dominatur. Et generatim in hac sylva plagae sunt nonnullae, quae plantas nutriunt ejus generis, quas in aliis forestis insignioris etiam magnitudinis incassum investigabis.

Non minus nota est, nec jure minori commemorationem nostram sibi deposcit sylva *Gramschatzensis*, cujus ab urbe distantia sesqui milliaris spatio, ad latus ejus septentrionale versus *Arnstein* definita est, ambitum plurimum milliarium occupans. Plana est plerumque, umbra locuplete obducta et locis humidis, quo vix penetrari potest, dives. Plantas sylvestres, et, quae umbram amant, communes, quas scilicet foresta pleraque omnia progenerant, non dispersas, sed magnis, ut ita dicam, gregibus coadunatas hic inveneris; ita, ut catervatim ibi colligendi commoditas praesto sit, quidquid alias disjunctim et singulis duntaxat exemplaribus hic illave in sylva non exigua opera conquirere deberes. Mulieres, quae colligendis vendendisque herbis quaestum faciunt, indeque suam sortiuntur denominationem, dum plantas et herbas recentes floresque in foro *Wirceburgensi* ad usum eorum, qui vere novo annuatim suam conantur restaurare sanitatem, venum exponunt, vel pharmacopolis plantas medicinales adferunt, quidquid est earum mercium, e sylva petunt comportantque, quam nominavimus; et sane nec blandis verbis nec pecuniae egomet saepiuscule parcere potui, eas ut adducerem, ut in illa Sanctuaria absconditasque et procul dissitas sylvae plagas adi-

tum mihi propalando patefacerent, quibus istos plantarum thesauros reconditos esse adseverabant. Quidquid sit, nec laboris mei nec aeris eam in rem expensi nunquam me poenituit, quum utriusque praemium nunquam non exspectatione mea majus reportarem, quumque, quod majus est, praeter plantas illas principes, earum quidem mulierum aestimatione tales, aliarum etiam, quas illae levioris esse momenti autumabant, quarumque raritas mihi nota fuit, copia mihi sit facta, eo majore meo compendio gaudioque, quo certius plantas hujusmodi rariores ibi haud quaesiturus, et fortassis alias nunquam inventurus fuisset. Generationem plantae perrarae, quas hoc forestum sinu suo nutrit, rei herbariae peritis magnum in modum se commendant, optaverimque, ut earum nutrix haec Sylva a viris hujus ordinis creberime frequentetur.

Sylvis porro ratione rei herbariae notata dignissimis adnumerandae sunt duae, quarum una der *Kan-gen*, altera das *große Holz* compellatur, utraque prope pagum *Mühlthusanum*, quo duarum horarum via ab urbe principe pertingimus. In illis (etenim regni herbarii divitiis abundant) insignis plantarum phaenogamicarum et cryptogamicarum copia, alias haud ita frequentium deprehenditur. Quod vero attentionem nostram provocat praecipue sibi que vindicat, *Cypripedium Calceolus* est, cujus tam laeti et frequentis in aliis regionibus floris vestigia haud facile inveniemus. Universa enim, de qua loquimur, sylvestris regio hocce ornamento tractu continuo et vix usquam interrupto superbiret, ni rusticorum liberi e vicinia plenos florum istorum nitore et elegantia se commendantium corbes inde asportarent, quos
sin-

singulis ferme diebus larga manu decerpere solent, quin et cum ipsa radice non raro evellunt. *)

Larga, quae vix deesse poterit, hic loci facta adquisitione herbaria, collegis meis rei botanicae amatoribus amice, venia ad hoc ab ipsis data, suadeo, ut excursum suum, quo ipsis fiat utilior, versus pagum *Versbach* dirigant, non equidem linea recta, sed hinc inde deflectentes in prata ridentia, et intensa sollicitudine perquirant margines rivorum et fertilia vegetabilibus nemuscula. Inde per arva frugifera ad forestum, quod ajunt, latum (*das breite Holz*) a tergo pagi *Versbacensis* penetrabunt; post vero ad sylvam, quae *Taenn* audit, inde a pago *Dürrbacensi* via recta versus *Rimpar* decurrentem, montibus vallibusque, adjacentis foresti *Versbacensis* instar, alternantibus plenam; quibus omnibus in locis plantarum pulchritudo peritos earum allicit et delectat.

Iisdem herbariis divitiis abundantem videmus regionem a dextris proxime ad viam *Randersackeranam* versus *Theilhemium*: nec minus in sylvis ac nemusculis ad utrumque latus viae publicae a vico *Kleinochsenfurthensi Erlacum* ducentis, quibus in partibus et lacus prataque uliginosa vegetabilibus haud contemnendis nequaquam destituuntur.

In-

*) Hujus rei egomet testis sum, ut et amicus meus aestumatissimus *D. Prof. Gejer*, quam uterque oculis percepimus. Excursione quadam in eam regionem suscepta occasionem praebente videbamus, vix ullum hortulum rusticum areamve hac planta eleganti carere, vel cum vel sine radice humo aefixa.

Invisi etiam a Botanicis merentur das *obere* und *untere Gesprait* ad pagos *Prosselsheim* et *Büsensheim*, die *Breit*, der *Steinbusch* und *Eitel* prope *Wülfershausen*, quae omnia in sylvam majorem et densam coaluerunt, planiorem aliis et aridam, in qua praecipue gramina notatu et collectione digna procreantur et efflorescunt.

Quas hactenus extulimus praerogativas, easdem merito etiam sibi vindicant confinia pagorum *Mainsondheim*, *Klein-* et *Großeniangheim*, et quae his propius adjacent, plagae turfosae et inter omnes alias forestum *Kitzingense*, quod horae dimidiae intervallum ab urbe ejusdem nominis separat, in plures partes, quarum cuique sua est propria denominatio, distinctum et non uno in loco paludibus repletum. Atque ita omnis haec regio plantis aestu-mabilibus abundat, ut nonnisi expleto suo desiderio rei herbariae Scrutatores eam sint relicturi.

Huc quoque pertinet sylva sic dicta *Huck* in vicinia *Wipfeldensi*, ubi castrum *Klingenstein* visitur. Est ea non mediocris magnitudinis sylva, maxima ex parte montosa, neque tamem omnino districtibus planis et paludibus vacua, et umbra refrigerante destituta, ceterum vero plantis apprime dives. Ad me quidem quod attinet, ne una quidem vice hanc sylvam invisum ivi, quin, diligentiori facta perquisitione, ditior, quam veneram, redirem.

Summae etiam considerationis et compendii pro viris, quorum causa haec scribimus, est omnis circa pristinam Abbatiam *Heidenfeldensem* regio, *Wippfeldiam* inter et *Suevofurthum* sita. In lacubus et fossis aqua repletis ibi admodum frequen-
tibus,

tibus, ad rivos et in paludibus, ad ripas veteris alvei (*des Altwassers*) in sylvis earumque extremitatibus, et generatim in omnibus, qui eo pertinent, districtibus, alternis plagis pulcherrimae plantae deprehenduntur; et praeprimis ferme omnia plantarum aquaticarum et paludosarum genera, multaeque aliae passim etiam perrarae, ita, ut parvam sed peramoenam eodemque gradu instruentem plantarum rempublicam prae oculis habeas. Quoties etiam dictas regiones fueris perscrutatus, vix deerit, quod proximo aditu deteges novum aliquid et raritate se commendans, prout excursus quorundam annorum spatio saepius eo instituti et repetiti luculenter satis me ipsum docuerunt.

Eodem crebrioris aditus et perquisitionis honore terrae tractus inde ab urbe principe versus *Keitshöchheim, Margetshöchheim, Ober- et Unter-Leinach, Zellingen et Retzbach*, nec non versus *Carolopolim et Caroli arcem (Carlsstadt et Carlenburg)* dignissimi sunt. Alternant ibi vineae fertiles, et pinquia arva, uti campi aridi, ardori solis pervii, lapidosi et steriles, nec non ripae, prata, lacus, stagna, paludes montesque, quos inter *Carlsberg* et vetus *arx Caroli* cum suis ruinis dignitate quadam plantarumque thesauro eminent. Qua propter sane dolendum est, quod recentior tertiae illius, quae dictis ruinis interjacet, cultura plures tam pulchras quam raras plantas destruxerit. *Nihilo* tamen minus non exiguus ille inter easdem ruinas et in propinquis collibus et scopulis manibus etiam pedibusque circumreptandi labor sua refert condigna praemia, largam scilicet plantarum messem dictumque laborem suo pretio millies excedentem. Proxime
ad

adjacet Sylva, quae frutetorum multitudine se distinguit, et *Haag* compellatur, non multa quidem, sed tamen nonnullis in locis attentione nostra digna vegetabilia in se continens. Ejusdem generis deprehendes ad viam publicam, in campis terrisque incultis inde ab urbe *Carolopolitana* versus die *Schönhartshöfe* et *Stetten ad Werram*, eoque dulciore in perquirenda, pulchritudine plantarum, quas nutrit, celebri sylva *Stettensi* animus demulcetur delectatione, quod eidem sylvae id proprium sit, quod plantae rariores, quarum aliis in forestis vestigia incassum quaereres vel parvo tantum numero reperires, majore copia hic spectandas se praebeant et colligendas. Liceat porro mihi esse auctorem, ut in istis confiniis paulo superius montes *Ober* et *Unterleinacenses*, tractum etiam inter *Retzbacum*, *Thüngen* et *Arnstein* non negligas. Quod idem de monte supra *Carolopolim*, *Steinberg* illum denominant, et de ripis *Werrae*, inde a pago *Stetten* versus *Thüngen* et ultra, dicendum est. Ante omnes vero alios eminent sua, in ratione botanica, praerogativa mons *Kalbensteinensis* ad vicum *Carlenburg*, quo in monte praeter vinum praestantissimum etiam plantae egregiae progenerantur.

Quid dicam de sylva majore et maxima ex parte densa, nomine *Oelgrund*, ubi planities, quarum spatium vix oculus emetiri potest, montes, paludes et fontes alternant: quid nimirum aliud, quam eam quoque, qua versus *Carsbach* et *Sachsenheim* sita est, vegetabilibus esse perquam divitem?

Merito etiam hic commemoro a pago *Carsbach* sesqui hora dissitum montem *Sodenberg* vel *Schottenberg*, qui et alias *der Kilianstein* audit, et non

non procul abhinc den *Reissenberg*, montes altos et nemoribus consitos, plantarum, quibus quilibet prudens arbiter pretium suum statuet, nutritores.

· Omnis etiam circa *Gemünden*, *Zwing*, *Gräfendorf*, *Wolfsmünster* etc. regio eodem jure huc pertinet. Utroque ad alveum, quo flumen decurrit, latere sylvae densiores se praesentant. Magna certe est eorum remuneratio, qui labore in ripis hinc inde praecipitiibus reptandi, vadando alibi peragrandi litora paludosa, alibique fruteta densiora vi quadam perrumpendi se deterreri quam minime patientur. Nil tale cogitantes subita rapimur admiratione *Nymphaearum* elegantium, magnaeque earum copiae conspectu, quae totam aquae superficiem hinc inde tegentes, oculis eam ferme subtrahunt, atque ita quasi hortum floriferum peramabilem, et in hoc elemento exoticum formant; nec minus perpulchri *Butomi* et *Hottoniae palustris* visu, quarum plantarum hi loci sunt fertilissimi, nec non rariorum quarundam, veluti *Scirpi*, *Junci* etc. aliarumque tanta copia, quanta haud facile ullibi. Eruditam peregrinationem, me quidem iudice, continuare in partes inferiores jam oportet, et *Lohram* usque excurrere, evagari subinde in nemora vegetabilium frugacia, perscrutari etiam nemuscula et paludes, perambulare prata floribus superbientia, arvaque culta; et vadem me interpono, uniuscujusque huic consilio obsequentis expectationi, quantumvis non exigua ea fuerit, satisfactum iri. Meorum quidem excursuum non sine difficultatibus, quae subin ejus etiam sunt generis, ut incautis periculum, ne aquis submergantur vel sanitatis patiantur jacturam, eo institutorum nunquam obliviscar; et non sine intima animi delectatio-

ne adhuc pervolvo illas herbarii mei chartas, quae siccata continent vegetabilia ibidem collecta. Quibus superest, ut praetereundo moneam, etiam sylvas non procul a dictis regionibus dissitas aliaque loca plantis referta apud *Wüstenzell*, *Holzkirchen*, *Holzkirchenhausen*, *Neubrunn*, *Homburg* etc. negligi haud debere.

Inter *Magni Ducatus Wirceburgensis* saltus ille, quem *Steigerwald* vocamus, partim magnitudine sua seu extensione physica, partim momento excellit, quod naturae scrutatores in genere, et speciatim rei herbariae studiosi eidem statuere debent. Limitem constituit *Magni Ducatus* ad meridiem, partimque ad solem orientem percurrrens comitatum *Castellanum*, seque extendens ultra *Ebracum*, *Gerlocuriam* et *Haßfurthum*, denique in principatu *Bambergensi* ad laevam fluminis *Regnitz* terminatur. Sunt ibi alti et praerupti denseque consiti montes, colles et loci altiores, scopuli nudi, barathra et plagae humiliores arboribus virgultisque ita obductae, ut vix unquam solis radii eo penetrare possint, solumque diversissimi est generis, partim paludosum, partim turfosum, hinc inde arenosum vel argillaceum. Quaecumque in una alterave soli mox dicti specie efflorescere possunt, plantae omnes in hoc saltu tam spatioso non exigua copia prognascuntur; et quo diligentiore in eo perscrutationem feceris, eo certior esse potes, plantas etiam rariores - imo rarissimas a te deductum iri. Id vero tibi cavendum praecipue, nec hanc tuam curiositatem ad regiones tantum habitatas vel pagis vicinas vel vias tritas et hujusmodi partes limitatum eas; potius solitudines locaque densissima et asperrima tibi

bi pervadenda sunt, siquidem thesauros ibi absconditos in lucem protrahere tibi que adpropriare velis. Magni quidem id operis est, et si duce viarum et locorum perito destituamur, facile exoritur periculum in avia et devia aberrandi: eo longior vero instat laborum omnium remuneratio victori, quum singulis ferme passibus novi quidpiam detegatur, unaque hora, quae in hac regione plantifera recte impenditur, plures et notatu digniores magisque diversimodae inveniantur plantae, quam alias vel decem horarum spatio, etiam solertissimo earundem venatu exactarum. Praeterea saltum istum ornat commendatque praestantissimum hyalurgium *Schleichacense* cum regione circumjacente. Neque minus mons *Michelauensis*, tractusque versus *Handthal*, curiam *Waldschwinnensem* et sacellum d. *Magdalenae* sacrum, quod medio eminent foresto, perpulchris vegetabilibus abundat, quod etiam de illa ejusdem saltus parte dicendum est, quae urbi *Gerlocuriensi* proxime adjacet, versusque *Zabelstein* se protendit.

Non procul ab oppido *Zeilensi* in districtu iudicii provincialis *Haßfurthensis* sito spectabile montis dorsum sub nomine *Haßberg* notum arboribus fruticibusque dense consitum variisque hinc inde locis cultum se extulit. Mons hiece sylvosus altitudine ferme aequali ad *Oberlauringen* usque excurrit, ubi prosilit in arva, quae *Gräbfeld* vocantur, hicque loci nomine des *kleinen Haßberges* insignitur. Quantumvis omne hujus dorsum montani spatium a medio ejusdem ad summitatem usque arboribus frutetisque omnino contegatur, aliisque locis e. gr. prope *Näßack* et alibi in infima sua parte,

te, collibusque illis, quibus ceu munimentis quibusdam cingitur, vario frumenti trifoliique genere, variisque arboribus frugiferis et vineis sit locuples: hinc inde tamen, uti circa arcem *Bettenburg*, etiam magna inculta ac veluti nada spatia in se continet. Pene ubique, praesertim vero in regione *Unfindensi* et dictae arcis, porro ad *Kleinmünster*, *Oberlauringen*, *Grumm*, *Altershausen*, *Gosmannsdorf*, ubi lapides excellentes caeduntur, porro *Haßfurthum* inter et *Eibertshausen*, ubi similiter lapicidinae melioris notae ac praecipue lapidum calcariorum inveniuntur, vegetabilia nascuntur laeteque florent attentione nostra sane haud indigna. Cuicumque rei herbariae amatori satis et temporis est et desiderii ad divincendas omnes, quae cum adcurata perscrutatione montis istius sylvosi junctae sunt, difficultates, ei sane omnibus modis persuadendum est, ut in eam regionem omnem excurrat, spe largae messis fretus et accensus, quae falli, quave is decidere nullatenus possit.

Nec spatium, quod occupat, nec vegetabilium ratione habita contemnenda est etiam sylva *Brombergensis* in iudicio provinciali *Hofheimensi* sita, atque ipsa circa *Hofhemium*, *Eichelsdorf*, *Ditterswind*, *Gemeinsfeld*, *Friesenhausen*, *Rügheim* et *Humbrechtshausen* circumjacens regio in eodem iudicio provinciali, ubi quondam publicis ex causis diutius commoratus plantas perpulchras inveni, Floramque patriam hoc etiam ex fonte locupletavi.

Omnes vero, quos hactenus attigimus, montes momento suo omni procul dubio exsuperat non ratione,

tionem rei herbariae tantum, verum etiam universim ad naturae cognitionem tota regio *Rhoenana*, limes *Magni Ducatus* ad septentrionem. Regioni huic *) montanae longitudo est octo ferme milliarium, latitudo vero pleraque ex parte pene unius milliariis; brachia ei, ut hoc utar, sunt duo, alterum prope *Gersfeld* in territorium *Fuldense*, alterum in vicinia *Zellensi* in *Isenacense* extenditur; summa vero *Rhoenarum* in ambitu *Magni Ducatus* altitudo est eo in monte, cui a Cruce nomen inditur, quae ibi devote colitur (*der Krentzberg*) cujusque montis humeri monasterium ferunt d. Francisco sacrum et adhuc hodie a monachis ejus sancti discipulis habitatum. Addere liceat, quod elevatio montis mox nominati supra maris superficiem a *D. Professore Fuldensi Heltaro* ope observationum barometricarum determinata sit ad 4227 mensuras gallicas, quas toises vocant (i. e. *Klafter*.) **) Universam hanc regionem climati rigidiori subesse, facile est ad intelligendum. Itaque *Rhoenae* superficies vix nive obtegatur, quin insignis frigoris rigor sentiatur; et ferme dimidia anni pars nives iis in locis, sicque etiam frigus parit. Accedit, quod, quum

sent-

*) Ne omnibus numeris absoluta montium *Rhoenae* topographia a me describatur, prohibent justii hujus operis limites. Quapropter selectissimas tantum, respectu semper ad commoda rei herbariae amatorum Scrutatorumque habito, ex observationibus diarii mei exhibeo. Adcuratorem vero et quae lectorum votis satisfacere possit, descriptionem exhibet *F. A. Jägeri* opus, *Briefe über die hohe Rhoene Frankens* etc.

**) *Fränkischer Merkur* herausgegeben von *Bundschuh* 1796. St. 12.

summi horum montium apices fontibus abundant et paludibus, temporis etiam annorumve majore siccitate haud unquam arescentibus, ob ipsam soli aquosi et muscosi continuam exhalationem coelum singulis ferme diebus nebulis nubibusque involutum sit, quae deinde in pluvias nivesque solvuntur. Cave vero, ne, quod saepius contingere solet, *Rhoenas* sub imagine Sibiriae, earumque incolas ut semiefferos tibi cogites. Quin potius compluribus in partibus fertilitas regnat, variaque frumenti genera aliaque vegetabilia successu optimo coluntur, Rhoenanique industriae, ingenuitatis, candoris comitatisque, quae aliorum etiam vota antevertat, laudem sibi merito propriam fecere.

Quo vero ea, quae rei herbariae causa suscipitur, peregrinatio cum majore emolumento conjuncta sit, suadendum, ut regionibus circa *Arnshausen*, *Kissingen*, praesertim monte *Bodenlauben* cum suis ruinis, *Salinarum Kissingensium* ambitu, ripisque *Saalas* et cataractae arte productae, cujus hodieum exstant vestigia, confixiis, quibus omnibus in locis nonnulla pulchrarum plantarum messis se praebet, peragratis, nec minus regionibus circum *Klosterhausen*, *Waldaschach*, *Bocklet* *) arvis, pratis, sylvis ibi circumjacentibus, ac praecipue monte *Münnerstadtiano* perquisito, inde a pago *Bocklet* jam nominato, viam versus pagum *Huhn* ingrediare, hancque persequare per fauces, quae prata perpulchra includunt, ab utroque latere den-

*) De fontibus mineralibus ejus loci notitiam accuratorem exhibet *das Journal von und für Franken*. B. IV. p. 472.

densis plantarumque divitibus sylvis formatas, versus *Schmalwasser*; quo facto ad montem jam supra *a Cruce* nominatum, pervenisti. Superatis hic regionibus circum pagos sic dictos novos (*Walberg, Sandberg, Kilianshof*) campisque, pratis et fontibus in omni hoc tractu curatius perquisitis, densam attinges sylvam, in quam ascendendo non sine difficultate penetrare debes, quae vero etiam ad finem exoptatissimum nos perducit. Has enim difficultates cum molesto in eum montem ascensu junctas masculo animo deverantem duplex excipit praemium, quorum alterum in pulcherrimo longissimoque in *Franconiam inferiorem* prospectu consistit, alterum in plantarum, quarum in his locis habitationem vix ac ne vix quidem conjecturares, divite quaestu. Praeprimis invisendum montis hujus latus orientale (*unden Kissat*.) uti et occidentale latus versus *den Arnsberg*. Nec incurie omittant nostrae professionis homines ruinas arcis veteris nomine *Osterburg*, montesque, quos *Holzberg* et *Bauersberg* compellant, prope urbem *Episcopium*, ceterosque montes cum regione versus *Unterweißenbronn, Weisbach* ripasque praeterlabentis fluvii *Brent*. His vero praefereamus montem *Arnsberg*, aliumque densis nemoribus obductum, nomine *Honigschlag*, vegetabilibus notatu dignissimis consitum. Nec possum, quin sollicite commendem montes sic dictos *nigros*, partim cultos, partim densas sylvas dorsis suis impositas ferentes, non unius plantae exquisitoris domicilium.

Similis momenti est regio circa *Hilders, Reulbach* et *Simmershausen*. Nec sterilis est, quae in monte *Auersberg* majore et minore, in pratis

et sylvis prope adjacentibus, v. gr. im *Bildsteiner Gehege*, im *Simmerhäußer Gehege* et reliq. nos suaviter allicere potest, rei herbariae messis. In montibus, quorum alterum *Dammersfeld*, unum montium *Rhoenanorum* praeter a sancta cruce dictum facile altissimum et latissimum, reliquos huic vicinos *Riedberg* et *Bildstein*, cujus supremus apex der *Eiershack* est, porro *Semmelberg* et *Ressberg* vocant, ferme ubivis cum in partibus sylvosis tum in lapidosis nonnulla se offerunt, quae scrutatorum rei herbariae desideriiis facere satis possint. Prae istis vero eminent adhuc mons altus ac ferme omni modo e lapidibus compositus supra pagum *Reulbach* nomine *Schaaßstein* insignis, omnique respectu naturae amatori et studioso aestumabilis. Ad ejus pedem sunt arva culta, prata paludosa, paulo superius vero nemus densum, in ejusque dorso singulae arbores et virgulta e lapidum acervis in altum excrescentia. Abundat ille melioris notae plantis cryptogamicis, a praecipuae *Levcoji verni* copia insigni. Pago *Wüstensachsen* imminet ad ejus pedem aedificato. Similis propemodum conditionis est mons insignis cognomento *Teufelsstein*, patria plantarum cryptogamicarum pulchritudine sua allicientium tellus et altor, quas etiam non parvo numero praeter alia bonae notae vegetabilia in immenso illo pariete scopuloso, nomine vulgari die *Teufelswand*, ipsemet collegi et tanquam opima retuli spolia. Inde versus montem valde saxosum, qui *Buchenpat* dicitur, excursus nostros continuantes in locis arenosis rara inveniemus vegetabilia, ea tamen lege, ne strictim ad ipsas vias nos restringamus, sed ipsos petamus transversum campos. Ad similia dona sylva proxima nos invitat. Mons ipse

Buchenpat sat largum continet thesaurum cryptogamicum, ad quem tamen colligendum ne omni ex parte pertingamus, prohibet cum enitendi summa difficultas propter loci arduitatem, tum vitae periculum non uno in loco ad oculos imminens. *)

Mons quoque peraltus nomine *Milzburg* sive *Milseburg* dignus est, ut naturae scrutatores in his locis temporis quodam spatio degentes oculos suos animosque in eum intendant. Non is altitudine tantum sua, quum juxta *D. Professoris Fuldensis Helleri* dimensiones barometricas trecentis et octoginta tribus, et quod excurrit, mensuris gallicis (*Toises*) supra maris superficiem elevetur, verum etiam figurae suae raritate variisque partium suarum inter se cohaerentium vicissitudinibus distinguitur. Omni ferme ex parte omnis ad eum montem aditus praecclusus est, ut quum vix semitam tutam detexisse te existimes, eandem ulterius progrediendo massis petrorosis praegrandibus immo immensis oppilatam cernes, vel paries scopulosus, qui nullo modo superari potest, prodigii adinstar se tibi objicit viamque occludit. Mox longioris intervalli abyssus longius pro-

*) Lapidum massas hocce in monte adparentes perquisituris cautio accuratissima haud satis commendari potest. Saepenumero viam planam recta procurrentem conjecturanti tibi abyssus, e cujus faucibus lapides acuti eminent, se aperit; non raro etiam lapis, cui securum insistere te posse autumas, in abyssum digreditur vel vi quadam majore praecipitatur. Iterata mihi vice mea qualemcunque rei herbariae scientiam meam ampliandi cupiditas vitae filum praescissura fuisset, nisi justo adhuc tempore animum recollegissem.

progrediendi facultatem imperiose prohibent, mox lapides soluti se offerunt, veluti minitantes, se momento eodem, quo eorum ope prorepere volueris, sub pedibus tuis recessuros. Quo tamen non obstante in istum montem ascensio haud plane inter *adversata* referenda est; et qui difficultates et pericula cum ea juncta superavit, eum non tantum dulcissima requies, quae in *d. Gangolfs Sacello* eum exspectat, sed etiam aqua pretiosissima, quam fons notissimus ab eodem Sancto cognominatus praebet, remunerabitur. Et quamvis *Milzburgi* potissima pars nuda sit et sterilis, arborumque et virgultorum solummodo pygmaei per massarum petrosarum et adcumularum hiatus parce et laboriose penetrare soleant, attamen non tantum plantae cryptogamicae melioris notae ibi reperiuntur, sed et hinc inde ejusdem conditionis plantae sexuales, quasi in hortulis sub arborum umbrosarum tutela, collectae. *)

Nec oblivisci nos oportet montis *Hildburgensis* cum ruinis arcis veteris *Hildburg*, nec montis *a S. Gangolfo* dicti cum ruinis claustrum pristini, quod eidem Sancto quondam sacrum erat, denique montis, quem *Himmeldankberg* vocant, quique inter altissimos *Rhoenae* montes numeratur; nec enim vel nullum vel minimum est eorundem quoad rem herbariam momentum.

Quum

*) Juxta aliquos (vid. *Bundschuhs* geograph. Lexicon von Franken B. III. p. 615.) *Digitalis ferruginea* hoc in monte crescit. Ego quidem una alteraque vice cum summa animi intentione eum perquisivi, et fateor, eam mihi fortunam haud obtigisse, ut illam *ferrugineam* invenirem, potius *ambigua* tantum *Digitalis* mihi se obtulit.

Quum omnis regio *Rhoenana* humidus, paludosos vel inundationibus expositos districtus, eosque haud paucos, sinu suo complectatur, facile est ad intelligendum, numerum plantarum aquaticarum et paludosarum, quae ibi degunt, haud esse exiguum. Excellunt prae reliquis duae paludes magnae, notae sub nomine *des rothen* und *schwarzen Moors*. Illa versus pagum *Gersfeld* ambitum mille juggerum non explet tantum, sed etiam exsuperat. Haec vulgariter *Feldmoor* adpellata, versus *Fladungen* et *Hausen* sexcentis circiter juggeribus coerchetur. In utraque stagna minora cum humo paludosa et infirma, nec non cum plagis musco dense obtectis diversimode alternant. Profunditas harum paludum nulla hinc inde mensura determinanda, et levitas atque uligo soli, in quo minoris etiam ponderis corpora facile et confestim subsident, in causa est, cur illas justo scrutari modo necdum licuerit; et cur tempestate tantum calidissima sciendi cupidis liceat, penetrare in eas profundius, atque idoneas tentare disquisitiones, quod tamen ipsum haud aliter, quam cum cautione fieri debet. Praeterea in regionibus *Rhoenanis* complures adhuc numerantur partim majores partim minores paludes, stagna, fontes, rivi et fluvii, in quibus et ad quos varia notatuque digniora vegetabilia habitant.

Praeter hactenus enumeratas non exigua in *Magno Ducatu Wirceburgensi* sylvarum majorum minorumque comprehenditur copia, quae pro varia sua conditione plantas illas omnes, arbores et frutices abunde satis proferunt, quae talibus in locis ex-

stare et reperiri solent, quaeque recensere ad unum omnia operis hujus limites omnino prohibent. *)

Simili modo praeter montes, quorum jam facta est mentio, in eodem *Ducatu* complures alii capita extollunt, minoris illi vel majoris altitudinis, neque Botanices amatorum attentione indigni. Considerentur solummodo vineae frugum feraces circa *urbem principem*, illae versus *Randersacker, Eivelstadt, Ochsenfurth* etc. nec illae minus prope *Dettelbach, Kitzingen, Volkach, Sommerach, Escherndorf, Rödelsee* pluresque aliae, ad quarum pedes quarumve in dorsis inclinatis plantae deteguntur variae, non minimae pulchritudinis et hisce in locis vix expectatae. Referendi huc etiam propius et proxime ad urbem *Wirceburgensem* conspicui montes *a. b. V. Maria* et *a. S. Nicolao* dicti, item mons *Zellensis* et *Dürrbaccensis*, in quorum posteriore ruinae arcis *Schenkianae* visuntur. Nec minus de *Ravensberg* infra pagum *Veitshoechheim*, die *Hallburg* et *Vogelsburg* prope urbeculam *Volcacensem*, cum quadam montis posterioris praerogativa, qui scilicet partim vitibus superbit, partim arvis cultis et frugiferis gaudet, hinc vero etiam et inde locis infocundis amplioribus et vel lapidibus vel arena obductis horret, aut contra Sylvulis, quas continet, oculos animumque recreat. Mihi quidem feliciter evenit, ut numerum vegetabilium, quae detegere et colligere operae pretium est, haud minimum ibi in-

*) Sylvarum, quas *Magnus Ducatus* continet, summa, non computatis *Rhoenanis*, centum et quinquaginta juggerum millia excedere dicitur.

invenirem. Eundem in censum venit der *Schwamberg* sive *Schwabenberg* prope *Rödelsee* et is quidem perquam insignis prospectus longioris delicias offerens et solerti Botanicorum disquisitioni certo certius respondens. Nefas etiam foret silentio premere montem *Kalbensteincensem* in vicinia pagi *Karlenburg* jam memoratum, porro montem notabilem *Kalmut* apud pristinam praeposituram *Triefenstein*, nec minus montem a *Carolo* dictum prope *Carolopolim*, illum etiam, cui nomen *Zabelstein* supra urbem *Gerlocuriam*, arcem *Trimberg* prope *Auram* et montem *Bodenlauben* partim sterilem partim cultum ad urbem *Kissingensem*, aliosque plures. Catenam quoque montium in confiniis urbis *Haßfurthensis* hoc loco adferre oportet, quae prope oppidum *Zeil* orta et pro partium suarum varietate variis etiam nominibus insignita, diversis in locis vitibus consita, maximam vero partem inculta est vel arbores profert et frutices. Hos inter montes altissimus eminet, qui *Hohwann* sive *Hauwann* cognominatur. Distat unus circiter horae spatio ab urbecula *Haßfurth*, campique illum inter et hanc siti omnes nonnisi arenosae terrae particulis constant. Ascensus in eum perquam difficilis, solumque inde ab oriente via paulo tolerabilior ad ejus apicem, ubi *Crux* lapidea et lignea quaedam Scamna ad quietem capessendam apta se praesentant, perducit. Propter ejus altitudinem amoenissimus inde patet in regiones remotas prospectus, dum modo tempestatis serenitas faveat. Ad haec omnis culturae defectus, quo maxima pars hujus montis premitur, et humi conditio sicca et ex calce consistens nullatenus impedit, quominus fructus proferat, si ita loqui liceat, botanicos, quos aliis

in locis similibus irrito saepe labore investigaremus. Heic etiam loci quasi per transennam lectoris, quum oculos non possim, mentem animumque in alium montem, quem aureum dicunt (*Goldberg*) directum velim, qui non habita etiam perpulchri in longinquum prospectus ratione, plantarum ibi crescentium selectu Botanicorum diligentiam et sciendi cupidinem magnopere incitat. Cuncti jam adducti montes, quamvis non omni ex parte culturae subacti sint, non tamen omnimodo steriles sunt prospectumque, qualem jam descripsimus, hinc atque illinc praebent. Eorum apices vel arcibus ornantur adhucdum habitatis, vel rudera ferunt arcium hujusmodi, quae tempore vel belli manuarium, quod jus etiam, inepte satis, manuarium vocare quondam solebant, vel gentis rusticae devastationi succubuere. Quo rarius alibi est certum plantarum genus, eo major animi recreatio, dum saepenumero lapidum in hoc monte hiatus varias hujus generis species praesentant.

Maxima vero est iis in vallibus et planitiibus naturae liberalitas, quae montibus sylvisque occluduntur, vel omni ex parte liberis apertisque, longis et latis regionibus consistunt. Varia est, uti facile augurari licet, pro vario situ earum conditio. Vel enim arenosae, vel lapidosae, steriles solisque ardori undequaque expositae sunt plagae, vel terrae insistent frugiferae, magis minusve pingui, ubi varia obsoniorum frumentique genera intermixtis quandoque arboribus frugiferis et industriae adjumento generosioribus, et subin etiam vitibus conspiciuntur; vel planities formant minoribus frutetis dense obductas, vel pingua prata florum multitudine excel-

cellentia, vel contigua fluminibus vel fontibus rivisque persecata. Dum major earum numerus crebrioribus inundationibus expositus est, aliae perpetuo humidae sunt et paludosae. Ubique vero praeter plantas naturae hujusmodi locorum adcommo- das, eoque sensu vulgares, aliae etiam minus frequentes deprehenduntur.

Frumenti copia eminet *Regiscuriana* in arvis, *Swinfurtensis* et *Ochsenfurtensis* regio (*der Königshöfer, Schweinfurth und Ochsenfurth Gau*); pabuli vero seu pastus divitiis valles pleraeque ad flumina minora *Saale, Streu, Sinn* nec non vallis *Schlüsselfeldensis* etc.

Flumina fluviosque Magni Ducatus quod attinet, princeps eorum est *Moenus*, a limite ejus orientali ad occidentalem usque variis flexibus sive, ut ajunt, cornubus eum *Ducatum* perfluens, nec ullibi ferendis navibus impar. Ripae hujus fluminis non infrequenter planae, aequabiles et arenosae vel paludosae sunt, jam altiores, praeruptae et lapidibus consitae, jam densis teguntur nemoribus, jam pinguibus pratis campisque cultis et frugacibus vel hortis pomariis finitimae sunt. Quousque hic *Moenus* territorii nostri limitibus arctatur, flumina plura multosque et majores et minores rivos alveo suo excipit. Haec ipsa, de quibus sermo fuit, litora scrutanti Botanicis cultori non unam offerunt plantam pulchritudine eximiam. Tentandi causa perquirere duntaxat placeat haec ipsa *Herbipoli* inde ad *Retzbacum*, nec minus ab hocce pago *Corolopolim* et *Gemünden* usque etc. Porro versus *Heidingsfeld, Ochsenfurth*, prope *Kitzingen, Det-*

Dettelbach, Volkach, Wipfeld reliq. Adhibita congrua diligentia haud abesse potest, quin nonnullae attentione digna se exhibeant.

Tubera e districtu *Rothenburgico* decurrens, *Moenumque* penes civitatem *Wertheimensem* influens, etiam *Magni Ducatus* partem lambit. Ad ejus ripas in confiniis urbecularum *Lauda* et *Röttingen*, et in his praecipue posterioribus vegetabilia non pauca attentione et favore meo haud indigna ego met inveni.

Saala etiam, cujus scaturigo pago *Alsleben* supra urbem *Regiscurianam* in arvis confinis est, silentio haud quaquam praetereunda. Remotissimum ejus fontem den *Saalbrunnen* vocant, et infra *Untereßfeld*, facta ejus cum rivo *Salzbach* conjunctione, *Saalae* nomine primitus insignitur, multorum minorum fluminum multorumque rivorum in suum sinum benevola receptatrix. Permanata variis flexibus magna *Magni Ducatus* parte, qua ille septentrionem versus occidentem respicit, penes urbeculam *Gemünden* in *Moenum* profunditur. Ripae ejus variis in regionibus e. gr. ad pagum *Saal* prope *Neustadt*, *Gemünden* et reliq. ipsas adhuc *Moeni Tuberaeque* ripas vegetabilium divitiis, rite facta comparatione, justoque computu instituto exsuperant.

Minoris momenti fluvius die *Werrn* compellatur; oritur in praefectura *Ebenhausen* supra pagum *Poppenhausen*, variisque modis huc illucque deflectens versus *Geldersheim*, *Werneck*, *Arnstein*, *Thüngen*, *Stetten* etc. dirigitur,

tandemque prope pagum *Großwerrnfeld* in judicio provinciali *Gemündano* in *Moenum* effluit. Decurrit ille plerumque per prata frugifera, minus vero frequenter altiores et monticulosae ei sunt ripae, vel vitibus, vel virgultis obductae; illae praecipue prope *Thüngen*, *Stetten* etc. nonnullis plantis elegantioribus loculos meos locupletarunt.

Exiguus quidam, qui *Milz* dicitur, fluvius e territorio *Hildburghusiano* supra pagum *Waltershausen* in *Magnum Ducatum* nostrum ingreditur, et prope oppidum *Saal* cum flumine hujus nominis miscetur. Maxima ex parte fertilia aluit prata, et, quanquam nec in sinu nec in ripis ejusdem eximiae raritatis vegetabilia exstent, tamen propter varietatem eorundem et vicissitudinem quasi arte et studio quodam productam non omni Botanicorum, casu quodam istam regionem invisentium, attentione est indignus.

Similis ferme cum quoad exiguitatem, tum in ratione ad rem herbariam conditionis est, qui *Sinn* audit, fluvius, ortum trahens e *Rhoenis* ad pedem montis a *Sancta Cruce* cognominati, alium montem *Arnsberg* dictum, inter et montes nigros; ad pagos *Wildfleck*, *Oberbach* etc. cursum suum continuans, varie deflectens, denique in confiniis *Wolfsmünsterianis* facta sua cum *Saala* flumine junctione proprium amittens nomen.

De alio consimili, qui *Brenta* vocatur, nil aliud notare opus, quam ejusdem ortum in montibus *Rhoenans* ad eum, quem paulo ante nominavimus, montem *Arnsberg* scilicet, in vicinia pagi *Oberweissenbrunn*; decursum ad pagos *Bran-*
hen-

kenheim, Unterweissenbrunn, Wegfurth, Schönau et urbem *Episcopium*; et prope *Neostadtium ad Saalam* in fluvium hujus nominis influxum.

Eadem haec *Saala* sinu suo excipit non diversae quidem magnitudinis, sed majoris tamen alia ratione momenti fluvium *Streu*, ad septentrionalem montium *Rhoenarum* terminum e sylva eodem nomine *Streu* insignita (*dem Streuwalde*) scaturientem, cursumque suum ad *Fladungen*, ac postquam ejusdem iterum nominis regiunculam (*den Streugrund*) permeavit, *Neostadtium ad Saalam* prosequentem. Omnis ille, quem pervagatur, districtus vegetabilibus abundat, eique complura atque etiam exquisitoria, quae *Floram Wirceburgensem* ornant, refero in acceptis, in confiniis *Mellerichstadianis* pagorumque *Mittelstreu, Heustreu* et *Hirschfeld* a me reperta.

Ulstera, etiam minorum gentium flumen, ad pedem *Rhoenanae* montium catenae *Ursprüngen* inter et *Wüstensachsen* prosiliens, *Hildersium* et *Episcopium Rhoenarum* praeterlabitur, et penes *Facha* se momenque suum *Werrae* fluvio haud repugnans immolat.

His paulo superior alveo et aqua decurrente est die *Lauer*, cujus scaturigo pago *Oberlauringen* confinis est, et cujus, peracto ad limina urbeculae *Lauringen* decursu, cum semet conjunctionem ad partem *Niederlauer* *Saala* lubenter patitur. In ejus confiniis praesertim apud *Bremich, Münnersstadt* et *Burklauer* praedam herbariam agentis mihi satis fuisse factum profiteor.

Ad ripas *Schundrae* sive *Schondrae* fluvii minoris, qui a provincia *Fuldensi*, natali suo solo; progressus apud *Gräfendorf Saalae*, tot aliorum instar, jungitur, non parva vegetabilium praestantiorum copia, praecipue penes *Wolfsmünster*, *Schonderfeld* etc. reperitur; qua ex causa etiam *Schundrae* hic oblivisci haud oportuit.

Atque hactenus de fluviis per *Magni Ducatus* ambitum majoribus minoribusque. Exstant vero in eodem, magno numero, rivi magis minusve ampli et effusi, tum ipsi, tum eorum ripae vegetabilium variorum et observatu digniorum habitacula. Ad priores referendi die *Nassach*, alios duos, nimirum *Auraißbach* et *Rietbach* in suum recipiens alveum, haud procul ab urbe *Haßfurthensi* undas fluminis *Moeni* unione sua ampliaturus; porro *Thulba* sive *der Thulbabach*, qui rivus regioni iudicii provincialis *Episcopiensis* ad *Rhoenas* ortum suum debet, et prope *Hammelburgum* Saalae jungitur; nec minus rivus *Unke* sive *Onke*, qui inde a fonte suo in terra *Traustadtiensi*, non procul a sylva *Steigerwald*, continuo cursu *Moeno* adproperat, in quem infra pagum *Gräfenrheinfeld* ruit; deinde mediocris generis rivus die *Schwarzach* ex eadem, quam vix nominavimus, sylva prolapsus, quem in confiniis extinctae nunc Abbatiae *Münster - Schwarzacensis* Moenus pater amplexu intimo ita secum conjungit, ut inde uno sub hujus nomine alveo decurrant. Rivulos complures silentio praetereamus.

Simili modo magnus est in *Magno Ducatu* lacuum stagnorumque numerus, peramoenae occupationis non unam horam rei herbariae amatoribus feliciter

ter expleturae foecunda scaturigo. Memoratu ex his dignissimum est stagnum *Frickenhusanum*, quadrante horae a pago *Frickenhusano* et duobus quadrantibus a *Mellerichstadio* remotum. Rotundum illud est, basisque, cui innititur, latiuscule inter duos montes quasi incidendo descendit. Ambitum ejus, quum ob praeruptam montis, praecipue septemtrionem versus, conditionem nec facile nec sine periculo circumiri possit, haud praecisim determinabimus, dimidiae tamen horae ei fertur esse peripheria. Ad latus duntaxat occidentale aditus eo patet. Sat magna ei est introrsum regio nitens humo solida, et aquis impenetrabili, sive vi aquae emollienti resistente; haec vero circa ejus medietatem disparet subito, ejusque loco vorago immensa sese aperit, cujus profunditas necdum bolidis ope potuit explorari. Quanquam nullibi aquae ad eum accessus vel ab eo recessus observetur, ejus tamen undae foetorem nunquam induunt, earumque sapor aquae fluviali vividae adsimilatur. Singularius illud est, quod saepiuscule aqua ejus turbetur *) etsi omnis circum circa regio pluviam neque viderit neque persenserit. — Mentionem porro jure quodam suo sibi deprecant *der große und kleine Sennfelder See*, *der Riedenheimer* bei dem Städtchen *Röttingen*, *der Heubacher* bei *Königshofen* im Grabfelde, *der Herlheimer See*, *der Strecksee* und *der neue See* bei *Gerolshofen*, *der Reichmannshäuser*, die Seen bei *Werneck*, bei *Heidenfeld* und *Schwarzach* (duae abbatiae, quae secularisationis, ut ajunt, fatum subierunt) bei *Großlangheim* und *Schlüsselfeld*.
 Ut

*) Vid. *Jägers Briefe über die hohe Rhöne Frankens etc.*
 B. II p. 79.

Ut de aliis praescindamus, quum nobis jam non liceat, esse longioribus. Non possum tamen, quin lacus commemorem *Kleinochsenfurth* inter et *Erlach* propterea, quod et ibimet et in eorum vicinia vegetabilium, quae suam ob qualitatem aestimantur, alibi que rariora sunt, copia hic deprehendatur. Idem ferme dicendum de lacubus in fossa oppidana *Herbipolensi* portas inter, quas, alteram Pleichacensem alteram novam vocant. Mihi quidem fossas oppidanas pluribus annis continuis earumque lacus, fontes et rivos diligentius perquirenti larga nunquam non messis obtigit, ita, ut mea scrutandi cupiditas et labor impensus gaudii, quod rediens persensi, magnitudine compensaretur. Cultura tamen earum fossarum copiam plantarum praestantium minui easve plane extirpari non est eundem inficias, et hoc saltem respectu dolenter referendum.

Provinciae ejusmodi, qualis est, ut hactenus descripsimus, *Magnus* noster *Ducatus*, partim sylvis obductae, partim montibus majoris minorisque generis tumentis, totque fluviis, rivis et fontibus persecatae, nec non lacus et stagna varii generis et magnitudinis in se continenti, loca quoque paludosa Botanicorum scopo haud inidonea facile deesse non posse, mirum sane non debet videri. Maxima eorum pars, et quae attentionem nostram majore jure sibi deposcunt, in confiniis *Rhoenae* atque in ipsa regione *Rhoenana* extant, prout jam duo majora stagna sub nomine des *rothen* und *schwarzen Moores* commemoravimus. His etiam remotis alii complures *Magni Ducatus* districtus et paludes exhibent et prata paludosa. Id, quod praecipue locum habet in sylvis *Gramschatziana*, *Guttenbergensi*, *Ki-*

stensi, Zellensi, Irtenbergensi, Kitzingensi, im *Steigerwald*, porro in sylvis Abbatiam quondam *Heidenfeldensem*, nunc extinctam, cingentibus, porro in confiniis pristinae Abbatiae *Schwarzach*, penes *Dettelbach, Schwarzenau, Erlach, Ochsenfurth, Ebern, Schlüßelfeld*; deinde ad litora Moeni versus *Corolopolim, Gemündam*, prope *Gräfendorf, Wolfsmünster, Großen- et Kleinlangheim, Maßfurth* multisque aliis locis vel propioribus vel remotioribus. Ad urbeculam ultimo loco nominatam duae sunt paludes, quarum nobis potissimum facienda est mentio. Altera circiter horae quadrante ab illa distans et ad dextram in directione viae *Zeilensis* sita viginti quatuor juggerum ambitum emetiri videtur. Media nullum sustentat corpus, sed homines potius et animalia desident et merguntur. Sub nomine des *großen Moos* nota est. Altera minus lata, arctior et oblonga, sed priore minor, quam ejus magnitudo vix duodecim juggera attingere videntur, quingentis circiter passibus ab illa, obliqua directione versus patibulum, remota est. Ceterum hujus eadem ferme est, ac prioris, conditio, uti et in eo conveniunt, quod varia et notatu digna nutriant vegetabilia.

Posteaquam nunc Lectores benevolos in potissimas, habita praeprimis rei herbariae ratione, *Magni Ducatus Wirceburgensis* regiones manu veluti deduximus, temporare nobis, scriptiuncula hac ad finem properante, haud possumus, quin districtus illos, e quibus ad augendas explendasque *Florae* domesticæ divitias maximus faciendus, et quoadusque sic loqui fas est, jam factus set quaestus, adhucdum enumeremus. Praeter sylvas, montes, colles, flumina
flu-

fluviosve jam nominatos huc spectant judicia provincialia *Carlstadt, Gemünden, Ochsenfurth, Dettelbach, Volkach, Kitzingen, Gerolshofen, Röttingen, Königshofen, Schlüßelfeld, Hofheim, Haßfurth, Kissingen, Neustadt, Fladungen, Arnstein*, et quod ad postremo loco nominatum attinet, proxime adjacens régio, praecipue pagum *Büchold* versus. Inter virgulta, in sylvis, montibus, pratis, campis, agris et ad fluvios, rivos et paludes eorum, quae enumeravimus, judiciorum provincialium curiosi vegetabilium scrutatoris, quantumvis ille et magna et complura exspectaverit, desideria omnino expletum iri certo est certius, uti et illud, quemlibet, qui non festinanter, sed cum sufficiente otio debitaque oculorum et animi intentione regiones *Magni Ducatus* potissimas et exquisitas perambulat visitatque, non tantum omnes vicinarum, quae aliis Imperantibus parent, provinciarum plantas, sed quasdam adhuc alias majoreque numero facile detecturum esse. Ego quidem nec tempori nec impensis parcendum, nec fugiendas cujusvis generis difficultates esse existimavi, quo omnia cum summa sollicitudine perquirerem mihiq; facerem propria, eaque etiam ex causa partes *Magni Ducatus* omnes, quas perscrutari meae professionis hominum prae aliis quam maxime interest, non una tantum vice, sed pluries peragravi. Et siquidem patriae meae dulcissimae — in qua, si dicendum quod res est, rei herbariae cognitio plenior adhuc in cunis delitescit, paucos duntaxat numerans amatores, in qua porro proh dolor! *exoticae* quaedam *plantae* misera diligentia in tepidariis seu aedificiis calefactoriis educatae et dilitescentes, tanquam totius Botanices

Summa et complexus multorum adhuc oculos mentesque in sese defigunt, et in tacitam rapiunt admirationem, quum contra *Deae nostrae domesticae*, Florae scilicet nostri *Magni Ducatus* amabiles liberi non sine despectu negligantur, sicque pro Junone nubem amplecti, ornatumque pretio carentem et genus pygmaeum illi, quod in se et verissime pulchrum, magnum et utile est, praefere haud est infrequens — commoda hisce meis conatibus vel mediocriter tantum promovero, hoc sane ipsum pro dulcissimo maximoque eorum praemio reputabo.





CLASSIS I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

1. HIPPURIS.

Linn. Gen. plant. edit. Schreber. n. 15. De Necker. element. botan. n. 1817. Borkhausen. tentam. disp. plant. n. 32.

Calyx margo bilobus germen coronans. *Corolla* 0. *Stamen* ex anteriori marginis lobo. *Stylus* e posteriori lobo. *Stigma* simplex acutum. *Nux* 1-sperma infera.

DIGYNIA.

2. CALLITRICHE.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 17. De Neck. element. bot. n. 1674. Borkh. tent. n. 98.

Calyx 0. *Petala* 2 incurva canaliculata. *Capsula*
compressa membranacea 4-sperma.

3. BLITUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 18. De Neck.
elem. bot. n. 917. Borkh. tentam. n. 142.

Cal. 3-fidus patens. *Cor.* 0. *Semen* 1 calyci bac-
cato carnosio immersum.

C L A S S I S I.

M O N A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

I. HIPPURIS, *Tannenwedel*.

1) *H. vulgaris* foliis lineari-subulatis verticillatis. *Gemeiner Tannenwedel, Pferdeschwanz*.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 26. *EjUSD.* Enum. p. 7. *Pers.* synops. pl. I p. 5. *Schrad.* Germ. I. p. 2. *Hoffm.* Germ. I. p. 1. *Schkuhr.* bot. Handb. t. I. *De Vest* Man. bot. p. 229).

Perenn. Flor. Majo - Junio.

Hab. in fossis, aquis stagnantibus et lente fluentibus. (In lacubus fossae oppidanæ versns dem *pleichacher Thore* copiosissime, ad ripas *Moeni* hinc inde, in lacubus et piscinis apud *Gero'shofen, Hafsfurth, Karlstadt*, in vicinia *Abbatiarum Schwarzach, Heidenfeld*, ibidem *im Altwasser*, alibique abunde).

Radix articulata, repens. *Scapus* 1-2-pedalis, erectus, teres, simplicissimus, immersus. *Folia* octona, integerrima, glaberrima, saturate viridia, nitida. *Flores* rubicundi, axillares, sessiles, hermaphroditi, foemineis sæpe immixti.

Varietatem *scapo ramoso* semel inveni.

DIGYNIA.

2. CALLITRICHE, *Wasserstern*.

1) *C. verna* foliis integerrimis linearibus: superioribus subrotundis. *Frühlings-Wasserst.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 28. *Pers.* syn. pl. I. p. 5. *Hoffm.* Germ. I. p. 2. *Schkuhr* bot. Handb. t. I. n. 3.).

C. aquatica *Willd.* Enum. 7 p. 18.

Ann. Flor. Aprili-Junio.

Hab. in fossis, aquis stagnantibus, et rivulis. (In fossis oppidanis satis frequens. Prope Catarrhactam vor dem pleichacher Thore. Ad ripas Moeni supra Heydingsfeld, Frickenhausen et alibi. Ad rivulos, scaturigines et fossas apud Veitshöchheim, Zell, Retzbach, alibique).

Caulis filiformis, articulatus, ramosus, radicans, 4-6-uncialis. *Folia* subsessilia: inferiora alterna, superiora in rosulam congesta. *Flores* monoici, axillares, sessiles, albid.

2) *C. autumnalis* foliis omnibus linearibus apice bifidis. *Herbst-Wasserst.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 29. *Pers.* syn. pl. I. p. 6. *Hoffm.* Germ. I. c. *Schkuhr* bot. Handb. t. I. e.)

C. aquatica * *Willd.* Enum. I. c.

Perenn. Flor. August. Septembri.

Hab. in fossis, lacubus, ad fontes et ripas cum praecedente. (Ad fontes et rivulos circa Veitshöchheim, Thüngersheim, et Retzbach. Ad ripas Moeni et in stagnis prope Karlstadt, am Kanal beim Burkardsthore, in rivo fossae oppidanae prope dem neuen Thore, alibique).

A præcedente *foliis* omnibus linearibus apice bifidis, et *floribus* plerisque hermaphroditis præcipue diversa.

3) *C. intermedia* foliis inferioribus linearibus apice bifidis, superioribus submarginatis. *Mittlerer Wassert.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. Sturm D. Fl. l. 3.*)

C. dubia Roth Germ. I. p. 389. II. p. 417.

C. aquatica β Willd. Enum. l. c.

Ann. Flor. Aprili-Junio.

Hab. in aquis lente fluentibus et stagnantibus, ad rivulos et ripas. (Ubique fere cum *C. verna*. Copiosissime præterea ad scaturiginem fossae oppidanae prope dem *Wasserthurm*, et ad rivum inter *Theres* et *Wilfingen*.)

Flores monici: *inferiores* foeminei, *superiores* masculi, saepe etiam hermaphroditi.

4) *C. minima* foliis omnibus linearibus utrinque attenuatis apice obtusis integris. *Kleinster Wasserstern.*

(*Hoppe bot. Taschenb. 1792. p. 157. De Vest. Man. bot. p. 230. Hoffm. Germ. l. c. Rebentisch. prodr. Flor. neomarch. p. 5.*)

C. cespitosa Schultz prodr. Fl. Stargard. p. 2.

C. aquatica δ Willd. Enum. l. c.

Perenn.? Flor. April. Majo.

Hab. in inundatis. (Juxta rivum prope oppidulum *Aub* ad radicem arboris truncati, et ad lacum frickenhusianum aliquoties inveni.)

Radix brevissima, maxime fibrosa, albida. *Caules* 2-4-unciales, filiformes, subpellucidi, cespitosi, ramosi

mosi et simplices, prostrati, ad articulos radicantes. *Folia* opposita, sessilia, reflexa, linearia, obtusa, integerrima, nitida, subtus glaucescentia: *suprema* minima approximata, in rosulam non congesta. *Flores* monoici: *inferiores* foeminei, *superiores* masculi.

3. BLITUM. *Schminkbeere,*

1) *B. capitatum* glomerulis spicatis terminalibus aphyllis. *Aehrenblüthige Schminkb. Erdbeerspinat.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 30. Pers. syn. pl. I. p. 6. Schrad. Germ. I. p. 4. Hoffm. Germ. I. p. 2. Schkuhr. bot. Handb. t. 1. Sturm D. Fl. I. 2. Knorr thesaur. I. t. E. 3.*)

Morocarpus capitatus Scopol. Carniol. I. p. 6. Moench. Method. p. 342.

Ann. Flor. Junio - Augusto.

Hab. inter hortos extra urbem et circa dem Glacis hinc inde quasi sponte.

Caulis pedalis, angulatus, suberectus, superne ramosus. *Folia* alterna, longe petiolata, triangularia, sinuato-dentata. *Flores* axillares, sessiles, conglomerati, viridescentes. *Glomeruli maturi* rubri, succulenti, dulcescentes, *Mori fructus* imitantes.

CLASSIS II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

4. LIGUSTRUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 23. De Neck. elem. bot. n. 677. Borkh. tent. n. 415.

Cal. minimus 4-dentatus. Cor. infundibiliformis 4-fida. Bacca supera globosa 2-ocularis: loculis sub-2-spermis.

5. SYRINGA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 28. De Neck. elem. bot. n. 608. Borkh. tent. n. 387.

Cal. minimus 4-dentatus. Cor. infundibiliformis 4-fida. Capsula supera 2-ocularis. Margo seminum membranaceus.

6. FRAXINUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 1597. De Neck. elem. bot. n. 1181. Borkh. tent. n. 47.

Cal. et Cor. o. Samara lanceolata nuda. Stigma 2-fidum. Flores polygami.

7. CIRCAEA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 31. De Neck. elem. bot. n. 810. Borkh. tent. n. 83.

Cal. 2-phyllus superus deciduus. Cor. 2-petala. Nux 2-ocularis: locuis 1-spermis.

8. VERONICA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 32. De Neck. el. bot. n. 606. Borkh. tent. n. 397.

Cal. 4-rarius 5-partitus. Cor. rotata 4-fida: lacinia infima angustiori. Caps. supera 2-locularis.

9. GRATIOLA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 37. De Neck. elem. bot. n. 518. Borkh. tent. n. 490.

Cal. 5-phyllus: basi foliolis 2-accessoriis auctus. Cor. 1-petala 4-fida 2-labiata: labio superiori reflexo. Stamina 4: 2 sterilia. Capsula supera 2-locularis.

10. UTRICULARIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 41. De Neck. el. bot. n. 510. Borkh. tent. n. 399.

Cal. 2-phyllus aequalis deciduus. Cor. ringens calcarata. Caps. globosa supera circumscissa 1-locularis.

11. LYCOPUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 44. De Neck. el. bot. n. 467. Borkh. tent. n. 349.

Cal. tubulosus 5-fidus inferus. Cor. tubulosa fere aequalis 4-fida: lacinia superiori latiori emarginata. Stamina distantia. Semina 4 nuda.

12. SALVIA,

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 50. De Neck. el. bot. n. 465. Borkh. tent. n. 376.

Cal. 5-dentatus 2-labiatus. *Cor.* ringens! *galea* compressa emarginata. *Filamenta* transverse pedicello affixa. *Sem.* 4 nuda.

13. SALICORNIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 14. De Neck. el. bot. n. 918. Borkh. tent. n. 33.

Cal. ventricosus integer. *Cor.* o. *Semen* 1 in fundo calycis.

14. LEMNA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 1400. De Neck. el. bot. n. 1675. Borkh. tent. n. 98.


Cal. 1-phyllus latere aut superiore parte dehiscens. *Cor.* o. *Antherae* didymae. *Stigma* capitatum. *Capsula* 1-vel 2-ocularis.

DIGYNIA.

15. ANTHOXANTHUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 58. De Neck. el. bot. n. 1572. Borkh. tent. n. 209.

Cal. gluma 2-valvis 1-flora. *Cor.* gluma duplex, utraque 2-valvis: *exteriori* aristata, *interiori* minima mutica. *Sem.* 1 corollae interiori adnatum.



CLASSIS II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

4. LIGUSTRUM. *Rheinweide.*

1) *L. vulgare* foliis elliptico-lanceolatis, thyrsis terminalibus: pedicellis oppositis. *Gemeine Rheinw. Liguster, Zaunriegel.*

(*L. sp.* pl. ed. *Willd.* I. p. 41. *Fjurd.* Enum. p. 9. *Pers.* syn. pl. I. p. 8. *Schrad.* Germ. I. p. 7. *Hoffm.* Germ. I. p. 3. *Schkuhr* bot. Handb. t. 2. *De Vest* Man. bot. p. 252. *Sturm* D. Flv I. 14. *Herb. Blackw.* t. 140.)

Frutex. Flor. Jun. Julio.

Hab. in dumctis, et ad sepes ubique.

Frutex 6-9-pedalis, ramosissimus: ramis oppositis. *Lignum* durum, albidum. *Folia* opposita, breviter petiolata, integerrima, glabra, nitida. *Flores* nivei, odorati. *Baccæ* maturæ nigrae, splendentes, subglobosae pisi majoris magnitudine.

Occurrit *foliis* ternis et maculatis.

Variationem *baccis* maturis *viridibus* sponte crescentem observavit *amicissim.* *Wöiff.*

5. SYRINGA, *Flieder.*

1) *S. vulgaris* foliis cordato-ovatis integerrimis, racemis terminalibus. *Gemeiner Flieder, Lilac, Holler.*
(*L.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 48. Ejusd. Enum. p. 14. Pers. syn. pl. I. p. 9. Schrad. Germ. I. p. 10. Hoffm. Germ. I. p. 3. De Vest Man. bot. p. 252. Sturm D. Fl. I. 2. Knorr. thesaur. II. t. S. II. Schmidt, Baumz. t. 77.*)

Lilac vulgaris Moench Meth. p. 430.

Frutex Flor. April. Majo.

Hab. ad sepes et in hortis ubique.

Frutex altitudine 9 - 12 pedum, saepe arborescens. *Lignum* luteo-album, vetustius rubro-variegatum aut rubellum. *Folia* opposita, petiolata, glabra, cordato-ovata, acuminata, integerrima. *Racemi* terminales, laxi, multiflori, saepe gemini. *Flores* suaveolentes, coerulei, violacei aut albi.

Var. *corollis* quinquefidis.

6. FRAXINUS, Esche.

1) *F. excelsior* foliis pinnatis: foliolis oblongo-lanceolatis seratis, floribus apetalis. *Hohe, gemeine Esche, Wundholzbaum.*

L. sp. pl. ed. Willd. IV. p. 1099. Ejusd. Enum. p. 1059. Pers. syn. pl. II. p. 604. Schrad. Germ I. p. 12. Hoffm. Germ. II. p. 279. Schkuhr bot. Handb. t. 357. Herb. Blacko. t. 328.)

F. Ornus Scopol. Carn. II. p. 281.

Arbor. Flor. April. Majo.

Hab. in sylvis, ad pagos. (In sylvis *Waldskugel, Guttenberg, Zell, Gramschatz, Veitshöchheim, et Irtenberg.* In sylvaticis prope *Wolfsmünster, Heydenfeld, Klosterhausfen, Kitzingen, et alibi.*)

Arbor formosa, altitudine nonnunquam 120 pedum. *Truncus* rectus cortice cinereo - fusco laevi, ad-
ultio-

ultiori aetate magis rugoso. *Gemmae* magnae, nigrae. *Folia* impari-pinnata: *foliis* 8-12-13 vel 15 oppositis, subsessilibus, oblongo-lanceolatis, acuminatis, argute serratis, utrinque nullis. *Flores* in paniculis laxis lateralibus. *Semina* matura cinerea, fructibus *Avenae sativae* similia.

Floret ante foliorum eruptionem.

7. CIRCAEA, Heckenkraut.

1) *C. lutetiana* caule erecto pubescente, foliis ovatis acutis denticulatis. *Gemeines, französisches Heckenkr. Stephanskraut, Waldklette.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 53. Ejusd. Enum. p. 14. Pers. syn. pl. I. p. 10. Schrad. Germ. I. p. 13. Hoffm. Germ. I. p. 3. Schkuhr bot. Handb. t. 2. De Vest Man. bot. p. 256.*)

C. vulgaris Bönch. Meth. p. 279.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in umbrosis humidis. (In sylva Huck prope Klingenstein raro. In nemorosis des Oelgrundes, et hinc inde auf dem Sodenberg. In sylvis inter Waldaschach et Klosterhausfen. In numerosis versus der Cascade prope Kissingen, et prope Bocklet versus dem münnerstädter Berg. In sylva Anspach ad Heydenfeld copiosissime).

Caulis pedalis, sesquipedalis et altior, erectus, teres, pubescens: *ramis* oppositis erectis. *Folia* opposita, longius petiolata, ovata, acuta s. acuminata, denticulata, villosiuscula vel magis glabra, obscure viridia. *Racemi* terminales et axillares, erecti, prae-longi, laxi. *Calyces* pilosi, rubelli. *Petala* obcordata, albida, rubello mixta.

2) *C. alpina* caule prostrato glaberrimo, foliis cordatis acuminatis dentatis. *Alpen - Hexenkr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Schrad. Germ. I. p. 14. Hoffm. Germ. I. p. 4. De Vest Man. bot. l. c.*)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvaticis montosis humidiusculis, ad arborum truncos putridos. (In variis *Rhoeni* montium regionibus e. gr. ad pedes des grossen *Auersberges*, in sylva vulgo der *Honigschlag*, in locis humidis arboribus fructicibusque dense consitis *montium* sic dictorum *nigrorum*. Etiam in nemorosis ad *Cascatam kissingensem* invenit *ill. Antecess. Heilmann.*)

Caulis prostratus, semipedalis et altior, ramosus, glaberrimus, teres, subpellucidus: *geniculis* tumidiusculis. *Folia* opposita, petiolata, laete viridia, tenerima, marginibus subundulatis. *Racemus* unicus, terminalis, brevis. *Flores* albi, parvi: *pedicellis* capillaribus. *Superiores* plerumque steriles.

Circaea intermedia caule plerumque ramossissimo, foliisque cordato-ovatis acuminatis subrepandis dentatis, quam *clariss. Ehrhart in seinen Beiträgen zur Naturkunde etc. Band 4. p. 42. et Hoffmann in Flor. germ. I. p. 4.* meram habent speciem, alii vero variationem solummodo praecedentis judicant, in iisdem fere provenit locis. Eam insuper aliquando inveni in regione *hillerana* im sogenannten *bildsteiner Gehege*.

S. VERONICA, *Ehrenpreis*.

S P I C A T A E.

1) *V. spuria* foliis ternis quaternisve breviter petiolatis lanceolatis simpliciter subaequaliter servatis glabris. *Unechter Ehrenpr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 55. Eiusd. Enum. p. 19. Pers. syn. pl. I. p. 10. Hoffm. Germ. I. p. 4. De Vest Man. bot. p. 253. Spreng. Hal. p. 6. t. I. f. 1.*)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in umbrosis, ad ripas. (Ad ripam des *Wildwassers* prope *Abb. Hei enfeld* inter saliceta plagulam planta hac dense consitam vidi.)

Caulis sesquipedalis, 2-pedalis, erectus, strictus, teres, glabriusculus. *Folia* opposita, plerumque terna, etiam quaterna, breviter petiolata, angusta, lanceolata, acuta, utrinque glabra, argute simpliciter et subaequaliter servata: *servaturis* remotis. *Spicae* 5-7 terminales, longae, graciles, laxae: *media* reliquis longiore. *Bractea*e breves, lanceolatae. *Pedunculi* tenues *calyce tetrapartito* triplo fere longiores. *Corollae* coeruleae.

2) *V. spicata* spica terminali, foliis oppositis oblongis crenatis basi angustatis cauleque simplicissimo pubescentibus: radicalibus in petiolum decurrentibus obovatis. *Aehrenblüthiger Ehrenpr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 56. Eiusd. Enum. p. 15. Pers. syn. pl. I. p. 10. Schrad. Germ. I. p. 15. Hoffm. Germ. I. p. 5. De Vest Man. bot. p. 254.*)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in montosis, sylvaticis, in collibus nemerosis. (In locis editioribus circa der *Waldskugel*

kugel et prope *Giebelstadt* rarissime. In collibus sylvae inter *Gretstadt* et *Horhaussen* pluries invenit *An. Wolff*. Crescit etiam ad montem *Hohwann* prope oppidulum *Hafsfurth*.)

Caulis palmaris, pedalis et altior, adscendens, basi plerumque procumbens, teres, simplex, villosus aut pubescens. *Folia* pallide viridia, opposita, pubescentia, inaequaliter crenata: *apicibus* integerrimis, *summa* sessilia alterna. *Spica* terminalis, solitaria, erecta. *Flores* brevissime pedicellati, *bracteis* lanceolatis angustis villosis interstincti. *Calyx* profunde 4-partitus, hirsutus. *Corollae* coeruleae. *Capsulae* calycem aequantes, subrotundae, subcompressae, emarginatae.

3) *V. officinalis* foliis obovato-subrotundis serratis cauleque adscendente radicante villosis, spicis lateralibus: floribus distantibus. *Wahrer Ehrenpr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 59. Ejusd. Enum. p. 21. Pers. syn. pl. I. p. 11. Schrad. Germ. I. p. 31. Hoffm. Germ. I. p. 5. Schkuhr bot. Handb. t. 3. De Vest Man. bot. l. c. Herb. Blackw. t. 143. Knorr. thesaur. II. t. V. 1.*)

Perenn. Flor. Majo-Julio.

Hab. in sylvis, pascuis sterilibus montanis, et ad sepes ubique.

Caules semipedales, pedales, teretes, rigidi, basi procumbentes et radicales, apicem versus adscendentes, villosi, pilosiusculi, scabri. *Folia* opposita, breviter petiolata, serrata, villosa, scabriuscula vel magis glabra, pallide viridia. *Spicae* oppositae, adscendentes. *Corollae* pallide coeruleae, venis saturatioribus pictae. *Capsulae* obcordatae, compressae.

CORYMBOSO — RACEMOSA E.

4) *V. serpyllifolia* foliis oppositis ovatis glabris: inferioribus crenatis, racemo terminali subspicato, bracteis pedicellos excedentibus. *Quendelblättriger Ehrenpr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 64. *Ejusd.* Enum. I. c. *Pers.* syn. pl. I. p. 13. *Schrad.* Germ. I. p. 21. *Hoffm.* Germ. I. p. 6. *De Vest* Man. bot. p. 260.)

Perenn. Fior. Aprili-Julio.

Hab. in nemorosis, in pratis, agris, ad vias. (In fossa oppidana prope dem *Sanderthore* satis frequens. In pratis inter *Wirceburgum* et *Heydingsfeld*. In via vom *Bleichwaasen* versus *Himmelsporten*, circa der *Leimhütte* ibidem. In pratis bei der *Au-Rosen* et *Lindleins-Mühle*. Ad margines et in graminosis sylvarum *Gramschatz*, *Irtenberg*, *Guttenberg*, *Waldbüttelbronn*, et alibi saepe frequens.)

Caules digitales, sesquidigitales et ultra, teretes, filiformes, glabri vel leviter pubescentes, ramosi, procumbentes: *apicibus* adscendentibus. *Folia* breviter petiolata, ovato-subrotunda, glabra, laete viridia: *inferiora* crenata, *superiora* sensim minora ac integerrima. *Pedicelli* erecti bracteis breviores. *Corollae* albae vel coerulescentes: *lacinia* angustiori plerumque alba vel pallide coerulea. *Capsulae* obcordatae, compressae.

5) *V. Beccabunga* foliis ovatis obtusis planis serrulatis, racemis lateralibus, caule repente inferne radicante. *Quellen-Ehrenpr. Bachbungen.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. c. *Ejusd.* Enum. I. c. *Pers.* syn. pl. I. p. 12. *Schrad.* Germ. I. p. 30. *Hoffm.* Germ.

Germ. I. p. 7. *De Vest.* Man. bot. p. 256. *Herb. Blackw.* t. 48. *Sturm.* D. Fl. I. 12.)

Perenn. Flor. Majo-Julio.

Hab. in fossis aquaticis, aquis stagnantibus, rivulis et ad fontium scaturigines ubique frequens.

Caules semipedales, pedales et altiores, teretes, glaberrimi, simplices aut ramosi, geniculis radican- tes, basi procumbentes, a medio apicem versus erecti. *Folia* opposita, breviter petiolata, ovata vel elliptica obtusa, plana, obsolete serrata, subcarnosa, laete viridia. *Flores* coerulei: *pedicellis* bractea longioribus. *Racemi* erecti. *Capsulae* subrotundae, emarginatae, apice compressae.

In locis siccioribus omnibus in partibus minor ad-
paret.

6) *V. Anagallis* foliis lanceolatis serratis glabris semiamplexicaulibus, racemis lateralibus, caule erecto. *Wasser- Ehrenpr. Wassergauchheil.*

(*L.* sp. pl. ed. *Will.* I. p. 65. *Ejusd.* Enum. I. c. *Pers.* syn. pl. I. p. 12. *Schrad.* Germ. I. p. 29. *Hoffm.* Germ. I. p. 7. *De Vest* Man. bot. I. c.)
Perenn. Flor. Majo-Julio.

Hab. in fossis, rivulis, locis inundatis. et ad ripas. (In fossa oppidana prope dem *Wasserthurm*, dem *neuen* et *Burkardsthore*. In fossis et rivulis extra urbem prope portam *Pleichach*. Ad ripas *Moeni* versus *Heydingsfeld*, *Eivelstadt*, *Ochsenfurth*, porro versus *Zell*, *Veitshöchheim*, *Himmelstadt*, *Karlsstadt*, ad fossas ibidem, ad locus prope *Abbat. Heidenfeld*, alibique.)

Caulis pedalis et ultra, erectus, teretiusculus vel subtetragonus, simplex aut parum ramosus, glaberrimus. *Folia* opposita, sessilia, lanceolata, acuta, serrata, subcarnosa, glaberrima. *Racemi* longi, oppositi axillares, adscendentes. *Flores* dilute coerulei, quandoque albi. *Capsulae* praecedentis.

7) *V. Scutellata* foliis lineari-lanceolatis subintegerrimis, racemis lateralibus alternis; pedicellis, pendulis, caule erectiusculo. *Schildsaamiger Ehrenpr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. p. 22. *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. p. 28. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c.)

Perenn. Flor. Majo - Julio.

Hab. in uliginosis, pratis humidis, locis inundatis. (Frequens in fossa oppidana prope dem *neuen* et *Sanderthore*. Hinc inde ad rivum *Studentenbach*. In fossis aquaticis versus *Gerbrunn*, et *Veitshöchein*. In pratis humidiusculis et paludosis prope *Himmelstadt*, *Gossmannsdorf*, *Dettelbach*, *Hürblach*, *Abbat. Heidenfeld*, *Hafsfurth* et alibi.)

Caulis digitalis, semipedalis, erectiusculus, debilis, teres, glaber, inferne ramosus. *Folia* opposita, sessilia, lineari-s. ovato-lanceolata, acuta, denticulata, raro integerrima, subcarnosa, glabra. *Racemi* alterni, axillares, laxi: *inferiores* folia superantes, *superiores* iis minores. *Pedicelli* filiformes, flexuosi, bractea duplo fere longiores. *Corollae* albae venis rubellis pictae. *Capsulae* orbiculatae, compresseae, emarginatae, glaberrimae.

8) *V. latifolia* foliis sessilibus subcordato-ovatis obtusiusculis serratis rugosis cauleque adscendente villosis, racemis lateralibus longissimis, calycibus quinquepartitis. *Breitblättriger Ehrenpr. Gamander - Ehrenpr.*

(*L.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 71. *Ejusd.* Enum. p. 23. *Pers.* syn. pl. I. p. 12.. *Schrad.* Germ. I. p. 35. *Weinmann Phytanthoza-Iconogr.* IV. t. 1005. *De Vest* Man. bot. l. c.)

V. Tecurium *L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 66. *Pers.* syn. pl. c. *Hoffm.* Germ. I. p. 7.

V. pseudochamaedrys *Jacq.* Austr t. 60.
Perenn. Flor. Majo-Julio.

Hab. in pratis siccioribus, in collibus graminosis, ad sylvarum et vinearum margines. (Ad dumeta et saepes circa urbem passim. In pratis prope *Mühlhausen* hinc inde copiose. In collibus [apud *Dettelbach, Sommerhausen, Volkach*, et ad vias inter vineas prope *Randesacker, Eivel-tadt, Frickenhausen*, et *Ochsenfurth*. In pratis supra *Heydingsfeld*, prope *Thüngen, Wolfsmünster, Sachsenheim*, im *Oelgrund*, ad sylvas ibidem, et prope *Graesendorf, Abbat. Heidenfeld*, alibique.)

Caules palmares, pedales et altiores, adscendentes, teretes, pilis brevibus crispatis pubescentes aut hirsuti, interdum magis glabri. *Folia* opposita, sessilia s. brevissime petiolata, subcordato-ovata, quandoque ovata, obtusa, inaequaliter obtuse serrata, rugosa, utrinque subtus praecipue villosa s. pubescentia, laete viridia. *Racemi* in alis superioribus oppositi, longi erecti, densi, multiflori. *Flores* speciosi, coerulei. *Bractee* lineari-lanceolatae, pubescentes. *Calyx*, 5-partitus: *laciniis* angustis inaequalibus. *Capsulae* obcordatae, compressae.

9) *V. prostrata* foliis sessilibus oblongo-lanceolatis obtusis serratis, calycibus 5-partitis, caule prostrato: florifero adscendente, racemis lateralibus. *Gestreckter Ehrenpreis.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 67. *Ejusd.* Enum. p. 22. *Pers.* syn. pl. I. c. *Schrad.* Germ. I. p. 38. *Hoffm.* Germ. I. p. 7. *De Vest* Man. bot. p. 257. *Moench.* Hass. no. II. t. I.)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in montibus, collibus, et locis apricis arenosis. (Prope arcem auf dem Schlofsberge, in monte *Nicolai*, in asperis siccis prope *Ober- et Unterdiirrbach*, inque vicinia des *rothen Kreuzes*. In collibus am *Hexenbruch*, in via versus *Rimpar, Miihlhausen* et *Prosselsheim*. Circa *Arnstein, Prebersdorf, Thiingen, Abbat. Heidenfeld*, inter *Homburg* et *Remlingen*, alibique.)

Caules digitales palmares, ad terram decumbentes, prostrati, debiles, teretes, villosio-incani, subflexuosi, simpliciusculi. *Folia* opposita, plerumque sessilia vel breviter petiolata, villosio-incana: *inferiora* obovato-lanceolata serrata, *superiora* lineari-lanceolata integriuscula angustiora et longiora. *Racemi* multiflori, laterales, erecti, caulem superantes: *pedicellis* sparsis capillaribus villosis. *Corollae* coerulescentes vel ex roseo-pallide-violaceae, raro albidae, calyce duplo longiores. *Calyces* 5-partiti: *laciniis* inaequalibus lineari-subulatis. *Capsulae* cordatae, emarginatae.

10) *Chamaedrys* foliis sessilibus ovatis rugosis inciso-seratis: summis cordato-ovatis, racemis lateralibus, calycibus 4-partitis, caule utrinque linea pilosa. *Wald-Ehrenpreis, wilder Gamander.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 69. *Ejusd.* Enum. I. c. *Pers.* syn. pl. I. p. 12. *Schrad.* Germ. I. p. 33. *Hoffm.* Germ. I. p. 8. *De Vest.* Man. bot. I. c.)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab.

Hab. in pratis, ad sepes, dumeta, ad vias et sylvarum margines, in vineis nemoribusque ubique.

Caules digitales, palmares, nonnunquam pedales, ex procumbente erecti, simplices, utrinque linea longitudinali pilosa notati. *Folia* opposita, rugosa, inciso-serrata, subtus praecipue pilis albis mollibus villosa: *inferiora* subpetiolata ovata minora, *superiora* sessilia cordato-ovata. *Racemi* ex alis superioribus, oppositi, erecti, laxi, multiflori. *Bractae* lanceolatae, pedicellos subaequant. *Flores* speciosi, laete coerulei, rarissime carnei vel albi. *Calyx* 4-partitus: *laciniis* inaequalibus. *Capsula* parva, obcordata, compressa.

11) *F. montana* foliis petiolatis cordato-ovatis serratis rugosis, racemis lateralibus paucifloris, calycibus 4-partitis hirsutis. *Berg-Ehrenpr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd.* l. p. 63. *Pers. syn. pl.* l. p. 12. *Schrad. Germ.* l. p. 32. *Hoffm. Germ.* l. p. 8. *Ejusd. Germ. ed. 1791.* t. 1. *De Vest Man. bot.* l. c. *Jaeg. Austr.* t. 109.)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in montosis umbrosis. (In umbrosis der *Waldskugel* rarissime *sec. cl. D. Lehmann.* In monte *Hohwann* apud *Mafsfurth*, prope dem *Zabelstein* prope *Gerolshofen*, et in monte *münnerstadtiano* prope *Bocklet* parraro. In monte prope *Cascatam* apud *Kissingen* aliquoties legit *cl. Antec. Heilmann.*)

Caulis palmaris, pedalis, teres, debilis, simplex, villosus, procumbens, geniculis terrae vicinis radicans, apicem versus adscendens. *Folia* opposita, petiolata, cordato-ovata, rugosa, plus minusve villosa, o. tuse et inaequaliter serrata, subtus cum petiolis et caulis parte inferiore plerumque purpurascen-

centia. *Racemi* in alis supremis oppositi, longi, filiformes, laxi, pauciflori. *Bracteae* lanceolatae, pubescentes, pedicellis multo breviores. *Calyces* corolla duplo breviores, hirsuti, 4-partiti: *laciniis* subaequalibus ellipticis ciliatis. *Corollae* aquose coeruleae, quandoque albae venis violaceis pictae. *Capsulae* magnae, orbiculatae, planae, subemarginatae, marginibus ciliatae.

PEDUNCULIS UNIFLORIS.

12) *V. agrestis* floribus solitariis, foliis cordato-ovatis serratis petiolatis pedunculo brevioribus. *Acker-Ehrenpr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 72. *Ejusd.* Enum. p. 23. *Pers.* syn. pl. I. p. 13. *Schrad.* Germ. I. p. 42. *Hoffm.* Germ. I. p. 9. *De Vest Man.* bot. p. 259.)

Ann. Flor. Aprili - Junio.

Hab. in hortis, agris, ruderalis et ad sepes ubique.

Caulis digitalis, sesquidigitalis, teres, pubescens, decumbens, supra basin ramosus: *ramulis* brevibus procumbentibus. *Folia* petiolata, cordato-ovata, rugosa, serrata, pubescentia: *inferiora* opposita, *superiora* alterna. *Pedunculi* alares, solitarii, uniflori, filiformes, foliis plerumque longiores: *floriferi* erecti, *fructiferi* recurvi. *Calyx* pubescens, 4-partitus: *laciniis* ovatis obtusis subaequalibus. *Corollae* pallide coeruleae venis saturatoribus pictae, quandoque albae. *Capsulae* turgidae, scabriusculae, apice emarginatae.

13) *V. arvensis* floribus solitariis, foliis cordato-ovatis serratis petiolatis: floralibus sessilibus pedunculo longioribus. *Feld - Ehrenpr.*

(*L.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 73. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. I. p. 13. Schrad. Germ. I. p. 41. Hoffm. Germ. I. p. 9. De Vest Man. bot. l. c.*)

Ann. Flor. Aprili - Junio.

Hab. in arvis, pascuis, in ruderatis et hortis, ad muros et inter segetes frequens.

A praecedente caulibus adscendentibus vel erectis, pedunculis folio brevioribus, laciniis calycinis lanceolatis, corollis minoribus, capsulis magis compressis glabriusculis satis distincta.

14) *V. praecox* floribus solitariis longius pedunculatis, foliis inferioribus petiolatis cordato-ovatis serratis, summis oblongis sessilibus subintegerrimis pedunculo brevioribus, caule erectiusculo. *Früher Ehrenpreis.*

(*Pers. syn. pl. I. p. 13. Schrad. Germ. I. p. 40. Hoffm. Germ. l. c.*)

V. acinifolia L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 75. De Vest Man. bot. p. 261.

Ann. Flor. Martio - Majo.

Hab. in agris et arvis siccis, inter segetes. (Ad muros inter hortos circa urbem raro, hinc inde in muris oppidanis. Ad margines agrorum prope *Theilheim, Rimpar, Mühlfhausen, Dippach, Hirschfeld*, auf dem *Galgen- und Kreinberge*. In agris siccis elevatis apud *Arustein*, [ad sepes in monte *Kammerberg* ibidem, in arvis prope *Trabelsdorf*, alibique rarius.)

Caulis 2 - 3 - 4 - uncialis, erectiusculus, teres, hirsutus, a basi plus minusve ramosus aut simplex. *Folia* opposita, crassiuscula, parum rugosa: inferiora petiolata cordato-ovata obtuse crenata subtus cum

caulis inferiore parte purpurascens, *superiora* sensim minora angustiora sessilia subintegerrima pedunculo breviora. *Pedunculi* alares, solitarii, erecti, uniflori. *Calyx* 4-partitus, *laciniis* 2 minoribus. *Corollae* parvae, dilute coeruleae. *Capsulae* obovatae, turgidae emarginatae, calycem adaequant, maturitate ex viridi coerulescentes.

15) *V. hederifolia* floribus solitariis, foliis petiolatis planis cordatis 5-lobis: lobo medio majori, summis 3-lobis pedunculo brevioribus. *Epheublättriger Ehrenpreis*, *kleiner Gundermann*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 73. *Ejusd.* Enum. I. c. *Pers.* syn. pl. I. c. *Schrad.* Germ. I. p. 43. *Moffm.* Germ. I. c. *De Vest* Man. bot. p. 259.)

Ann. Flor. Martio - Majo.

Hab. in cultis, ad vias, ad sepes, in pomariis ubique.

Caulis digitalis, sesquidigitalis, teres aut teretiusculus, pubescens: *ramis* pluribus procumbentibus. *Folia* petiolata, reniformi-cordata, plana, subcarnosa, utrinque pilis brevibus obsessa, opposita, 5-loba: lobo medio maximo; *superiora* subsessilia alterna pedunculo breviora. *Pedunculi* solitarii, alares, uniflori, longi, filiformes, erecti, demum recurvi. *Calyces* 4-partiti: *laciniis* subaequalibus cordatis acutis ciliatis. *Corolla* calyce brevior, dilute coerulea, venis saturationibus; saepe albida. *Capsula* subrotunda, turgida, glabra, apice emarginata.

16) *V. triphylos* floribus solitariis, foliis infimis petiolatis ovatis indivisis, superioribus digitato-partitis, summis 3-partitis sessilibus, pedunculis calyce longioribus, caule h̄atulo. *Dreiblättriger Ehrenpr.*

(*L.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 74. *EjUSD.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. p. 13. *Schrad.* Germ. I. p. 44. *Hoffm.* Germ. I. p. 10. *Sturm.* Deutschl. Flor. I. 8. *De Vest* Man bot. p. 260.)

Ann. Flor. April. Majo.

*Hab. in agris, arvis arenosis, in rudera-
tis, in hortis et ad sepes ubique.*

Caulis uti tota planta pubescens, viscidus, digita-
lis, sesquidigitalis, teres erectiusculus, simplex aut
ramosus: *ramulis* patulis. *Folia* subcarnosa, supra
nigrescenti-viridia, subtus plerumque purpurascen-
tia: *radicalia* petiolata ovata integerrima, *caulina in-
feriora* brevius petiolata incisa aut subintegra, *media*
subsessilia 5-partita: lacinia intermedia latiori, *sum-
ma* sessilia, plerumque 3-partita, saepe simplicia.
Pedunculi alares, solitarii, uniflori, erecti, longitu-
dine foliorum, aut iis paulo longiores. *Calyx* 4-par-
titus: *laciniis* lanceolatis obtusis. *Corolla* coerulea,
aut aqueose coerulea. *Capsula* suborbiculata, com-
pressa, emarginata.

17) *V. verna* floribus solitariis, foliis digitato-
partitis; summis indivisis, pedunculis calyce bre-
vioribus, caule stricto. *Frühlings-Ehrenpreis.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 75. *EjUSD.* Enum. p. 24.
Pers. syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. I. p. 45. *Hoffm.*
Germ. l. c. *Sturm.* D. Fl. I. 13. *De Vest* Man.
bot. l. c.)

Ann. Flor. April. Majo.

*Hab. in agris, arvis arenosis, locis apri-
cis.* (In agris hinc inde juxta dem *Glacis* inter dem
neuen et *Rennwegerthore*, in agris versus *Gerbrunn*,
Rimpar, *Gramschatz*, *Thüngen*. In arenosis prope
Ochsenfurth, *Röttingen* et alibi.)

Caulis uncialis, digitalis, erectus, strictus, teres, plus minusve ramosus, quandoque simplicissimus, pubescens ut reliquae partes. *Folia* sessilia aut in petiolum brevem decurrentia: *inferiora* opposita ovata profunde digitato-incisa aut serrata, *caulina* digitato-partita: *laciniis* linearibus acutis, *intermedia* latiori et longiori, *superiora* alterna lineari-lanceolata 3-partita, *summa* indivisa. *Pedunculi* solitarii, alares, alterni, recti, brevissimi. *Calyx* 4-partitus: *laciniis* lineari-lanceolatis inaequalibus foliis aequantibus. *Corolla* parva venis violaceis picta: *fauce* pallide lutea. *Capsula* orbiculata, compressa, emarginata, margine hirta.

9. GRATIOLA, *Gnadenkraut*.

1) *G. officinalis* foliis lanceolatis serrulatis sessilibus, pedunculis axillaribus. *Officinelles Gnadenkr.* *Wahres Purgirkraut*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 102. Ejusd. Enum. p. 29. Pers. syn. pl. I. p. 14. Schrad. Germ. I. p. 50. Hoffm. Germ. I. p. 10. Schkuhr Handb. p. 13. t. 2. a. Herb. Blackw. t. 411. De Vest Man. bot. p. 262.*)

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in pratis humidis, inundatis, ad ripas. (Plantam hanc apud nos rarissimam in regione gemündana ad ripam salae, non procul inde, ubi fluvius iste in Moenum transit, ante plures annos semel inveni. *Am. Wolff* eam in humidis apud Grettstadt detexit, et *def. M. D. Billing* mihi exemplare in saltu *Kitzingensi* repertum misit. Ibi autem, et in aliis a pluribus designatis locis incassum quaesivi.)

Planta inodora, amarissima, ingrata. *Radix* repens, articulata, alba. *Caulis* pedalis circiter, erectus simplex, articulatus, ex albido viridis, inferne teres, superne tetragonus. *Folia* opposita, sessilia, ovato-lanceolata, obtusa, glabra, a medio apicem versus serrata, 5-nervia: *superiora* angustiora breviora acutiora 3-nervia integriuscula. *Flores* longe pedunculati, axillares, oppositi, solitarii, rubicundo-flavidi. *Capsulae* ovatae, acuminatae, polyspermae.

10. UTRICULARIA, *Wasserschlauch*.

1) *U. vulgaris* nectario conico, foliis pinnato-multipartitis. *Gemeiner Wasserschlauch, Wasserhelm*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 112. Ejusd. Enum. p. 29. Pers. syn. pl. I. p. 18. Schrad. Germ. I. p. 54. Hoffm. Germ. I. p. 11. Sturm. D. Flor. I. 13. Schkuhr bot. Handb. p. 14. t. 3. De Vest Man. bot. p. 264.*)

Lentibularia vulgaris Moench. Meth. p. 521.

Perenn. Flor, Jun. Julio.

Hab. in paludibus, in fossis, et aquis stagnantibus. (In lacu fossae oppidanæ prope Hydraulicam specimina aliquot speciosa plantae florentis anno præterito legi. Ibi etiam pluries invenit pater meus defunct. Raro præterea occurrit in paludosis prope *Hafsfurt, Abbat. Heidenfeld*, ad ripas Moeni paludosas aut in viciniis fossis e. gr. prope *Karlstadt et Gemünden*.)

Planta ramosissima tempore florescentiæ aquæ innatans utriculis aere inflatis sublata, deflorata submersa utriculis aere destitutis. *Scapus* erectus, digitalis, palmaris, teres, squamis aliquot ovatis membranaceis vestitus, superne 2-3-4-florus. *Folia* mul-

multifida, ramosissima, setacea, utriculis obsessa. *Corolla* personata, ad faucem gibba, vitellina: *lineis* rubris. *Calcar* conicum, incurvum, labio fere aequale.

2) *U. minor* nectario carinato, foliis 3-partito-dichotomis. *Kleiner Wasserschl.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. I. p. 56. *Hoffm.* Germ. l. c. *Sturm* D. Fl. I. 17. *De Vest* Man. bot. l. c.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in fossis, et inundatis. (Rarissime ad rivulum fossae oppidanæ prope dem *Wasserthurm*, et in fossis circa *Abbat. Heidenfeld.*)

Praecedenti simillima, sed omnibus in partibus minor. *Corolla* pallidior, ringens: *fauce* aperta. *Calcar* breve, carinatum, deorsum spectans.

II. LYCOPUS, *Wolfsfuß.*

1) *L. europaeus* foliis laciniato-serratis. *Gemeiner Wolfsfuß, Wasser-Andorn, Zigeunerkraut.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 120. *Ejusd.* Enum. p. 30. *Pers.* syn. pl. I. p. 24. *Schrad.* Germ I. p. 57. *Hoffm.* Germ. I p. 12. *Schkuhr* bot. Handb. p. 15. t. 4. *De Vest* Man. bot. p. 264.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in humidis, ad fossas, ad rivos. (In fossis oppidanis, hinc inde ad rivum *Studentenbach*, apud *Catarrhactam* vor dem *pleichacher Thore*, ad ripas *Moeni* prope *Zell, Veitshöchheim, Erlabrunn, Karlstadt, Wipfeld, Heidenfeld*, et alibi frequens.)

Radix nodosa, valde repens. *Caulis* erectus, pedalis, cubitalis, tetragonus, sulcatus, ramosus, foliisque hinc inde hirsutus. *Folia* subsessilia, opposita, ovata vel ovato-lanceolata, laete viridia, rugosa, profunde inaequaliter serrata: *inferiora* subpinnatifido-serrata. *Flores* sessiles, verticillati, dense conferti, bracteis lineari-lanceolatis suffulti. *Corollae* parvae, albae: *fauce* pilosa, punctis rubellis intus notata.

2) *L. exaltatus* foliis omnibus pinnatifidis. *Höher Wolfsfuß*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 121. Ejusd. Enum. p. 31. Pers. syn. pl. l. c. Schrad. Germ. I. p. 58.*)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in locis humidis, ad ripas. (Ad moeni ripas prope *Wipfeld* sponte crescentem vidit *Am. Wolff.*)

Caule multo altiori, *foliisque* petiolatis, omnibus pinnatifidis a praecedente satis distinctus.

12. SALVIA, *Salbei.*

1) *S. pratensis* foliis cordato-oblongis inciso-crenatis, corollae galea subviscosa. *Wiesen-Salbei.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 135. Ejusd. Enum. p. 36. Pers. syn. pl. I. p. 26. Schrad. Germ. I. p. 63. Hoffm. Germ. I. p. 13. Herb. Blackw. t. 258. De Vest Man. bot. p. 266.*)

Sclarea pratensis Moench. Meth. p. 375.

Perenn Flor. Majo - Julio.

Hab. in pratis et ad colles ubique.

Caulis sesquipedalis et altior, erectus, tetragonus, subvillosus, parum ramosus. *Folia* opposita, rugosa,

cordato-oblonga, inaequaliter crenata, supra glabra, subtus cum petiolis villosa: *radicalia* petiolata, *superiora* minora subsessilia, *summa* lanceolata amplexicaulia. *Flores* breviter pedunculati, verticillati. *Bractae* sub quovis verticillo 2 ovatae, acuminatae. villosae. *Corollae* speciosae, coeruleae, carneae, aut albae. *Calyces* cum corollae galea, et superiori caulis parte magis minusve viscosi.

13. SALICORNIA, Glasschmalz.

1) *S. herbacea* geniculis compressis emarginatis, internodiis obconicis, spicis apicem versus attenuatis. *Krautartiges Glasschmalz.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 23. Pers. syn. pl. I. p. 5. Schrad. Germ. I. p. 69. Hoffm. Germ. I. p. 1. Herb. Blackw. t. 598. Schkuhr Handb. I. p. 5. t. I. De Vest Man. bot. p. 229.*)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. ad salinas. (Circa *Cascatam* et ad salinas prope *Kissingen* rarissime.)

Caulis erectus, succulentus, ramosissimus, articulatus: *articulis* superne crassioribus, apice emarginato-bifidis submembranaceis. *Spicae* in ramis ramulisque terminales, teretes, geniculatae, apicem versus sensim attenuatae. *Flores* terni in quovis articulo oppositi. *Squamae calycinae* ovaes, obtusae. *Stamina* plerumque 2. *Stigma* 2-raro 3-fidum.

14. LEMNA, Wasserlinse.

1) *L. trisulca* foliis lanceolatis petiolatis proliferis. *Dreifurchige Wasserl.*

(*L.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 193. *Ejusd.* Enum. p. 951. *Pers.* syn. pl. II. p. 532. *Schrad.* Germ. I. p. 71. *Hoffm.* Germ. II. p. 186. *Wolff* comment. d. Lemn. f. 1-2-3. *De Vest* Man. bot. p. 115.)

Lenticula trisulca Scop. Carn. II. p. 213. *Moench.* Meth. p. 319.

Ann. Flor. Maj. Junio.

Plantula natans, ramosissima, glabra, subpellucida. *Radices* breves, filiformes, solitariae, simplices. *Folia* petiolata, elliptico-lanceolata, obtusa, apicem versus subtilissime denticulata, basi in petiolum decurrentia, pallide viridia, subtus prolifera. *Flores* e rima marginali foliorum solitarii, hermaphroditi cum masculis. *Calyx* integer. *Stamina* adscendentia, alba: *antheris* didymis flavis. *Stigma* bifidum.

2) *L. minor* foliis sessilibus obovatis utrinque planiusculis. *Kleine Wasserlinse*, *Meerlinse*.

Lenticula minor Scopol. et Moench. l. c.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 194. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. I. p. 72. *Hoffm.* Germ. II. p. 187. *Schkuhr* Handb. t. 281. *Wolff.* Comm. d. Lemn. f. 4-10. *De Vest* Man. bot. l. c.)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in aquis stagnantibus, fossis et lacubus copiose.

Radiculae solitariae, simplices, praelongae. *Folia* natantia, parva, obovata, integerrima, superne plana, subtus convexiuscula, laete viridia, 2 vel 3-basi connexa. *Flores* e foliorum marginibus, constanter hermaphroditi. *Calyx* bilobus.

3) *L. gibba* foliis sessilibus obovatis convexiusculis hemisphaericis. *Höckerige Wasserl.*

(*L.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* c. l. *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. l. p. 73. *Hoffm.* Germ. l. c. *Schkuhr* Handb. t. 281. *Wolff.* C. d. Lemm. f. II-15. *De Vest Man.* bot. l. c.)

Lenticula gibba Moench, Meth. l. c.

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in iisdem cum prioribus locis, sed multo rarius. (Frequentius provenit in aquis fossae oppidanæ prope dem *Wasserthurm* et alibi.)

Similis præcedenti, sed paulo major. *Folia* subtus celluloso-gibba et spongiosa, aqua sorbillata plena. *Calyx* margo obsoletus ante anthesin jam evanescens.

4) *L. polyrrhiza* foliis sessilibus subrotundis, radiculis confertis. *Fielwurzliche Wasserlinse.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 195. *Ejust.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Schkuhr* Handb. t. 281. *Wolff.* l. c. f. 16-21. *De Vest Man.* bot. l. c.)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. cum prioribus passim.

A 2 præcedentibus, quibus simillima, *radiculis* imprimis plurimis confertis differt. *Folia* præterea triplo fere majora, rotundiora, obtusiora, emarginata, supra leviter sulcata, subtus convexiuscula subrugosa.

DIGYNIA.

15. ANTHOXANTHUM, Ruchgras..

1) *A. odoratum* panicula spicata ovato-oblonga, flosculis pedunculatis arista longioribus. *Wohlbriechendes, gelbes Ruchgr. Melilotengras, Lavendelgras.*

(*L.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 156. *Ejusd.* Enum. p. 45. *Pers.* syn. pl. I. p. 30. *Schrad.* Germ. I. p. 77. *Hoffm.* Germ. I. p. 14. *Schkuhr* Handb. I. p. 18. t. 4. *Sturm.* D. Fl. I. 4. *Leers* Flor. Herborn. t. 2. f. 1. *Host.* Gram. austr. I. p. 5. t. 5. *Koeleri* Descript. Gram. p. 68. *Schreb.* Gram. I. p. 49. t. 5.)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in pratis siccioribus, in montosis, et ad colles ubique.

Gramen odore suavissimo imprimis tempore desiccationis. *Radix* odorata, aromatica. *Culmi* pedales, sesquipedales et ultra, erecti, tenues, glabri. *Folia* plana, glabra, versus basin pilis brevibus mollibus obsessa. *Vaginae* profunde striatae: inferiores ut plurimum pubescentes. *Ligula* obtusa, demum lacinulata. *Panicula* spicata, saepe interrupta, basi attenuata, circiter pollicem longa, primo viridis, demum flavescens. *Flores* lanceolati, acuminati, superne compressi, immixtis multis sterilibus, praecipue in paniculae inferiore parte, sub anthesi patentes, rachi appressi ante et post anthesin.

Variat panicula duplici.

CLASSIS III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

16. VALERIANA.

L. Gen. pl. ed. Schreb. n. 60. De Neck. el. bot. n. 206. Borckh. tent. n. 348.

Cal. margo minimus involutus germen coronans in pappum plumosum sessilem demum resolubilis. Cor. 1 - petala 5 - fida basi hinc gibba supera. Sem. 1 pappo plumoso coronatum.

17. FEDIA.

Borck. tent. n. 269. Gärtn. Fruct. II. p. 36. t. 86.

Cal. 3 - 5 - dentatus. Cor. 1 - petala 5 - fida basi hinc gibba supera. Nux calyce persistente coronata 2 - 3 - locularis: loculo unico fertili.

18. POLYCNUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 72. De Neck. elem. b. n. 922. Borckh. tent. n. 34.

Cal. 2 - 3 - phyllus. Petala 5 calyci similia. Utriculus 1 - spermus.

19. GLADIOLUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 77. De Neck. el. bot. n. 1526. Borckh. tent. n. 431.

Spa-

Spatha 2-valvis 1-flora. *Cor.* 6-partita subringens. *Stamina* sub labio superiori curvata. *Stigma* 3-fidum. *Caps.* subtrigona trilocularis.

20. IRIS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 79. De Neck. elem. bot. n. 1516. Borkh. tent. n. 433.

Spatha 2-valvis. *Cor.* supera 6-partita: laciniis alternis reflexis. *Stylus* superne 3-partitus: laciniis petaliformibus staminibus incumbentibus. *Caps.* trigona trilocularis.

21. SCHOENUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 92. De Neck. elem. bot. n. 1631. Borkh. tent. n. 234. et 236.

Cal. glumae 1-valves paleaceae in spiculas undique imbricatae: inferioribus sterilibus minoribus. *Semen* nudum vel basi setis obvallatum.

22. CYPERUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 93. De Neck. el. b. n. 1630. Borkh. tent. n. 238.

Cal. glumae 1-valves paleaceae distiche imbricatae in spiculas compressas. *Cor.* o. *Sem.* 1 nudum.

23. SCIRPUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 94. De Neck. el. b. n. 1629. Borkh. tent. n. 237.

Cal. glumae paleaceae convexae 1-valves 1-florae undique in spicas ovatas congestae. *Cor.* o. *Nux* 1-loocularis nuda vel setis basi cincta.

24. ERIOPHORUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 95. De Neck. el. b. n. 1633. Borkh. tent. 239.

Cal. glumae paleaceae 1-valves 1-florae undique in spicam imbricatae. *Cor.* 0. *Nux* 1-locularis lana densa longissima cincta.

25. NARDUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 97. De Neck. el. b. n. 1575. Borkh. tent. n. 233.

Cal. 0. *Cor.* 2-valvis: *valvula altera* longe mucronata.

DIGYNIA.

26. CHAMAGROSTIS.

Borkh. tent. n. 206. (Rothia.)

Cal. 1-florus 2-valvis: *valvulis* aequalibus truncatis. *Cor.* 1-valvis villosa. *Sem.* liberum.

27. SYNTHESISMA.

Walt. Carol. p. 76.

Cal. 1-florus 3-valvis: *valvulis* corollae appressis inaequalibus, *tertia* minima. *Cor.* *valvula* exteriori convexa interiorem planiusculam amplectente. *Sem.* corolla corticatum.

28. DIGITARIA.

De Neck. elem. b. n. 1584.

Cal. 2-valvis 1-florus: *valvulis* inaequalibus patentibus. *Cor.* 2-valvis compressa calyce major: *valvulis* subaequalilongis, *interiori* angustissima ab *exteriori* inclusa. *Sem.* corolla corticatum.

29. ALOPECURUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 102. De Neck. el. b. n. 1582. Borkh. tent. n. 200.

Cal.

Cal. 2-valvis 1-florus: *valvulis* subaequalibus basi connatis. *Cor.* 1-valvis versus basin aristata. *Sem.* liberum corolla tectum.

30. LEERSIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 105. (Asprella.)
Borkh. tent. n. 232. (Homalocenchrus.)

Cal. 0. *Cor.* 2-valvis clausa. *Sem.* liberum corolla tectum.

31. PHALARIS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 106. De Neck. el. b. n. 1573. Borkh. tent. n. 202.

Cal. 2-valvis 1-florus: *valvulis* subaequalibus *corollam duplicem* includentibus. *Sem.* corolla interiori corticatum.

32. PHEUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 109. De Neck. el. b. n. 1581. Borkh. tent. n. 201.

Cal. 2-valvis 1-florus: *valvulis* subaequalibus mucronato-subaristatis. *Cor.* 2-valvis mutica calyce inclusa. *Sem.* liberum corolla tectum.

33. MILIUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 110. De Neck. el. b. n. 1594. Borkh. tent. n. 203.

Cal. 2-valvis 1-florus ventricosus. *Cor.* calyce inclusa 2-valvis persistens. *Stigmata* penicilliformia. *Sem.* corolla corticatum.

34. TRICHODIUM.

Michaux Flor. bor. amer. I. p. 41.

Cal. 2-valvis 1-florus. *Cor.* 1-valvis calyce minor aristata et basi uno alterove pilorum fasciculo stipata. *Sem.* liberum corolla tectum.

35. AGROSTIS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. III. De Neck. el. b. n. 1529. Borkh. tent. n. 204.

Cal. 2-valvis 1-florus compressus. Cor. 2-valvis calyce minor basi uno alterove pilorum fasciculo stipata: valvula majori aristata s. mutica. Sem. liberum.

36. ARUNDO.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 124. De Neck. el. b. n. 1577. Borkh. tent. n. 223.

Cal. 2-valvis aequalis. Cor. 2-valvis pilis persistentibus cincta. Sem. liberum corolla tectum.

37. STIPA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 121. De Neck. el. b. n. 1590. Borkh. tent. n. 207.

Cal. 2-valvis 1-florus. Cor. 2-valvis: valvula exteriori arista terminali longissima tortuosa basi articulata. Sem. liberum, demum corolla indurata tectum.

38. ANDROPOGON.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 1566. De Neck. el. b. n. 1578. Borkh. tent. n. 208.

Flores polygami geminati: altero hermaphrodito sessili aristato, altero masculo pedicellato mutico. Hermaphrod. cal. 2-valvis 1-florus basi pilosus. Cor. 2-valvis: valvula altera basi aristata. Mascul. cal. et cor. ut in hermaphrodit. Sem. liberum corolla tectum.

39. PANICUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 108. De Neck. el. b. n. 1585. Borkh. tent. n. 228.

Flores polygami. *Cal.* 2-valvis 2-florus: *flosculo* altero hermaphrodito s. masculo. *Cor.* 2-valvis mutica s. apice aristata. *Sem.* corolla persistente cartilaginea corticatum.

40. HOLCUS.

Borkh. tent. n. 212.

Flores polygami. *Cal.* 2-valvis 2-3-florus *flosculos* aequans: *flosculo* altero submutico, altero aristato.

41. AIRA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 112. *De Neck. el. bot. n.* 1595. *Borkh. tent. n.* 210.

Cal. 2-valvis 2-florus absque interjecto rudimento *flosculi* tertii. *Cor.* 2-valvis: *valvula exteriori* *supra* bas n dorso aristata. *Sem.* liberum corolla tectum.

42. MELICA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 113. *De Neck. el. b. n.* 1596. *Borkh. tent. n.* 211.

Cal. 2-valvis sub-2-florus cum rudimento *flosculi* tertii. *Cor.* 2-valvis mutica. *Sem.* corolla cartilaginea tectum.

43. SESLERIA.

Borkh. tent. n. 226. *Scopol. Flor. carniol. I. p.* 63.

Cal. 2-valvis 2-3-florus breviter aristatus. *Cor.* 2-valvis obtusa apice aristata: *aristis* variis. *Sem.* liberum corolla tectum.

44. POA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 114. *De Neck. el. b. n.* 1597. *Borkh. tent. n.* 217.

Cal. 2-valvis multiflorus. *Cor.* 2-valvis: *valvulis* ovatis acutiusculis muticis margine scariosis. *Sem.* liberum corolla tectum.

45. BRIZA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 115. De Neck. el. b. n. 1598. Borkh. tent. n. 218.

Cal. 2-valvis multiflorus. Cor. 2-valvis ventricosa: valvulis cordatis obtusis muticis. Sem. corollae adnatum.

46. DACTYLIS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 117. De Neck. el. b. n. 1607. Borkh. tent. n. 220.

Cal. 2-valvis 3-4-florus compressus: altera valvula majore carinata, altera depressa angustiori. Cor. 2-valvis: valvulis lanceolatis muticis, exteriori mucronata. Sem. corollae adnatum.

47. CYNOSURUS.

De Neck. el. bot. n. 1603. Gärt n. Fruct. I. p. 5. t. I.

Cal. 2-valvis 3-4-florus. Cor. 2-valvis: valvulis lineari-lanceolatis mucronatis. Spiculae involucri disticho glumaceo stipatae. Sem. corollae adnatum.

48. FESTUCA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 119. De Neck. el. bot. n. 1599. Borkh. tent. 219.

Cal. 2-valvis multiflorus. Cor. 2-valvis: valvulis lanceolatis, exteriori acuminata mutica aut apice in aristam abeunte. Sem. corollae adnatum.

49. BROMUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 120. De Neck. el. bot. n. 1600. Borkh. tent. n. 221.

Cal. 2-valvis multiflorus. Cor. 2-valvis: valvulis lanceolatis, exteriori sub apice aristata. Sem. corollae adnatum.

50. AVENA.

L. Gen. pl. ed. Schreb. n. 122. De Neck. elem. bot. n. 1591. Borkh. tent. n. 222.

Cal. 2-valvis multiflorus. Cor. 2-valvis: valvulis lanceolatis, exteriori dorso aristata. Sem. corolla plerumque corticatum.

51. SECALE.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 127. De Neck. el. bot. n. 1608. Borkh. tent. n. 213.

Cal. oppositus 2-valvis 2-florus solitarius. Cor. 2-valvis: valvula exteriori arista longissima. Sem. liberum corolla tectum.

52. TRITICUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 130. De Neck. el. bot. n. 1607. Borkh. tent. n. 224.

Cal. 2-valvis oppositus solitarius multiflorus: valvulis subaequalibus. Cor. 2-valvis: valvulis lanceolatis muticis vel apice aristatis. Sem. corollae adnatum.

53. LOLIUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 126. De Neck. el. bot. n. 1605. Borkh. tent. n. 199.

Cal. lateralis 1-valvis fixus solitarius multiflorus. Cor. 2-valvis: valvulis acuminatis, exteriori sub apice aristata vel mutica. Spiculae compressae, dorso rachidi adpressae. Sem. corolla corticatum.

54. ELYMUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 128. De Neck. el. bot. n. 1604. Borkh. tent. n. 237.

Cal.

Cal. lateralis 2-valvis geminus aut ternus: *singulis* 2 - 3 - floris. *Cor.* 2 - valvis: *valvulis* lanceolatis, *exteriori* acuminata mutica s. apice aristata. *Sem.* corolla corticatum.

55. HORDEUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 129. De Neck. el. bot. n. 1606. Borkh. tent. n. 231.

Cal. lateralis 2-valvis 1-florus ternus: *flosculo* intermedio hermaphrodito, *lateralibus* masculis s. neutris. *Cor.* 2-valvis: *valvula* *exteriori* apice aristata. *Sem.* corolla corticatum.

TRIGYNIA.

56. MONTIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 133. De Neck. el. bot. n. 610. Borkh. tent. n. 403.

Cal. 2-phyllus persistens. *Cor.* 1-petala irregularis 5-partita. *Caps.* 1-ocularis 3-valvis 3-sperma.

57. HOLOSTEUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. 136. De Neck. el. b. n. 839. Borkh. tent. 71.

Cal. 5-phyllus persistens. *Petala* 5 aequalia ovata. *Caps.* subcylindracea 1-ocularis polysperma apice in *laciniis* 6 dehiscens.

CLASSIS III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

16. VALERIANA, *Baldrian.*

1) *V. officinalis* floribus hermaphroditis, foliis omnibus pinnatis: foliolis lanceolatis dentatis. *Officineller, gemeiner Baldr. Katzenwurz.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 177. Ejusd. Enum. p. 50. Pers. syn. pl. I. p. 37. Schrad. Germ. I. p. 85. Hoffm. Germ. I. p. 15. Herb. Blackw. t. 271. Schkuhr Handb. t. 5. Sturm D. Flor. I. 9. De Vest. Man. bot. p. 278.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in humidis umbrosis, in nemoribus. et ad rivos frequens.

Radix fibris numerosis, longis, teretibus, extus ex fusco flavicantibus, intus sordide albidis: *odoris* fragrantis, foetidi, *saporis* ingrati amaricantis. *Caulis* 2-3-4-pedalis, erectus, sulcatus, glaber, simplex, superne divisus. *Folia* omnia pinnata, opposita, petiolata. *Flores* paniculato-corymbosi caulis divisuras terminantes, albidi vel ex albido purpurascens, *odoris* grati.

Duae *Valerianae* hujus varietates apud nos saepe occurrunt.

Prima *caule* multo humiliori tenuiori, atque *foliis* angustioribus, fere laciniatis *odore* gaudet graviori

viori, et montosa saxosa incolit. Altera vero altitudine, omniumque partium magnitudine adaucta excellit. *Caulis* undique glaber, 5-6-pedalis et altior. *Folia* multo ampliora: *foliis* latioribus, longioribus in acumen praelongum terminatis inciso-dentatis. Odor vero radicis minus gravis. Eam ad ripas Moeni humiditas umbrosas pluries inveni e. gr. prope *Unterszell, Erlabrunn, Karlstadt, Gemünden, Volkach, Hafs-furth*, et alibi. In *sylva* etiam *gramschatzensi, kitzingensi*, et passim in der *Waldskugel*, in locis depressis humentibus arboribus fructicibusque dense consitis crescit.

Per multos annos in horto nostro botanico culta nullam unquam perpessa est mutationem, et forsani peculiarem constituit speciem.

2) *V. dioica* floribus dioicis, foliis pinnatifidis: radicalibus ovatis. *Kleiner Sumpf-Baldrian*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 176. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Schrad. Germ. I. p. 84. Hoffm. Germ. I. p. 14. Sturm D. Flor. l. c. Herb. Blackw. t. 484. De Vest Man. bot. p. 277.*)

Perenn. Flor. Aprili-Junio.

Hab. in pratis humidis, palustribus, in nemoribus. (In humidis *fossae oppidanae*, et ad lacus ibidem. Hinc inde prope *Catarrhactam vor dem pleichacher Thore*. In pratis humidis versus *Rottendorf, Ochsenfurth, Sulzdorf ad moenum, Kitzingen, Hafs-furth, Volkach* etc. Ad moeni ripas prope *Zellingen, Mühlbach, Karlstadt, Gemünden*, etc. In humidis *sylvarum Guttenberg, et Gramschatz*. In paludosis prope *Abbat. Heidenfeld*, alibique.)

Radix repens, geniculata, alba, *fibris* multis filiformibus aucta, aromatica, odore vero debiliori, quam
in

in praecedente. *Caulis* plerumque basi stoloniferus, pedalis, sesquipedalis et altior, erectus, subtetragonus, sulcatus, glaber, simplex. *Folia radicalia* longius petiolata, ovata, integra, hinc inde obsolete dentata: *caulina* opposita, in petiolum latiusculum amplexicaulem decurrentia, pinnatifida: *pinnis* integris, *suprema* sessilia, angustiora. *Flores masculi* carnei vel pallide rubelli in corymbum laxum terminalem dispositi: *foeminei* minores, pallidiores in corymbo terminali conglobato.

Variat foliis tenuissime serratis, et floribus hermaphroditis.

17. FEDIA, Fedie.

1) *F. olitoria* fructu obsolete 3 - dentato, caule dichotomo glabriusculo, foliis oblongis obtusis subintegerrimis. *Salat-Fedie*, *Schaafmaülche*, *Lämmersalat*.

(*Gärtner* de fruct. et sem. plant. 2. p. 36. *Schrad.* Germ. I. p. 95. *Willd.* Enum. p. 52.)

(*Valeriana locusta*, Linn.)

(*Valeriana olitoria* L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 182. *Pers.* syn. pl. I. p. 38. *Hoffm.* Germ. I. p. 16. *Sturm.* D. Flor. I 2. *De Vest.* Man. bot. p. 28c.)

Ann. Flor. Aprili - Julio.

Hab. in arvis et in cultis ubique.

Radix parva, subramosa, fibrosa, odore imprimis tempore desiccationis acri, ingrato *Valerianae* simili. *Caulis* palmaris, pedalis, decumbens s. magis erectus, striatus, glaber, subinde pubescens, ramosus: *ramis* attenuatis. *Folia* glabra: *inferiora* integerrima, nonnunquam varie laciniata; *superiora* basi plerumque dentata, angustiora, et acutiora. *Flores* coerulescentes, fasciculati, terminales.

2) *P. dentata* fructu 3-6-dentato: denticulis binis brevissimis, caule dichotomo divaricato scabro, foliis oblongis: superioribus dentatis. *Gezähnte Fed.* später *Lämmerlattich*.

(*Gärtn.* l. c. *Schrad.* Germ. I. p. 96. *Willd.* Enum. l. c. (*Valeriana locusta* ð *Linn.*)

Valeriana dentata L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 183. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest* Man. bot. l. c.

Ann. Flor. Majo - Augusto.

Hab. in agris, in sylvis, inque cultis passim cum praecedente.

A priori differt: caule proceriori magis divaricato scabro, foliis plus minusve scabris: superioribus basi plerumque dentatis, fructu 3-4-6-dentato: dentibus infimis minimis. Flores carnei, aut dilute subrubelli.

18. POLYCNEMUM, *Knorpelkraut*.

1) *P. arvense* caule diffuso, foliis subulatis triquetris. *Acker-Knorpelkr.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 192. *Pers.* syn. pl. I. p. 40. *Schrad.* Germ. I. p. 97. *Hoffm.* Germ. I. p. 16. *Sehkuhr*, Handb. 1. t. 5. *De Vest* Man. bot. p. 285.)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in arvis arenosis, locis saxosis sterilibus. (Hinc inde in agris prope dem *Schenkenschloß*, *Oberdürrbach*, *Veitshöchheim*, *Giebelstadt*, *Bütthardt*, et *Eivelstadt*. Copiosius in arenosis juxta dem *Haag* prope *Karlstadt*, in agris apud *Remlingen*, inter *Kissingen* et *Bocklet*, prope *Huhn* alibique.

Caulis 2-3-6-uncialis, teretiusculus, undique foliosus, basi praecipue purpurascens, coeterum viridis,

dis, diffusus, ramosissimus: *ramulis* decumbentibus prostratis calloso-articulatis. *Folia* sparsa, sessilia, subulata, carinata, glabriuscula, in cuspidem album attenuata. *Flores* minuti, albidi, axillares, sessiles, solitarii, aut gemini.

Variat caule foliisque rigidioribus villosis aut sub-tomentosis, *floribus* subinde 2-andris et 5-andris. Pluries etiam *flores* 2-gynos observavi.

19. GLADIOLUS, Siegwurz.

1) *G. communis* foliis ensiformibus nervosis, floribus distantibus secundis, spatha tubo longiori. *Gemeine Siegw.* *Allermanns-Harnisch.*

(*L. sp. pl. ed. Willd.* I. p. 233. *Ejusd.* Enum. p. 59. *Pers. syn. pl.* I. p. 43. *Schrad.* Germ. I. p. 101. *Hoffm.* Germ. I. p. 17. *Schkuhr Handb.* t. 6. *Weinmann Phytanthoza - Icon.* t. 546. f. a. *De Vest Man. bot.* p. 284. *Knorr. thesaur.* I. t. A. 5.)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in pratis sylvaticis. (Rarissime in sylva Stettensi prope Stetten. Prope *Margetshöchheim* invenit *Ill. Prof. Doellinger* et in den *Lacken* ad *Abbat. Heidenfeld ill. Bar. de Bodeck.*)

Bulbus subrotundus, solidus, intus lutescens, extus membranis reticulatis vestitus. *Scapus* pedalis, sesquipedalis, erectus, teres, glaber, simplicissimus, superne arcuatus. *Folia* alterna, ensiformia, vaginaria, glabra, stricta, nervosa. *Spatha* persistens, diphylla: *foliolis* inaequalibus laceolatis acutis. *Flores* speciosi, purpurei, sessiles, gemino ordine in *racemum terminalem* secundum dispositi.

20. IRIS, Schwertel.

Laciniis corollae reflexis superne barbatis.

1) *I. pumila* barbata, scapo 1-floro foliis ensiformibus breviori. *Zwerg-Schwert. kleine Schwertlilie.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 224. Ejusd. Enum. p. 62. Pers. syn. pl. I. p. 50. Schrad. Germ. I. p. 102. Hoffm. Germ. I. p. 17. Jacq. Flor. Austr. I. p. 5. t. 1. De Vest. Man. bot. p. 282. Thunb. Diss. V. 2. p. 108.*)

Pereun. Flor. April. Majo.

Hab. in montibus, collibus herbidis, in muris. (In muris ad moenum juxta dem *Heroldshause*. In monte *Adelsberg* prope *Gemünden* teste *Am. Wolff*. Praeterea frequentissima est in hortis, et in muris hortorum hinc inde quasi sponte crescit.)

Radix nodosa. *Scapus* 1-2-3-uncialis, erectus, teres, glaberrimus, 1-florus. *Folia* scapo longiora, erecta, ensiformia, subfalcata, nervosa, glaucescentia, glaberrima. *Corolla* coerulea aut violaceo-purpurascens: *laciniis* magine undulatis et obsolete emarginatis. *Germen* obtuse trigonum.

2) *I. germanica* barbata, scapo multifloro foliis ensiformibus falcatis longiori. *Deutscher Schwert. Deutsche Feilwurz.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 229. Ejusd. Enum. p. 63. Pers. syn. pl. I. p. 51. Schrad. Germ. I. p. 104. Hoffm. Germ. I. p. 18. Herb. Blackw. t. 69. De Vest Man. bot. p. 283. Thunb. Diss. V. 2. p. 111.*)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in muris et ruderatis. (Intra et circa arcem *Marienburg*, praecipue in rupibus versus dem *Kinderhause* copiose. In monte apud *Homburg* passim.

In

In hortis insuper frequens est, et inde nonnunquam in muris et ruderatis viciniis.)

Radix magna nodosa: *fibris* longissimis. *Scapus* scsquipedalis, 2-pedalis, erectus, teres, glaberrimus, 3-4-florus. *Folia* ensiformia, falcata, erecta, nervosa, vaginantia, scapo breviora. *Corollae* magnae, speciosae, saturate violaceae: *laciniis* integerrimis aut apice emarginatis, *erectis* subrotundo-ovatis. *Germen* obsolete trigonum sulcatum.

Iris squalens colore modo corollarum ab hac differt.

Laciniis corollae reflexis imberbibus.

3) *J. Pseud-Acorus* imberbis, scapo multifloro foliis ensiformibus longiori, corollae laciniis interioribus stigmatibus minoribus. *Wasser-Schw. Unechter Kalmus, gelbe Teichlilie.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 232. Ejusd. Enum. p. 64. Pers. syn. pl. I. p. 52. Schrad. Germ. I. p. 206. Hoffm. Germ. l. c. Herb. Blackw. t. 261. De Vest Man bot. l. c. Knorr. thesaur. I. t. L, 8. Thunb. Diss. V. 2. p. 115.*

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in fossis, paludosis, ad ripas fluviorum ubique.

Radix crassa, subcylindrica, horizontalis, subcarnosa: *fibris* multis longis tenacibus. *Scapus* 2-3-pedalis, erectus, teres vel tereti-compressus, glaberrimus, ramosus, foliis plerumque altior. *Folia* ensiformia, nervosa, glaberrima, vaginantia, laete viridia, subfalcata: *juniore* recta. *Flores* flavi, inodori. *Laciniae* corollae reflexae imberbes macula fulva venis nigrescentibus reticulata notatae. *Tubus* germine trigono dublo brevior.

4) *J. graminea* imberbis, scapo ancipiti sub-2-floro foliis linearibus duplo breviori, germinibus hexagonis. *Grasblättriger Schwert.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. p. 236. Ejusd. Enum. p. 66. Pers. syn. pl. l. p. 53. Schrad. Germ. l. p. 109. Hoffm. Germ. l. c. Jacquin Austr. l. p. 5. t. 2. De Vest Man. bot. l. c. Thunb. Diss. V. 2. p. 119.*)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in pratis humidis, et collibus herbicidis. (Prope Horhaufen et Theres semel inventa Am. Wolff.)

Scapus pedalis, erectus, simplex, anceps, glaberrimus, 1- aut 2-florus, foliorum vaginis inclusus, in folia 2 terminatus. Folia angustissima, linearia, recta, sulcata, graminea, scapo duplo longiora. Flores violaceo-purpurascens, odorati. Tubus corollae brevissimus. Germen hexagonum.

21. SCHOENUS, *Knopfgras, Strickgras.*

1) *S. albus* culmo subtriquetro folioso, foliis linearibus canaliculatis, fasciculis terminalibus subcorymbosis involucrium aequantibus. *Weisses Knopfgr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. p. 267. Pers. syn. pl. l. p. 59. Schrad. Germ. l. p. III. Hoffm. Germ. l. p. 20. Schkuhr. Handb. t. 7. De Vest Man. bot. p. 287.*)

Rhynchospora alba Willd. Enum. p. 71.

Perenn. Flor. Junio—Augusto.

Hab. in turfosis, palustribus. (In uliginosis prope Hafsfurth versus Zeil, apud Grettstadt, Spiesheim, prope Zwing, Gemünden, Wolfsmünster et alibi raro.)

Radix fibrosa, subrepens. *Culmi* plures sesquidigitales, palmares, etiam pedales, erecti, striati, glabri, foliosi, superne triquetri. *Folia* angusta, fere setacea, nervo albicante notata, a basi ad apicam usque carinata, *siccata* convoluta. *Spiculae* pedunculatae, terminales, lanceolatae, corymboso-fasciculatae, pauciflorae, albiae, demum, praecipue tempore desiccationis flavescentes. *Semen* basi setis 8-13 obvallatum.

2) *S. nigricans* culmo tereti nudo, spiculis fasciculatis, involucris 2-phylli valvula exteriori spiculas superante, fasciculis ovatis. *Schwärzliches Knopfgas.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 261. *Pers.* syn. pl. l. p. 58. *Schrad.* Germ. I. p. 113. *Hoffm.* Germ. I. p. 19. *De Vest* Man. bot. l. c.)

Hab. in locis udis, pratis uliginosis, turfosis. (In pratis humidis et ad lacus non procul a *Werneck* aliquoties invenit *Am. Wolff.* In uliginosis prope *Hafsfurth* cum praecedente, im sogenannten *Schladig* ibidem. In humidis prope *Fahr* et *Volkach* perraro. In pratis udis ad *Saalam* prope *Neustadt, Kissingen*, ad lacum *frickenhusianum*, nec non alibi raro.)

Radix valde fibrosa. *Culmi* plures, palmares, pedales et altiores, erecti, simplicissimi, rigidi, teretes, striati, glabri, enodes, nudi, basi vaginati. *Folia* numerosa erecta, rigida, triquetra, canaliculata, setacea, striata, glabra, marginibus scabra, culmis breviora. *Spiculae* lanceolatae, compressae, fusco-nigricantes, splendidae, 3-4-florae, in apice culmi in capitulum ovatum involucretum congestae. *Semen* basi nudum.

In hac etiam specie *flores* semper *diandri* occurrunt.

22 CYPERUS, *Zypergras*.

1) *C. flavescens* culmo trigono nudo, umbella subcomposita 3-phylla, spiculis lanceolatis confertis, glumis obtusis. *Gelbliches Zypergr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 279. *Ejusd.* Enum. p. 73. *Pers.* syn. pl. I. p. 62. *Schrad.* Germ. I. p. 117. *Hoffm.* Germ. I. p. 21. *Schkuhr* Handb. t. 7. *Host.* Gram. III. t. 72. *De Vest* Man. bot. p. 293.)

Ann. Flor. Junio - Septembri.

Hab. in paludosis. (In fossa oppidana versus dem neuen et pleichacher Thore rarissime. Hinc inde in humidis im Oelgrund, et ad ripas Moeni inter *Karlstadt* et *Gemünden*. In palude apud *Wolbach* inter *Erickenhausen* et *Wechterswinkel*.)

Radix fibrosa. *Culmi* plures, semiunciales, unciales, digitales et altiores, erecti, tenues, triquetri, striati, glabri, basi vaginati. *Folia* angustissima, carinata, mucronata, glabra, culmum aequantia aut eo paulo breviora. *Involucri* foliola 3 inaequali-longa foliis similia. *Pedicelli* simplices, inaequales, subumbellati. *Spiculae* lanceolatae, obtusae, confertae, inaequales, ex viridi-flavescentes. *Semina* lenticularia, basi attenuata, brunnea.

2) *C. fuscus* culmo trigono basi folioso, umbella composita 3-phylla, spiculis lineari-lanceolatis confertis, glumis acutis. *Braunes Zypergras.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 280. *Ejusd.* Enum. I. c. *Pers.* syn. pl. I. c. *Schrad.* Germ. I. p. 118 *Hoffm.* Germ. I. c. *Host.* Gram. III. t. 73. *Schkuhr* Handb. t. 7. *Leers* Herb. t. I. f. 2. *De Vest* Man. bot. I. c.)

Ann. Flor. Junio - Augusto.

Hab.

Hab. in paludosis. (Hinc inde cum praecedente, praeterea ad ripam Moeni versus *Karlstadt* infra der *Karlsburg*. In loco paludoso ad *Moenum* prope *Ochsenfurth* raro. Etiam in paludosis campi *Marrbach* prope *Abbat. Heidenfeld* aliquoties legi.)

Praecedenti maxime affinis, a quo *culmis* plerumque altioribus basi foliosis, *foliis* scabriusculis, *spiculis* pluribus pedunculatis sessilibusque minoribus ac angustioribus nigrescentibus et *glumis* acutis differt. *Semina* triquetra albida.

23. SCIRPUS, *Binse.*

Spica unica.

1) *Sc. Baeothryon* culmo tereti nudo basi vaginato, spica nuda, glumis obtusis, stigmatibus tribus. *Torf-Binse.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 293. Pers. syn. pl. I. p. 66. Schrad Germ. I. p. 125. Sturm. D. Flor. t. 10. Hoffm. Germ I. p. 22.*)

Sc. Halleri Villars Delphin. 2. p. 188. n. 5. *Gmelin Flor. badens. I. p. 95.*

Sc. pauciflorus *Smith. Flor. britan. Vol. I. p. 50. Sprengel Flor. halens. p. 23.*

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in paludibus, locis inundatis, et arenosis humidis. (Rarissime in pratis udis in *Werrngrund*, inter *Lindach* et *Gernach*. Ad Moeni ripas prope *Volkach*, *Fahr* et *Wipfeld*. Ad rivum prope oppidum *Ebern*. Etiam in udis fossae oppidanae inter dem *pleichacher* et *neuen Thore* ante aliquot annos plura legi specimina, ubi nunc abesse videtur.)

Ra-

Radix repens. Culmi 3-4 raro plures, 3-6-unciales, erecti, tenues, teretes, glabri, striati, saepe flexuosi, basi vaginis oblique truncatis aphyllis arcte inclusi. *Folia* culmis similia, sed breviora. *Spica* solitaria, terminalis, 3-4-flora, oblongo-ovata, maturitate magis ovata, et paulo angustior. *Glumae* oblongo-ovatae, obtusae, nitidae, fuscae, margine apicem versus albidae. *Nux* obtuse trigona, nitida, pallide flava, basi setulis quibusdam hispidis cincta.

2) *Sc. palustris* culmo subtereti nudo basi vaginato, spica subovata terminali, glumis acutiusculis. *Sumpf-Binse, Weihergras.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 291. Ejusd. Enum. p. 75. Pers. syn. pl. I. p. 65. Schrad. Germ. I. p. 127. Hoffm. Germ. I. p. 21. Sturm. D. Fl. I. 9. Host. Gram. t. 55. Leers Herb. p. 10. t. I. f. 3.)*

Perenn. Flor. Majo-Julio.

Hab. in fossis, pratis udis, et ad ripas ubique.

Radix repens. Culmi pedales et altiores, erecti, teretiusculi, striati, glabri, nudi, basi vaginis truncatis aphyllis vestiti. *Folia* culmis simillima, iis vero breviora. *Spica* solitaria, terminalis, subovata, multiflora. *Glumae* oblongo-ovatae, imbricatae, nitidae, fuscescentes. *Nux* suborbicularis, pallide flava, basi setulis 4 cincta.

3) *Sc. acicularis* culmo subquadrangulo nudo setiformi basi vaginato, spica ovata acuta terminali nuda, seminibus nudis. *Nadelförmige Binse, Moosbinse.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 295. Ejusd. Enum. p. 77. Pers. syn. pl. I. p. 66. Schrad. Germ. I. p. 130. Hoffm. Germ. p. 23. Sturm. D. Fl. I. 10. Host Gram. III. t. 60.)*

Ann. Flor. Junio - Augusto.

Hab.

Hab. in inundatis arenosis, ad ripas, ad fontes. (Ad ripas Moeni infra *Himmelsporten*, *Unterzell*, apud *Zell* et *Margetshöchheim* raro. In Insula prope dem *Siechhaus*, ad rivulum prope *Catarrhactam* ante portam *Pleichach*, in fossis oppidanis hinc inde haud frequens. In paludosis prope *Abbat. Schwarzach* et *Timbach*, alibique.

Radix caespitosa, fibrosa. *Culmi* plures 2-3-un-
ciales, erecti, tenuissimi, setacei, glabri, subqua-
dranguli, basi vaginulis membranaceis oblique trun-
catis aphyllis vestiti. *Folia* culmis conformia. *Spica*
solitaria terminalis, exigua, ovata, acutiuscula. *Glu-
mae* inaequales, ovatae, obtusae, nitidae, viridi-
ferrugineae. *Nux* ovata, subcompressa, alba, niti-
da, setulis basi plerumque destituta.

4) *Sc. caespitosus* culmo tereti, vaginis rudi-
mento folii terminatis, spica terminali involucre
2-phyllo inclusa, stigmatibus tribus. *Rasen-Binse*,
Kolben-Binse.

(*L. sp. pl. ed. Willd.* I. p. 292. *Pers. syn. pl.* l. c.
Schrad. Germ. I. p. 123. *Hoffm. Germ.* I. p. 22. *Sturm.*
D. Flor. I. 10. *Host. Gram.* III. 59.)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

*Hab. in uliginosis, pratis humidis, tur-
fosis.* (In fossa oppidana prope dem *Wasserthurm*,
ad moeni ripas supra *Ochsenfurth*, *Retzbach Kitzin-
gen*, et *Hafsfurth* rarius. Ad rivulum am *Fahrwege*
versus *Dürrbach*. In turfosis prope *Kleinlangheim*,
et *Hafsfurth* im *Schladig*. Ad ripas salae prope *Schun-
derfeld* perraro. In paludosis prope *Wollbach*. Hinc
inde in humidiusculis prope *Hofheim*, *Eichelsdorf*,
Friesenhausen, et alibi raro.)

Radix valde fibrosa, caespitosa. *Culmi* plurimi caespitosi unciales, digitales, erecti, rigidi, teretes, striati, basi vaginis quibusdam in rudimentum folii desinentibus et squamis multis imbricatis arcte cincti. *Folia* pauca culmis simillima. *Spica* exigua, ovata, rufa, involucre 2-phyllo inaequali glumaceo inclusa. *Glumae* omnes fertiles, involucri foliis conformes. *Nux* obtuse triquetra, nigra, basi setulis curvato-flexuosis cincta.

Spicae saepius viviparae.

5) *Sc. Caricis* culmo teretiusculo nudo basi vaginato, vaginis foliiferis, spica disticha compressa involucre 1-phyllo breviori; spiculis multifloris. *Rietgrasartige Binse*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 292. Ejusd. Enum. I. c. Roth. Tent. Flor. Germ. T. II. P. I. p. 56. Host. Gram. III. t. 57.*)

Sc. caricinus, *Schrad. Germ. I. p. 132.*

Sc. compressus, *Pers. syn. pl. I. p. 66.*

Schoenus compressus, *Linn. sp. pl. ed. 2. p. 67. Smith. Britan. V. p. 44. Hoffm. Germ. I. p. 20. Leers Fl. herb. p. 9. t. 1. f. 1.*

Carex uliginosa, *Linn. sp. pl. ed. 2. p. 1381.*

Perenn. Flor. Majo - Julio.

Hab. in uliginosis, inundatis, turfosis, ad ripas. (In fossa oppidana non procul von dem neuen Thore raro. Ad rivulum, et ad lacum sylvae guttenbergensis. In palude prope *Hafsfurth* versus patibulum vulgo: das *Moos*. Ad ripas et rivos prope *Neustadt* ad S. et *Münnerstadt*. Ad moeni ripas paludosas prope *Volkach, Astheim, Heidenfeld, am Wildwasser* ibidem et alibi.)

Radix repens, articulata, fibrosa, squamis fuscis tecta. *Culmi* semipedales, et altiores, erecti vel varie flexi, glabri, nudi, teretiusculi, superne subtrigoni, basi vaginati. *Folia* linearia, acuminata, carinata, striata, culmis breviora. *Spiculae* sessiles, ovatae, nitidae, 5-8-florae, viridi-fuscae s. ferrugineae in spicam terminalem solitariam disticham compressam dispositae. *Bractea* triquetra, solitaria, spica major. *Glumae* lanceolatae, acuminatae, carinatae. *Nux* subtrigona, nitida, pallide fusca, basi setulis 6 duplo longioribus cincta.

Culmo polystachyo.

6) *Sc. lacustris* culmo tereti nudo, cyma decomposita terminali, involucri 2-phyllo, spiculis ovatis sessilibus pedunculatisque. *See-Binse*, *Pferde-Binse*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 296. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. I. p. 67. *Schrad.* Germ. p. 133. *Hoffm.* Germ. I. p. 23. *Hort.* Gram. III. t. 61.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in stagnis, fossis aquaticis, et ad ripas fere ubique.

Radix repens, articulata, crassa, fusca. *Culmi* 3-4-6-pedales et altiores, erecti, teretes, nitidi, glaberrimi, laete virides, medulla alba spongiosa farcti, nudi, basi vaginis quibusdam membranaceis fuscescentibus vestiti, quarum nonnullae in folium breve rigidum canaliculatum transeunt. *Involucrum* 2-phyl- lum: *foliolo* altero longiore. *Panicula* cymose decomposita: *pedunculis* maxime inaequalibus fasciculatis, modo compressis glabris, modo teretiusculis pilis bre-

brevibus rigidulis obsessis: *spiculae* in pedunculis terminales, aut sessiles, congestae, teretes, oblongae, nitidae, ferrugineae, multiflorae. *Glumae* lato-ovatae, carinatae, mucronatae: *infimis* plerumque sterilibus. *Nux* subtrigona, coronata, pallide flava, basi setulis, vel villis circa 6 cincta.

Varietatem multo minorem *culmis* canescentibus, *invo'ucris* rigidis subpungentibus, *pedunculis* diffusis longioribus, *spiculisque* brevioribus nitidissimis aliquoties observavi.

7) *Sc. setaceus* culmo tereti setaceo, vaginis foliiferis, spiculis terminalibus subgeminis sessilibus, fructu costato imberbi. *Borstenförmige Binse.*

(*L. sp.* [pl. ed. *Willd.* p. 298. *Pers. syn. pl.* l. c. *Schrad. Germ.* I. p. 137. *Hoffm. Germ.* I. p. 24. *Host. Gram.* III. t. 65. *Sturm. D. Fl.* I. 10. *Leers Herb.* p. 10. t. I. f. 6.)

Perenn. Flor. Majo - Augusto.

Hab. in paludosis, in humidis, locis inundatis, ad ripas. (In fossa oppidana non procul vom sander - et pleichacher Thore. In humidis im breiten Holz inter Versbach et Mühlhaussen. Ad ripas Moeni apud Ochsenfurth, Kitzingen, infra Veitshöchheim versus Thüngersheim. Ad lacus et ad ripas prope Karlstadt, Karsbach, Sachsenheim, et Gemünden. In palude im sogenannten grossen Moos prope Hafsfurth. Ad ripas Salae hinc inde non procul a salinis kissin-gensibus, alibique.)

Radix fibrosa. *Culmi* plurimi in cespitem densum congesti, unciales, 2-unciales, setacei, teretes, acuminati, plerumque simplices, erecti vel basi procumbentes, saepe varie flexi. *Vaginae* membranaceae, ex fusco - purpurascens, in folia breviter canaliculata desi-

desinentes. *Involucri* foliola 2: *superius* in culmi apice majus concavum, *inferius* spiculis minor concavum glumaceum. *Spiculae* exiguae, ovatae, multiflorae, plerumque geminae, saepe solitariae, raro ternae, paulo infra apicem culmi sessiles aut breviter pedunculatae. *Glumae* ovatae, concavae, purpurascens, nervo carinali viridi. *Nux* minutissima, subtrigona, longitudinaliter costata, nitida, setulis destituta.

Culmo triquetro.

8) *S. sylvaticus* culmo triquetro folioso, cyma terminali supradecomposita foliacea, spicis confertis, glumis mucronatis. *Wald-Binse.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 307. *EjUSD.* Enum. p. 79. *Pers.* syn. pl. I, p. 69. *Schrad.* Germ. I. p. 145. *Hoffm.* Germ. I. p. 26. *Leers Herborn.* p. 11. t. 1. f. 4. *Host.* Gram. III. t. 68.)

Perenn. Flor. Majo - Julio.

Hab. in pratis udis, locis inundatis, ad fossas, ad ripas, inque sylvaticis fere ubique.

Radix repens, sublignosa, crassa, fusca, fibris multis tenacibus, aucta. *Culmus* sesquipedalis et altior, erectus, triqueter, glaberrimus, supra medium, foliosus. *Folia* pedalia, lata, linearia, acuta, carinata, nitida, laete viridia, basi vaginis longis instructa. *Involucrum* 3-phyllum: *foliis* inaequalibus foliis similibus. *Umbella* terminalis, ampla, supradecomposita. *Pedunculi* inaequales, subtrigoni, basi vaginati. *Spiculae* exiguae, congestae, ovatae, viridescens, demum e fusco nigricantes. *Glumae* oblongo-ovatae, carinatae, mucronatae. *Nux* triquetra, glabra,

bra, pallide flava, basi villis 4-6 paulo longioribus cincta.

Varietatem culmo percrasso, umbellis binis apice conjunctis ad lacum apud *Rimbach* semel observavi.

2) *Sc. maritimus* culmo triquetro folioso, panicula foliacea terminali, spiculis conglobatis sessilibus pedunculatisque involucre polyphylo cinctis, glumis mucronatis trifidis. *Meer-Binse*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 306. Ejusd. Enum. p. 78. Pers. syn. pl. p. 68. Schrad. Germ. I. p. 143. Hoffm. Germ. I. p. 25. Schkuhr Handb. t. 8. Host. III. t. 67.*)

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in graminosis paludosis, ad fossas, ad ripas. (In fossa oppidana hinc inde non infrequens. In udibus prope Catarrhactam extra portam *Pleischach*, inque fossis versus *Meidinsfeld*. Ad moeni ripas prope dem *Siechhausse*, *Thüngersheim*, *Erlabrunn*, *Ochsenfurth*, *Kitzingen* alibique.)

Radix repens fibris dense obsessa, squamosa, nunquam bulbosa, intus albida, extus fusca culmos plures pedales, sesquipedales et altiores, erectos, glabros, striatos, ad medium usque foliatis preferens. *Folia* plura, rigidiuscula, striata, carinata, linearia, acuminata: inferiora breviora, superiora longiora culmum plerumque superantia. *Vaginae* striatae, glabrae. *Involucrum* 3-phyllum: foliolis prae longis inaequalibus foliis similibus. *Panicula* terminalis: spiculis pedunculatis sessilibusque, ovato-oblongis, conglobatis, fuscis aut ferrugineis composita. *Glumae* ovatae, concavae, rugosae, apice 3-4-dentatae: dente intermedio longiori. *Nux* triquetra, basi atte-

attenuata, glaberrima, pallide fusca, basi setis 4-6 longioribus obvallata.

Variat culmis multo humilioribus, *spiculisque* minoribus, paucioribus, *omnibus* sessilibus.

24. ERIOPHORUM, *Wollgras, Dungras.*

1) *E. vaginatum* culmis vaginatis superne trigonis, spica solitaria oblongo-ovata, glumis scariosis. *Scheidiges Wollgras, Sumpfwolle.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 312. Ejusd. Enum. p. 80. Pers. syn. pl. I. p. 70. Hoffm. Germ. I. p. 26. Smith. Britan. V. I. p. 58. Roth. Germ. I. p. 24. Spreng. Hal. p. 25. Sturm. D. Flor. I. 10.*)

E. cespitosum *Host. Gram. t. 39. Schrad. Germ. I. p. 150.*

Linagrostis vaginata *Scop. Carn. p. 47.*

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in turfosis, uliginosis. (Raro in udis graminosis prope *Büchold, Waldaschach et Bocklet.* Inter *Huhn et Schmalwasser*, in palude apud *Wollbach* versus *Neustadt ad Saalam*, prope *Wechterswinkel*, in palude prope *Hafsfurth* versus patibulum.)

Radix crassa, fusca, fibris multis praelongis tenacibus aucta. *Culmi* erecti, glabri, 3-4-nodes, inferne teretes s. teretiusculi, superne trigoni, ante anthesin et sub anthesi semipedales aut pedales, ad apicem usque *vaginis* inclusi, quarum superiores praecipue aphylli in processus solummodo foliosos aut cuspides terminatae sunt. *Anthesi peracta* culmus elongatione supremi articuli duplo fit longior, et ad medium usque vaginatus adparet. *Folia* omnia radicalia, primo culmum superantia, subulata, triquetra, glabra,

bra, apicem versus compressa, erecta, dein varie flexa, basi membranacea, vaginantia. *Spica* terminalis, solitaria, oblongo-ovata, erecta. *Glumae* oblongae, acuminatae, scariosae, nitidae, coeruleo-griseae vel nigrescentes. *Nux* subtrigona lana sericea, spica tandem duplo longiore circumvallata.

2) *E. triquetrum* culmis trigonis, foliis triquetris, spiculis inferioribus reflexis, pedunculis scabris *Dreiscitiges Wollgr.*

(*Schrud. Germ. I. p. 152. Hoppe bot. Taschenb. 1800. p. 106. et 1801. p. 133. De Vest Man. bot. p. 292. Hoffm. Germ. I. p. 26. Sturm. D. Flor. I. 10.*)

E. gracile Roth. Catal. append. 2. *Pers. syn. pl. l. c.*

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in uliginosis, paludosis, ad ripas. (Apud *Neustadt ad Saalam* prope dem *Schiefsplatze* raro. Prope *Münnerstadt, Bischofsheim*, et *Hilders* teste *Heilm.* Ad ripas *Salae* pone salinas *kissingenses* passim. Ad ripas ejusdem fluminis prope *Westheim* et *Langendorf.* In locis udis graminosis in regione oppiduli *Ebern* versus *Vierzehnheiligen.* Aliquoties etiam non procul a *Werneck* invenit *Am. Wolff.*)

Radix tenuis, praelonga, repens, squamosa. *Culmi* graciles, erecti, trigoni, glabri, 2-3-nodes, ante anthesin palmares, et pedales, ad apicem fere vaginati, post id tempus supremo articulo elongato sesquipedales, 2-pedales, et ultra medium nudi. *Folia* triquetra, acuminata, marginibus scabra, saepe glabat: *radicalia* fasciculata varie flexa emarcida convoluta culmeis longiora. *Vaginae* foliorum radicalium membranaceae, glabrae, fusciscentes striis plerumque purpurascensibus, vaginis culmeis laete viridibus longiores.

æres. *Spicae* binae, ternae, aut quaternae terminales, breves, oblongae, inaequaliter pedunculatae, erectae, anthesi peracta cernuae. *Glumae* oblongae, obtusae, carinatae, nervosae, nitidae, nigrescenti-viridulae. *Nux* oblonga, subtrigona, fusca, lana sericea tempore maturationis spica ipsa duplo longiore cincta.

3) *E. latifolium* culmis teretiusculis, foliis planis apice triquetris, spicis pluribus pedunculatis, pedunculis scabris. *Breilblattriges Wollgr. Wiesenuolle, Flachsgras.*

(*Schrad. Germ. I. p. 154. Hoppe bot. Taschenb. 1800. p. 108. Sturm. D. Flor. I. 10. De Vest Man. bot. p. 292.*)

E. polystachion L. sp. pl. ed. *Willd. I. p. 312. Ejusd. Enum. l. c. Hoffm. Germ. I. p. 27. Leers Herb. p. 11. t. 1. f. 5.*

E. vulgare Pers. syn. pl. p. 70.

Linagrostis polystachya Scop. Carn. I. p. 48.

Hab. in pratis humidis, in palustribus. (In humidis fossae oppidanae, in pratis humidis am *Wellriether Hof*, prope *Dettelbach*, *Schwarzach*, *Fahr*, *Werneck*, *Abbat. Heidenfeld*, *Waldaschah*, *Klosterhausfen*. Ad ripas moeni infra *Karlstadt*. Im-breiten Holz prope *Versbach*, alibique frequens)

Radix fusca, crassiuscula, truncata, fibris multis longis tenacibus obsessa. *Culmi* cum foliorum fasciculis caepitosi, erecti, teretiusculi, subtrigoni, glabri, 3-4-nodes, toti vaginati, pedales, semipedales. *Post florescentiam*, uti praecedentium, altiores, et ad medium usque vaginati. *Folia* culmis breviora, plana, apice triquetra. *Panicula* terminalis, erecta, spicis 5-7 demum nutantibus composita. *Glumae* nitidae,

tidae, fusco-vel nigrescenti-virides. *Nux* triquetra, lana sericea longa obvallata.

4) *L. angustifolium* culmis subtrigonis, foliis canaliculatis apice triquetris, spicis pedunculatis, pedunculis glabris. *Schmalblättriges Wollgras*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 313. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. I. l. c. Schrad. Germ. I. p. 153. Hoffm. Germ. I. l. c. Sturm. D. Fl. I. 10.*)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in pratis humidis, in palustribus. (In iisdem fere cum praecedente provenit locis. Praeterea ad ripas *Werrae* pluries invenit *Am. Wolff*. Ad ripas *Tuberae* prope *Röttigen*. Hinc inde in udis circa *Aub*, et *Moos* versus *Messelhausen*. In palude vulgo *das Moos* prope *Hassfurt* et im *Schladig* ibidem. In graminosis udis prope *Hofheim* et *Eichelsdorf*. In pratis humidis prope *Klosterhausen*, *Kleinprag*, *Brendlorenzen*. In palude apud *Wollbach* versus *Neustadt*, et alibi.)

Radix prioris. *Culmi* erecti, semipedales, pedales, et saepe altiores, supra medium teretes, superne trigoni. *Post florescentiam* elongatione articuli supremi uti in praecedentibus, altiores evadunt. *Folia radicalia* fasciculata, *culmea* solitaria: omnia carinata, acuminata, apice triquetra. *Spicae* parvae, oblongae, erectae, demum nutantes, in paniculam terminalem collectae. *Pedunculi* glabri. *Glumae* nitidae, fuscescentes. *Nux* oblonga, triquetra, lana longissima cincta.

25. NARDUS, *Borstengras, Pfriemgras.*

1) *N. stricta* spica setacea erecta secunda. *Steifes Borstengr.*

(*L.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 314. *EjUSD.* Enum. p. 80. *Pers.* syn. pl. I. p. 72. *Koeler.* Gram, p. 312. *Schrad.* Germ. I. p. 157. *Hoffm.* Germ. I. p. p. 27. *Schkuhr* Handb. I. p. 29. t. II. *Leers* Herborn. p. II. t. I. f. 7. *Host.* Gram. 2. p. 4. t. 4. *Schreb.* Gram. I. p. 65. t. 7.)

Perenn. *Flor.* *Maj.* *Junio.*

Hab. in asperis sterilibus, in montosis et sylvaticis. (In monte *Nicolai*, in montibus prope *Zellam*, *Diurrbach*, *Veitshöchheim* et *Retzbach*. In collibus saxosis circa der *Waldskugel*. In asperis prope *Thüngen*, *Rimpar* et alibi.)

Culmi e radice densa fibrosa plures congesti, subnudi, tenuissimi, stricti, glaucescentes, scabriusculi, palmares: fructiferi duplo fere longiores. *Folia* radicalia, vaginantia, rigida, canaliculato-setacea, glaucescentia, scabriuscula, fasciculata, dense congesta, refracto-secunda. *Spica* terminalis, simplicissima, gracilis, stricta, secunda. *Flosculi* subsessiles, rachi appressi, post florescentiam discedentes, subviolacei vel purpurascens.

D I G Y N I A.

26. CHAMAGROSTIS, *Zwerggras.*

1) *Ch. minima* floribus alternis sessilibus, spica filiformi. *Kleinstes Zwerggras.*

(*Schrad.* Germ. I. p. 158. *Wibel* Werth. p. 126.)

Agrostis minima *L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 272. *Smith.* Brit. I. p. 82. *Koel.* Gram. p. 94.

Knappia agrostidea *Smith.* Britan. V. 3. p. 1387.

Sturmia minima *Sturm.* D. Fl. I. 7.

St. verna *Pers.* syn. pl. I. p. 76.

Ann. *Flor.* *Martio-Majo.*

Hab. in arenosis siccis. (In agris infra *Himmelstoppfen*, *Zell* et *Veitshochheim* passim. Ad margines agrorum et in arenosis prope *Eivestadt*, *Frickenhäufsen*, versus den *erlacher Seen* prope *Kleinochsenfurth*, auf dem *Galgen-* und *Krainberge*, versus *Kürnach* und *Prosselsheim*. In arenosis sterilibus circa der *Fogelsburg* prope oppid. *Volkach*, circa *Astheim*, *Eusenheim*, et *Gaibach*. In monte dürrbaccensi, in monte *Schlofsberg*, in arenosis prope *Giebelstadt*, *Sonderhofen*, *Aub* et alibi.)

Culmi caespitosi, 1 - 2 - unciales, erecti, capillares, glaberrimi, argenteo-nitidi, superne plerumque purpurascentes, basi tantum vaginati. Folia pauca, brevissima, canaliculata, setacea, glabra. *Flores* 8 - 12 sessiles, alterni, exigui, mutici. *Spica* terminalis, simplicissima, erecta, filiformis, secunda. *Glumae calycinae* e fusco et purpurascente variae, apicibus albidae.

27. SYNTHESISMA, *Bluthirse*.

1) *S. vulgare* foliis vaginisque pilosis, flosculis oblongis imbricatis margine pubescentibus. *Gemeine Bluthirse*.

(*Schrad. Germ.* p. 161.)

Panicum sanguinale L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 342. *Hoffm. Germ.* p. 31. *Roth Germ.* I. p. 28. II. p. 73. *Host. Gram.* 2. p. 14. t. 17. *Schreb. Gram.* t. 16. *Leers Herb.* p. 14. t. 2. f. 6.

Digitaria sanguinalis *Scapol.* Carn. I. p. 52. *Koel. Gram.* p. 23. *Pers. syn. pl.* I. p. 84. *Moench. Method.* p. 205. *Willd. Enum.* p. 92.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in hortis, agris, vineis et ad vias ubique.

Culm-

Culmi e radice fibrosa plures, glabri, simplices, saepe etiam ramosi, sanguinolenti aut maculis et striis purpureis notati, pro solo diverso variae altitudinis, digitales, semipedales, pedales et altiores, procumbentes, aut basi tantum procumbentes, obliqui, raro toti erecti. *Folia* brevia, sed lata, lanceolata, villosa, plana, et saepe, praesertim in locis humidis undulata. *Vaginae* subcompressae, plus minusve sanguineae, pilosae. *Ligula* obtusa. *Spicae* digitatae, filiformes, rectae, basi interiori nodosae. *Flosculi* gemini, saepe terni, sanguinolenti vel violacei. *Semen* oblongum, obtusum, compressum, luteolum.

28. DIGITARIA, *Fingergras*.

1) *D. stolonifera* stolonibus repentibus. *Wucherndes Fingergr.*

(*Schrad.* Germ. I. p. 165. t. 3. f. 9.)

Panicum Dactylon L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 342. *Hoffm.* Germ. I. p. 31. *Roth* Germ. I. p. 28. II. p. 74. *Host* Gram. 2. p. 15. t. 18.

Cynodon Dactylon Pers. syn. pl. I. p. 85. *Marsch. a Bieberst.* Flor. taur. caucas. I. p. 52. *Willd.* Enum. p. 90.

Fibichia umbellata Koeler. Gram. p. 308.

Perenn. Flor. Junio - Augsto.

Hab. in cultis siccis. (In vineis der oberen Leiste versus *Höchberg*, et in monte *Kalbenstein* versus *Karlenburg*. In vineis auf dem karlstadter Steinberge prepe *Karlstadt* et *Retzbach*. In agris hinc inde prope *Stalldorf*, *Bütthardt* et *Schlüsselfeld* sec. *specim. cariss. patre deff. ibi collecta.*)

Radix repens, geniculata, longissima, teres, squamosa. *Culmi* semipedales, pedales, erectiusculi, aut

basi procumbentes et radicanes, teretiusculi, glabri, simplices aut ramosi, basi *stolonibus* longe repentibus ramosis strictis praediti. *Folia* carinata, demum plana, laete viridia aut ex glauco viridia, pilosa s. magis glabra: *vaginis* laxis compressis aut teretiusculis glabris. *Ligulae* loco series pilorum. *Spiculae* 4-7 umbellatae, secundae, ex viridi purpurascens.

29. ALOPECURUS, Fuchsschwanz.

1) *A. pratensis* culmo erecto glabro, spica subpaniculata densa obtusa cylindracea, glumis calycinis infra medium connatis acutis villosis. *Wiesen-Fuchsschwanz*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 357. *Ejusd.* Enum. p. 86. *Pers.* syn. pl. I. p. 80. *Schrad.* Germ. p. 170. *Hoffm.* Germ. I. p. 28. *Host.* Gram. I. p. 133, t. 31. *Schkuhr.* botan. Handb. I. p. 34. t. 11. *Schreb.* Gram. t. 19. *Leers* Herb. p. 15. t. 2. f. 4. *Sturm.* D. Fl. I. 8. *Koeler.* Gram. p. 31.)

Perenn. *Flor.* Majo—Julio.

Hab. in pratis et pomariis copiose.

Culmi pedales et 2-pedales, in humidis 3-4-pedales, erecti, foliati, teretes, laeves. *Folia* plana, patentia, acuta, laevia. *Vaginae* striatae, glabrae; *suprema* longior subinflata. *Ligula* brevis obtusa. *Spica* terminalis, subpaniculata, solitaria, ovato-cylindrica, crassa, villosa, mollis, 1-3-uncialis, ex viridi argentea. *Flosculi* imbricati, brevissime pedicellati: *pedicellis* congestis subramosis 3-4-floris.

2) *A. agrestis* culmo erecto superne scabriusculo, spica subpaniculata gracili acuta cylindracea, glumis calycinis ultra medium connatis acutis nudiusculis. *Acker-Fuchsschw.*

(*L.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 357. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. p. 171. *Hoffm.* Germ. p. 28. *Koel.* Gram. p. 34. *Host* Gram. 3. t. 12. *Schreb.* Gram. I. p. 140. t. 19. f. 2. *Leers* Herb. p. 15. t. II. f. 5.)
Ann. Flor. Maj. Junio.

Hab. in agris et ad margines eorum. (In agris versus *Himmelsporten*, *Zell*, *Gerbrunn*, auf dem *Galgenberge* alibique saepe copiose.)

Culmi pedales, sesquipedales, erecti, tenues, teretes, glabri, prope spicam scabriusculi. *Folia scabra: vaginis* laevibus, *suprema* multo longiore et subinflata. *Ligula* brevis, denticulata. *Spica* terminalis, solitaria, gracilis, 3-uncialis, ex viridi alba, demum purpurascens. *Flosculi* laxè imbricati: *pedicellis* plerumque simplicibus vel parum divisis. *Glumae calycinae* nudae, carina tantum brevissime ciliata.

3) *A. geniculatus* culmo adscendente geniculato, spica subpaniculata cylindrica obtusa, glumis calycinis basi connatis obtusis subvillosis corollaque apice crenulatis. *Gegliederder Fuchsschw.*, *Wasser-Fuchs-Schwanz.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 358. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. p. 173. *Hoffm.* Germ. p. 28. *Koeler.* Gram. p. 37. *Host* Gram. II. p. 24. t. 32. *Leers* Herb. p. 16. t. II. f. 7.)
Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in fossis, inundatis, palustribus et ad ripas. (In fossis oppidanis passim frequens. In fossis et ad *Moeni ripas* versus *Himmelsporten*, *Zell*, *Veitshöchheim*, *Thüingersheim*, prope *Heidenfeld*, et alibi frequens.)

Culmi plures, pedales circiter, saepe multo longiores, tenues, glaberrimi, ad apicem usque vaginati,

na i adscendentes vel procumbentes *apicibus erectis*; *geniculis* pluribus infractis intercepti: *inferioribus* plerumque radican- tibus. *Folia* plana, latiuscula, brevia, acuta, supra scabra. *Vaginae* striatae, glabrae, laxae, compressiusculae: *suprema* ventricosa. *Ligula* oblonga, obtusiuscula. *Spica* terminalis, solitaria, brevis, cylindrica, ex albedo flavicans vel ex virescenti purpurascens: *flosculis* arcte imbricatis et brevissime aristatis.

30. LEERSIA, *Leersie, Reisgras.*

1) *L. oryzoides* panicula diffusa, flosculis patulis, glumis carina ciliatis. *Reisartige Leersie, gemeines Reisgras.*

(*L. sp. pl. ed. Willd.* p. 325. *Pers. syn. pl. I.* p. 73. *Schrad. Germ.* p. 176. *Hoffm. Germ.* p. 29. *Koel. Gram.* p. 4. *Host. Gram. I.* p. 27. t. 35.)

Phalaris oryzoides *L. sp. pl. ed. 2.* p. 81. *Roth. Germ. I.* p. 26. *II.* p. 68. *Schreb. Gram. II.* p. 6. t. 22.

Ehrhartia clandestina *Wiggers.* primit. p. 64.

Asprella oryzoides *Moench.* *Method. Supplem.* p. 103.

Perenn. Flor. August. Septembri.

Hab. in humidis (In fossa oppidana prope demneuen et pleichacher Thore passim. Ad rivulos prope Catarrhactam ante portam Pleichach, ibidem ad dumeta solo humidiori inter hortos non procul a via versus Veitshöchheim. Ad Moeni ripas prope Hirschfeld et Hafsfurth. Auf dem oberen Wehr fluvii Moeni juxta pontem versus Heidingsfeld. In humidis im Murrbachsfelde prope Abbat. Heidenfeld et alibi raro.)

Radix valde repens. *Culmi* plures, interdum solitarii, altitudine varii, digitales, palmares, semipedales et altiores, simplices, saepe etiam ramosi, teretes, striati, glabri, geniculis villosi, basi procumbentes et radicantes vel erecti, ad apicem usque vaginati. *Folia* patentia, linearia, in acumen rigidulum attenuata, glauca vel laetius viridia, plana, siccitate convoluta. *Vaginae* compressae, striatae, retrorsum scabrae: *superiores* 2 ventricosae. *Ligula* brevis, truncata, demum lacinulata. *Panicula* ramosa, diffusa, apice nutans, ante anthesin contracta et vagina suprema tota inclusa, sub anthesi e vagina prodiens. *Flosculi* oblongo-ovales, acutiusculi, mutici, virescentes, semper clausi. *Pedunculi* ramosi et simplices, valde flexuosi, pilis brevissimis scabri.

31. PHALARIS, *Glanzgras*.

1) *Ph. arundinacea* panicula oblonga coarctata, glumis acuminatis. *Rohrartiges Glanzgras*, *Bandgras*, *Schilfgras*.

(*L. sp. pl. ed. 2 p. 80. Pers. syn. pl. I. p. 78. Schrad. Germ. I. p. 180. t. 6. f. 5. Hoffm. Germ. I. p. 29. Koel. Gram. p. 45. Schkuhr. bot. Handb. p. 30. t. 9. Host. Gram II. p. 25. t. 33. Leers Herb. p. 17. t. 7. f. 3. Willd. Enum. p. 84.*

Arundo colorata *L. sp. ed. Willd. I. p. 457.*

Baldingera colorata *G. M. Sch. Flor. wetter. I. p. 96.*

Typhoides arundinacea *Moench. Method. p. 202.*

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in subhumididis et ad ripas ubique.

Cul-

Culmi 2-3-4-pedales, erecti, firmi, stricti, teretes, glabri, ad medium foliati. *Folia* plana, lata, laevia, versus apicem scabra, glauco-viridia. *Vaginae* longae, teretes, culmum arcte amplectentes. *Ligula* obtusa, brevis. *Panicula* speciosa, erecta, florens ventricosa, ampla, versicolor, ante et post anthesin contracta.

Varietas foliis eleganter variegatis (*Bandgras*) in hortis ubique colitur.

32. PHLEUM, *Lieschgras*.

1) *Phl. pratense* spica cylindrica longissima, calycibus truncatis mucronato-aristatis carina ciliatis, aristis calyce duplo longioribus. *Wiesen-Lieschgras*, *Timotheusgras*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 354. *Ejusd.* Enum. p. 84. *Pers.* syn. pl. I. p. 79. *Schrad.* Germ. p. 182. *Hoffm.* Germ. I. p. 33. *Koel.* Gram. I. p. 48. *Schkuhr* Handb. p. 33. t. 10. *Host.* Gram. 3. p. 7. t. 9. *Schreb.* Gram. t. 14. *Leers* Herb. p. 16. t. 3. f. 1.)

Perenn. Flor. Majo—Septembri.

Hab. in pratis et pascuis, ad viarum margines ubique.

Culmi plures, 2-3-pedales, teretes, striati, glabri, erecti vel basi modo procumbentes. *Folia* plana, latiuscula, acuminata, superne et marginibus magis minusve scabra. *Vaginae* teretes, striatae, glabrae. *Ligula* oblonga, obtusa, demum fissa. *Spica* terminalis, solitaria, cylindrica, 2-4-uncialis, apice obtusa, viridis, demum canescens. *Flosculi* numerosissimi, conferti, brevissime pedicellati.

2) *Phl. nodosum* spica subcylindrica brevi basi sterili, culmo adscendente, radice bulbosa. *Knotiges Lieschgr.*

(*L.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 355. Pers. syn. pl. I. p. 79. Hoffm. Germ. I. p. 33. Roth. Germ. I. p. 29. II. p. 76. Koel. Gram. p. 50. Leers Herb. p. 17. t. 3. f. 2.*)

Phl. pratensis. β *Schrad. Germ. I. p. 183. Willd. Enum. l. c.*

Perenn. Flor. Majo—Augusto.

Hab. in pratis aridis, in vineis, ad agrorum versuras et colles ubique.

Radix bulbosa, fusca, basi fibrosa. *Culmi* palmares, pedales, adscendentes, rarius erecti. *Folia* linearia, plana, angusta, utrinque scabriuscula. *Vaginae* subcompressae, scabriusculae: *suprema* subventricosa. *Ligula* truncata, exserta, fissa. *Spica* cylindrica, aspera, 1-2 uncialis. *Flosculi* brevissime pedicellati, dense conferti: *infimi* emarcidi steriles.

3) *Phl. asperum* panicula cylindracea spiciformi, glumis calycinis cuneiformibus mucronatis scabris. *Rauhes Lieschgr.*

(*Pers. syn. pl. I. p. 79. Schrad. Germ. I. p. 185. Hoffm. Germ. I. p. 32. Koel. Gram. p. 54. Willd. Enum. l. c.*)

Phl. paniculatum *Smith. Britan. V. I. p. 70.*

Phl. ventricosum *Moench. Method. p. 177.*

Phl. viride *Allion. Pedem. n. 2133.*

Phalaris aspera *L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 328.*

Host. Gram. II. p. 28. t. 37.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in agris et collibus siccis. (In agris hinc inde prope *Rimpar, Oberdürrbach, Arnstein, Hirschfeld, Wülfershausen* et *Biebergau*. Pluries etiam inveni in via inter agros a pago *Mühlhausen* versus *Versbach*. Occurrit quoque in agro carolopolitano securi-

cundum specimina a cl. d. Doct. Geist mihi communicata.)

Radix fibrosa: *fibris* capillaribus dense confertis. *Culmi* plurimi in caespitem congesti, digitales, rarius altiores, erecti, teretes, glaberrimi, simplices, inferne saepius ramosi, basi attenuati, ultra medium foliati, 3-4-nodes. *Folia* brevia, plana, acuta, erecta, subtus scabra. *Vaginae* teretes, striatae, scabriusculae: *suprema* laxa subinflata. *Ligulae* exsertae, obtusae. *Panicula* spicata, erecta, cylindracea, densa, subcompressa, rigida, scabra, superne attenuata, virescens. *Ramuli* cum rachi angulati, scabri. *Glumae calycinae* corolla duplo fere longiores, subaequales, cuneiformes, trinerves, scabriusculae, superne ventricosae, obtusae, bifidae, mucrone parvo albido terminatae.

4) *Phl. Boehmeri* panicula spiciformi cylindracea glabra, glumis calycinis lanceolatis obtusis submucronatis scabriusculis. *Boehmers Lieschgras.*

(*Schrad. Germ. I. p. 186. Wibel Werth. p. 125. Willd Enum. p. 85.*)

Phl. Phalaris Pers. syn. pl. I. p. 79.

Phl. phalaroides Koel. Gram. p. 52.

Phl. glabrum Bernhard. Erford. p. 38.

Phalaris phleoides. L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 328. Hoffm. Germ. I. p. 29. Sprengel Hal. p. 28. Host. Gram. II. p. 26. t. 34. Roth. Germ. I. p. 26. II. p. 67. Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in locis siccis, in saxosis, ad muros, et ad vias. In sterilibus saxosis in monte Nicolai inque montibus prope Höchberg, Zell, Dürrbech et Veitshöchheim passim. In siccissimis circa Mühlhausen, Rimpf, Lengfeld, Dippach, Wipfeld et Hesslar. Ad mar-

margines agrorum prope *Theilheim, Westheim, Zentzen, Hafsfurth* et *Frankenwinheim*. In collibus aridis prope pagos *Arnshausen, Poppenhausen, Nüdlingen* et alibi.)

E radice fibrosa *culmi* plures, palmares, pedales et altiores, teretes, glaberrimi, basin versus saepe rubelli, erecti, ad radicem declinati. *Folia* linearia, plana, acuta, ad oras et apicem versus scabra, coeterum glabra. *Vaginae* teretes, striatae, scabriusculae: *superior* subventricosa. *Ligula* brevis, truncata. *Panicula* spiciformis, cylindracea, utrinque attenuata, gracilis, glabriuscula, ex albido viridis, vel ex purpurascente et viridi varia. *Pedunculi* subelongati, rachi appressi.

33. MILIUM, *Hirsegras, Fladergras.*

1) *M. effusum* floribus paniculatis diffusis muticis. *Ausgebreitetes Hirsegr. Waldhirse.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 360. Ejusd. Enum. p. 94. Pers. syn. pl. I. p. 74. Schrad. Germ. I. p. 197. Hoffm. Germ. I. p. 33. Koel. Gram. p. 66. Schkuhr bot. Handb. I. p. 34. t. II. Host. Gram. III. p. 16. t. 23. Leers Herb. p. 18. t. VIII. f. 7.)*

Miliarium effusum Moench Meth. p. 204.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in sylvis umbrosis fere ubique.

Radix repens. *Culmi* plures, 2-3-pedales, erecti, graciles, striati, glaberrimi. *Folia* lanceolata, acutissima, plana, utrinque scabriuscula, obscure viridia, apicibus plerumque nutantia. *Vaginae* teretes, glabrae. *Ligula* exserta, obtusa, lacera. *Panicula* praelonga, laxa, ramosa, mutiflora, diffusa, primo erecta, dein apice nutans. *Pedunculi* capillares, flexuosi, subramosi, horizontales, demum reflexi, ad basin

basin nodosi et squamulis minutis bracteati. *Flosculi* ovati, ventricosi, acuminati, glabri toti, virides vel ex viridi et purpurascente varii.

Gramen siccatum odorem *Meliloti* mentiens.

34. TRICHODIUM, *Straufsgras*.

1) *T. caninum* calycibus ovatis acutis coloratis, arista dorsali infra medium proveniente, culmo procumbente ramoso. *Gemeines Straufsgr.*

(*Schrad. Germ. I. p. 198. Willd. Enum. p. 97.*)

Agrostis canina L. sp. pl. ed. *Willd. I. p. 367. Pers. syn. pl. I. p. 75. Hoffm. Germ. I. p. 34. Leers. Herb. p. 19. t. IV. f. 2.*

Perenn. Flor. Junio—Augusto.

Hab. in pratis, pascuis, pomariis, ad margines sylvarum, inque uliginosis. (In fossis oppidanis hinc inde non infrequens. In udis prope Catarrhactam extra urbem. Ad ripas Moeni prope *Sulzfeld, Ochsenfurth, Eivelstadt, Retzbach, Karlstadt, Kitzingen* et alibi. Ad rivum inter *Versbach* et *Rimpar*, in sylva gramschatzensi, ad margines nemorum *Eitel* et *Steinbusch* prope *Wülfershausfen*. In uliginosis et pratis udis circa *Abbat. Heidenfeld* passim.)

Radix plus minusve repens, fibrosa, nonnunquam stolones reptantes proferens. *Culmi* plures, pedales, sesquipedales et altiores, striati, graciles, procumbentes, adscendentes, basi saepe ramosi. *Folia* utrinque scabra, siccata convoluta: *radicalia* angustissima, setacea, *culmea* latiora. *Vaginae* glabrae. *Ligulae* oblongae, obtusae, laciniatae. *Panicula* erecta, primo contracta, florens patens, semiverticillata, violaceo-fusca

fusca aut magis purpurascens vel coerulescens, demum pallescens. *Aristae* breves, geniculatae.

35. AGROSTIS, *Windhalm*.

Corolla aristata.

1) *A. Spica venti* panicula diffusa, petalo exteriore infra apicem arista longissima subflexuosa instructo. *Wahrer Windh.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 361. Ejusd. Enum. p. 94. Pers. syn. pl. I. p. 74. Schrad. Germ. I. p. 203. Hoffm. Germ. I. p. 33. Koel. Gram. p. 80. Host. Gram. III. p. 32. t. 47. Leers. Herb. p. 18. t. IV. f. I.) Ann. Flor. Jun. Julio.*

Hab. inter segetes et ad vias ubique.

Culmi plures, 1 - 2 - 3 - pedales, erecti, striati, glaberrimi. *Folia* plana, linearia, acuminata, supra pubescentia, subtus scabriuscula. *Vaginae* striatae, glabra. *Ligulae* elongatae, obtusae, lacinulatae. *Panicula* amplissima, erecta, subsecunda, primo contracta, florens patens, demum leviter cernua, nitida, viridis vel ex viridi purpurascens. *Pedunculi* semiverticillati, inaequales, ramosissimi, angulati, scabri, multiflori. *Arista* flore duplo longior, subflexuosa. *Fasciculus pilorum* utrinque ad latus glumae corollinae majoris.

Corolla mutica.

2) *A. vulgaris* paniculae ramis laeviusculis: ramulis divergentibus, ligula brevissima truncata. *Gemeiner Windh.*

(*Pers. syn. pl. I. p. 75. Schrad. Germ. I. p. 206. t. 2. f. 4. Hoffm. Germ. I. p. 36. Spreng. Hal. p. 30. Smith. Britan. V. I. p. 79. Willd. Enum. p. 96.)*

A.

A. divaricata Koel. Gram. p. 97. Hoffm. Germ. I. p. 37.

A. tenella Hoffm. Germ. I. p. 36.

A. capillaris. Roth. Germ. I. p. 32. II. p. 85. Schkuhr. bot. Handb. p. 37. t. 12.

A. stolonifera Leers Herb. p. 20. t. IV. f. 6. Spreng. Hal. p. 30.

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in pratis et pascuis, in montosis et collibus ubique.

Culmi plures, pedales, sesquipedales, adscendentes vel magis erecti, nonnunquam repentes, graciles, striati, glabri. *Folia* linearia, angusta, plana, acuta, scabra. *Vaginae* glabrae. *Ligula* nunquam exserta, truncata. *Panicula* erecta, multiflora, purpurascens vel ex viridi et purpurascente varia, ante et post anthesin contracta, sub anthesi patens et divaricata. *Rami* dichotomi et trichotomi: *ramuli* divergentes flexuosi.

Gramen hoc pro diverso solo natali, humido vel sicciori et arido maxime variat. *Radix* saepe simplicissima fibrosa aut magis minusve repens, non raro etiam stolonifera. *Culmi* in siccis montosis multo humiliores: *panicula* graciliori, in depressis humidiusculis altiores, mox decumbentes, oblique adscendentes, mox toti erecti, aut basi tantum terrae adpressi e geniculis infimis *radices* et *ramos* agentes.

3) *A. alba* paniculae ramis hispidis, ramulis patentibus, ligula oblonga. *Weißer Windhalm*. *Sumpf-Windhalm*.

(*L.* sp. pl. ed. Willd. p. 371. *Ejusd.* Enum. p. 96. *Pers.* syn. pl. p. 76. *Schrad.* Germ. p. 209. t. II. f. 1. Hoffm.

Hoffm. Germ. p. 36. *Leers* Herb. p. 21. t. IV. f. 5. *Koel.* Gram. p. 95.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in paludosis, in pratis succulentis, in nemorosis, ad fossas et ripas.

Radix fibrosa, albicans. *Culmi* 1 - 2 - 3 - pedales, teretes, striati, rigidi, erecti, inferne saepe repentibus aut procumbentes, non raro etiam ramosi. *Folia* quam in praecedente latiora, firmiora, utrinque magis minusve scabra, pallide viridia. *Vaginae* glabrae. *Ligula* exserta, oblonga. *Panicula* palmaris, ramosissima, sub anthesi patens, albida vel ex viridi - purpurascens, demum canescens. *Pedunculi* dense verticillati, numerosi, inaequales, capillares, divisi, setuloso - hispidi.

Coeterum pro solo diverso variat *culmis* altioribus, totis erectis, et nonnunquam etiam tota ex parte procumbentibus ac repentibus. Interdum etiam *gluma corollae exterior* aristam infra apicem producit brevissimam.

36. ARUNDO, Rohr, Schilf.

Calyces uniflori.

1) *A. epigejos* panicula stricta patente, arista dorsali recta pilis breviora, pilis calycem subaequantibus. *Land-Rohr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 456. *Ejusd.* Enum. p. 126. *Pers.* syn. pl. I. p. 102. *Schrad.* Germ. I. p. 211. t. 4. f. 1. *Hoffm.* Germ. I. p. 60. *Smith.* Brit. V. I. p. 145. *Scopol.* Carniol. I. p. 87. *Spreng.* Hal. p. 43.)

Ca-

Calamagrostis epigejos Roth. Germ. I. p. 34. II. p. 91. Moench. Meth. p. 179. Koel. Gram. p. 110. Wib. Werth. p. 122.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in locis aridis sterilibus, et humidis; in sylvaticis. (Hinc inde in sylvis *Guttenberg et Kitzingen*, in collibus aridis prope *der Waldskugel*, et sylvam *gramschatzensem*. Ad sylvam *Edelmannsholz* prope *Veitshoechheim*, ad mazines sylvae *Huck* prope *Wipfeld*, et in sylva prope *Wülfershausen* vulgo *die Breit*. In locis sterilibus prope *Fahr, Wipfeld, Volkach, Karlstadt, Stetten* et alibi.)

Radix repens, albida, fibris multis aucta. *Culm* erecti, stricti, teretes, superne praecipue scabri, 2 - 3 - pedales, in humidis saepe 4 - 6 - pedales. *Folia* lata, plana, acuminata, rigidula, utrinque scabra, laete viridia, saepe pedalia. *Vaginae* striatae, scabriusculae. *Ligula* exserta, acuta, fissa. *Panicula* ramosissima, stricta, rigida, utrinque attenuata, medio ventricosa, obscure purpurascens vel ex viridi - fusco rubella. *Spiculae* imbricato - congestae, plerumque secundae, lineares, longius mucronatae.

2) *A. pseudophragmites* panicula diffusa laxa, calycibus acuminatis, arista dorsali recta pilisque corolla paulo longioribus. *Unaechtes Rohr*.

(*Schrad.* Germ. I. p. 213. t. 4. f. 3. *Hoffm.* Germ. I. p. 61.)

A. glauca Marsch. a *Biberst.* Fl. taur. caucas. I. p. 79.

Calamagrostis pseudophragmitis *Koel.* Gram. p. 106.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab.

Hab. in graminosis humidis, in nemorosis, ad ripas. (In fossa oppidana prope dem *Kartheuserkloster* et dem *Wasserthurm*. Ad rivulum versus *Rimpar*. Ad Moeni ripas prope *Volkach*, *Ochsenfurth*, *Unterzell*, *Zellingen*, *Karlstadt*, *Gemünden* et alibi. Auf dem Bandwoerth versus *Erlenbrunn*. Im oberen Gesprait prope *Prosselsheim* et *Blüssensheim*. Am Wildwasser, et in den Lacken prope Abb. *Heidenfeld*. Am Wehr prope dem *Bauernsee* ibidem. In pratis udis versus den *erlacher Seen*. In nemorosis der *Waldskugel*, *sylvæ gramschatzensis*, *vitihoechheimensis*, *gnttenbergensis*, alibique.)

Radix valde repens. *Culmi* 1 - 2 - pedales et altiores, erecti, glabri, sub panicula scabriusculi, simplices, in humidis quandoque subramosi. *Folia* linearia, acuminata, rigidiuscula, undique scabra, nunc una alterave pagina glabra. *Vaginae* striatae glabrae. *Ligula* exserta, obtusa, demum lacinulata. *Panicula* erectiuscula, ramosissima, multiflora, laxa, diffusa, 3 - 6 - uncialis. *Spiculae* oblongae, subulatae, 1 - florae, nitidae, e fuscescente et purpureo variae.

3) *A. Calamagrostis* panicula diffusa, calycibus acuminatis, arista terminali brevi, pilis corolla longioribus. *Wiesen - Rohr*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 456. Pers. syn. pl. p. 102. Schrad. Germ. p. 214. t. 4. f. 4. Hoffm. Germ. p. 61. Smith. Britan. V. I. p. 146.*)

Calamagrostis lanceolata Roth. Germ. I. p. 34. II. p. 90. *Koel. Gram. p. 103.*

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in pratis uliginosis, ad ripas. (In fossa oppidana prope dem *pleichacher Thore* versus Heller *Flora. I.*

Moenum, ibidem prope dem *Wasserthurm*. Ad Moeni ripas prope *Wipfeld, Volkach, Fahr, Nordheim* et *Hafsfurth*. Ad ripas des Wildwassers et ad Moenum prope *Abb. Heidenfeld*, ad fossas ibidem. In humidis sylvae stettensis, et ad fossas prope *Karlstadt* pluries invenit *am. Dr. Geist.*)

Radix repens. *Culmi* sesqui - 2 - 3 - pedales, erecti, tenues, teretes, striati, glabri, plerumque ramosi. *Folia* angusta, linearia, acuminata, utrinque glabra, marginibus retrorsum scaberrima, pagina superiori nonnunquam pubescentia. *Vaginae* glabrae. *Ligula* exserta, obtusa. *Panicula* lanceolata, medio ventricosa, laxa, 4 - 6 - uncialis, nitida, e canescente viridiuscula vel e purpurascente fuscoque varia, primo erecta, demum apice cernua, contracta ante et post anthesin.

4) *A. varia* panicula patente, calycibus acutis, pilis corollam aequantibus, arista dorsali geniculata calycem vix excedente. *Veränderliches Rohr*.

(*Schrad. Germ. I. p. 216. t. 4. f. 6.*)

Calamagrostis arundinacea *Wib. Werth.*
p. 122.

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in sylvaticis humidis. (In saltu kitzingensi, in sylva *Ansbach* inter campos marbaccenses prope *Abb. Heydenfeld*, et in sylva stettensi prope *Werram* raro. In sylvis prope *Uettingen* alibi què rarius.)

Radix repens *Culmi* pedales, sesquipedales et altiores, erecti, simplices, teretes, laeves, rigiduli, glabri, superne scabriusculi. *Folia* lata, acuminata, supra pubescentia, subtus et marginibus scabra. *Vaginae*

ginae striatae, glabrae. *Ligula* exserta, obtusa, crenulata, demum fissa. *Panicula* erecta, patens, 2-3-uncialis, nitida, e fusco purpureoque varia.

5) *A. sylvatica* panicula patente, calycibus acutis, pilis brevissimis, arista dorsali geniculata calycem excedente. *Walddrohr*.

(*Schrad. Germ. I. p. 218. t. 4. f. 7. Willd. Enum. p. 128.*)

Agrostis arundinacea L. sp. pl. ed. *Willd. I. p. 364. Pers. syn. pl. I. p. 74.*

Calamagrostis arundinacea Koel. Gram. p. 108. *Roth. Germ. I. p. 33. II. p. 89.*

Perenn. Flor. Jun Julio.

Hab. in sylvaticis, nemorosis. (In sylvis *Guttenberg et Gramschatz. Im Kaejerhoelzchen* und auf der *Rossteige* prope *Rottendorf*. In sylvis prope *Röttigen, Kitzingen, Uettingen* et alibi.)

Radix repens. *Culmi* 2-3-4-pedales, erecti, simplicissimi, rigiduli, teretes, striati, laete virides, glabri, versus paniculam scabriusculi. *Folia* lanceolato-lineararia, mucronata, marginibus scabra, ad vaginas pilosa, primo carinata, dein magis plana, dorso laete viridia nitida, facie glaucescentia. *Vaginae* scabriusculae, *infimae* non raro pubescentes. *Ligula* exserta, obtusa, demum laciniata. *Panicula* erecta, palmaris, ramosissima, patens, ex viridi flavescens, contracta ante et post anthesin.

Calyces multiflori.

6) *A. Phragmites* calycibus sub-5-floris, flosculis calycem excedentibus, panicula laxa. *Gemeines Rohr, Rohrschilf.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 454. Ejusd. Enum. p. 126. Pers. syn. pl. I. p. 102. Schrad. Germ. I. p. 223. t. 5. f. 4. Hoffm. Germ. I. p. 60. Koel. Gram. p. 276. Schkuhr bot. Handb. p. 53. t. 18. Leers Herb. p. 44. t. 7. f. 1*)

Perenn. Flor. Julio - Septembri.

Hab. ad ripas, in fossis et lacubus ubique frequens.

Radix longa, articulata, valde repens, *fibris* multis validis aucta. *Culmi* 4 - 15 - pedales, erecti, simplicissimi, stricti, firmi, teretes, striati, glaberrimi. *Folia* lanceolata, in acumen longum terminata, patentia, rigida, plana, siccata involuta, *marginibus* scaberrima, glaucescentia. *Vaginae* longae, cylindricae, striatae, glabrae. *Ligulae loco* series pilorum brevium. *Panicula* pedalis et longior, laxa, diffusa, ramosissima, fusco - purpurea vel e fusco - purpureo et viridi varia, primo erecta, demum plerumque cernua.

57. STIPA, *Pfriemengras*, *Federgras*.

1) *St. capillata* aristis nudis. *Haarfoermiges Pfriemengras.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 441. Ejusd. Enum. p. 98. Pers. syn. pl. I. p. 99. Schrad. Germ. I. p. 231. Hoffm. Germ. I. p. 57. Koel. Gram. p. 75. Host. Gram. 3. p. 4. t. 5.*)

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in montosis, collibus apricis, et arenosis siccis. (In collibus apricis prope *Arnstein*, in arenosis siccis prope *Remlingen* et hinc inde pro-

prope *Himmelsporten*. Ad muros vinearum des *Steinberges* et prope *Thüngen* versus dem blauen Thurm.)

Culmi 1 - 2 - 3 - pedales, erecti, duri, glabri. *Folia* angustissima, linearia, acuminata, convoluta, dura, glauco - viridia, superne intus pubescentia, dorsum scabra. *Vaginae* glabrae. *Ligula* lanceolata, obtusa, integra. *Panicula* speciosa, contracta. *Spiculae* lineari - lanceolatae, subcompressae, nitidae. *Pendunculi* magis minusve ramosi vel simpliciusculi, quini aut seni. *Calycis valvulae* inaequales: *major* linearis acuta carinata *arista* terminata. *Corollae valvula exterior* basi villosa, apice *aristam* capillarem retrorsum scabriusculam praelongam spiraliter flexam et curvatam exserens.

2) *St. pennata* aristis plumosis. *Federiges Pfrimmengras*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 440. *EjUSD.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. p. 229. *Hoffm.* Germ. l. c. *Koel.* Gram. p. 72. *Schkuhr*, bot. Handb. l. p. 49. t. 16.)

Perenn. *Flor.* *Maj.* *Junio.*

Hab. in montosis, in collibus, in arenosis siccis, et ad muros. (Hinc inde in apricis, ad muros, ad vias *der Steinberge* prope *Wirzburg* et *Karlstadt*. Ad rupes circa arcem *Marienberg* passim. In vicinia des *Schenkenschlosses* raro. In montosis pone *Randesacker*. In monte *Schwammberg* prope *Kitzingen*. Inter ruinas arcium *Karlbürg* et *Reichelsheim* prope *Aub.* In collibus aridis procul a via versus *Arnshausen*. Etiam circa *Werneck* pluries observavit *am Wolff.*)

Culmi pedales, sesquipedales et altiores, erecti, teretes, rigidi, striati, glabri. *Folia* glauca, rigida, fere

fere setacea, convoluta, mucronata, supra glabra; subtus et marginibus scabra. *Vaginae* praelongae striatae, glabrae vel parum scabrae. *Ligula brevissima*, truncata, fissa. *Panicula* pedalis et sesquipedalis, plus minusve contracta, superne patens, ante anthesin vagina suprema inclusa. *Spiculae* lanceolatae, acutae, glabrae, laeves, nitidae, 1-florae, ex viridi flavicantes. *Pedunculi* bini, raro solitarii, erecti, plerumque simplices. *Calycis valvulae* subaequales, carinatae, patentes, in *aristam albam* tenuissimam terminatae. *Corollae valvula exterior* inferne villosa, apice arista capillacea pedali et longiori *plumulis* sericeis albis elegantissime ornata, primo recta, demum arcuatim curvata.

38. ANDROPOGON, *Bartgras*.

1) *A. Ischaemum* spicis pluribus digitatis, *Fingerförmiges Bartgras*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. IV. P. II. p. 921. Ejusdem Enum. p. 1028. Pers. syn. pl. I. p. 104. Schrad. Germ. I. p. 233. Hoffm. Germ. I. p. 32. Koel. Gram. p. 119. Host. Gram. II. p. 3. t. 3. Schreb. Gram. II. p. 66. t. 33. Jacq. Austr. t. 384.*)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in collibus et arenosis siccis. (In arenosis saxosis prope der *Vogelsburg* et circa *Capellam* in vicinia oppidi *Volkach*. Hinc inde in arenosis prope *Roedelsee*. Ad arcem *Reichelsberg* prope *Aub*, et ad ruinas arcis *Bodenlauben* prope *Kissingen*. In monte *St. Viti* prope *Neustadt* raro. In siccissimis saxosis *des kalbensteiner Berges* prope *Karlbürg* invenit *cl. Dr. Geist*.)

Ra-

* *Radix* fibrosa, repens. *Culmi* pedales, erecti, glaberrimi, rigidi, basi incurvi atque saepe ramosi, inferne plerumque semiteretes, superne teretes, *nodis* 6 - 9 purpurascensibus donati. *Folia* linearia, acuminata, rigidula, erecta, apice reflexa, utrinque pubescentia, pallide viridia, *striis* aut *maculis* purpurascensibus passim notata. *Vaginae* compressae, glabrae. *Ligula* brevissima, villosa, alba. *Spicae* 4 - 6 aut plures, terminales, digitatae, plumosae, lineares, circiter 2 - unciales, purpurascens vel ex viridi purpureae, sub anthesi patentes, rachi appressae ante et post anthesin.

39. PANICUM, *Fench.*

1) *P. verticillatum* panicula spiciformi cylindracea, involucellis deorsum hispidis, culmis diffusis. *Quirlblüthiger Fench, Klebgras.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 334. Ejusdem. Enum. p. 1030. Pers. syn. pl. I. p. 80. Schrad. Germ. I. p. 239. Hoffm. Germ. I. p. 30. Koel. Gram. p. 8. Host. Gram. II. p. 11. t. 13.*)

Ann. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in arvis, vineis, hortis, ad muros et vias ubique.

Culmus plerumque unicus, digitalis, pedalis et altior, erectiusculus, tenuis, subtrigonus, superne teretiusculus, glaber, apicem versus scaber, *nodis* 4 - 6 purpurascensibus, basi ramosus. *Folia* striata, supra pilis sparsis obsessa, utrinque scabra, laete viridia, plana aut basi transversaliter undulata. *Vaginae* striatae, glabrae: *superiores* teretes, *inferiores* compressae et saepe purpurascens. *Ligulae loco* series pilorum.

Pa-

Panicula spiciformis, cylindracea, setosa, viridis, demum ex viridi purpurascens, matura vestibus tenacissime adhaerens.

2) *P. viride* panicula spiciformi cylindracea, involuclis multisetis sursum hispidis. *Grüner Fench.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 335. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. p. 81. Schrad. Germ. p. 240. Hoffm. Germ. l. c. Host. Gram. p. 12. t. 14. Koel. Gram. p. 10. Leers Herb. p. 13. t. 2. f. 2.)*

Ann. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in agris, oleretis, inter segetes et ad vias ubique.

Culmi palmares, sesquipedales, inferne plerumque decumbentes, tenues, debiles, teretiusculi, basi saepissime ramosi. *Folia* praecedentis, plerumque autem latiora et longiora. *Vaginae* compressae. *Ligulae pili* breviores et magis aggregati. *Panicula* spiciformis, densa, aequali crassitie, inferne saepe interrupta, laete viridis, setosa, crassior et apice obtusior, quam in praecedente.

3) *P. glaucum* panicula spiciformi cylindracea, involuclis sursum hispidis, seminibus dorso transverse undulato-rugosis. *Grauer Fench.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Schrad. Germ. p. 241. Hoffm. Germ. l. c. Host. Gram. II. p. 13. t. 16. Schreb. Gram. II. p. 21. t. 25. Leers Herb. p. 12. t. 2. f. 2. Koel. Gram. p. 13.)*

Ann. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in cultis et ad vias ubique.

Culmus semipedalis, pedalis aut sesquipedalis, erectus, teres, striatus, glaber, infra paniculam deorsum

orsum scaber et sulcatus, inferne saepe ramosus. *Folia* glaucescentia, plana, striata, versus vaginam pilis longis candidis barbata. *Vaginae* compressae, striatae. *Ligulae loco* series pilorum brevissimorum. *Panicula* spiciformis, densa, teres, contigua, crassitie aequali, apice obtusa, primo plerumque viridis, demum ex rutilo - lutescens. *Semen maturum* superne striis transversis undulatis rugosum.

4) *P. crus galli* panicula secunda erecta, spiculis approximatis aristatis, foliis lineari - lanceolatis nudis. *Hahnensporn - Fench, Hühnerfench.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 337. *Ejusd.* Enum. p. 1032. *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. p. 243. t. 3. f. 8. *Hoffm.* Germ. l. c. *Host.* Gram. II. p. 15. t. 19. *Leers* Herb. p. 13. t. 2. f. 3. *Koel.* Gram. p. 17.)

Milium crus galli Moench. Meth. p. 202.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in agris, in oleraceis, ad vias, etiam in uliginosis fere ubique.

Culmi pedales, sesquipedales, erectiusculi s. obliqui, plerumque ramosi, striati, glabri, inferne compressi, superne teretiusculi. *Folia* plana, lata, striata, laete viridia, basi saepe undulata. *Vaginae* glabrae, compressae, laxae. *Ligula* nulla. *Panicula* erecta, secunda, florens patens, ante et post anthesin contracta. *Spiculae* brevissime pedicellatae, unilateraliter affixae, solitariae aut geminae, 2 - florae, acutae, submuticae, virides aut purpurascens. *Pedunculi* et *pedicelli* basi pilis brevibus albis involucrati.

5) *P. miliaceum* panicula laxa flaccida, spiculis muticis, foliis lanceolatis pilosis. *Hirsen - Fench, Hirse.*

(*L.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 348. Ejusd. Enum. p. 1033. Schrad. Germ. p. 245. Host. Gram. II. p. 16. 1. 20. Koel. Gram. p. 21.*)

P. milium Pers. syn. pl. I. p. 83.

Milium esculentum Moench. Meth. p. 203.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in India orientali. (Colitur in agris et seminibus dissipatis in cultis, inque marginibus agrorum hinc inde quasi sponte provenit.)

Culmi 1 - 2 - pedales, erecti, ad paniculam usque vaginis vestiti, simplices aut ramosi, nodis 4 - 6 pilosis instructi. *Folia* lata, lanceolata, nervosa, plana, basi carinata, glabra, aut pilis hinc inde inspersa. *Vaginae* striato - sulcatae, subcompressae, laxae, scabrae, pilosae: *pilis* sursum erectis. *Ligulae* loco series pilorum. *Panicula* maxima, ramosissima, laxa, flaccida, superne nutans.

Variat seminibus nigris, luteis et albis.

40. HOLCUS, *Rosßgras*, *Honiggras*.

1) *H. avenaceus* panicula aequali patente, spiculis glabris, flosculo masculo infero aristato: arista geniculata longissima, supero hermaphrodito: arista recta brevi. *Haferartiges Rosßgras*, *französisches Rajgras*.

(*Schrad. Germ. I. p. 247. Roth Germ. I. p. 429. II. p. 544. Scopol. Carn. II. p. 276. Smith. Britan. Vol. I. p. 90. Spreng. Hal. p. 34. Moench. Method. p. 184. Willd Enum. p. 1034.*)

Avena elatior L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 443. Pers. syn. pl. I. p. 100. Hoffm. Germ. I. p. 57. Host. Gram.

Gram. II. p. 36. t. 49. Schreb. Gram. I. p. 25. t. 1.
Leers Herb. p. 40. t. 10. f. 4. Koel. Gram. p. 305.

Perenn. Flor. Majo. - Julio.

Hab. in pratis et pomariis ubique.

Culmi plures inaequalis longitudinis, 2 - 3 et 4 pedales, erecti, teretes, striati, glabri, simplicissimi; geniculis infimis magis incrassatis. Folia latiuscula, linearia, acuminata, plana, scabra, laete viridia, superiora sensim breviora. Vaginae teretes, striatae, glabrae: inferiores saepe subvillosae. Ligula brevis, obtusa, ciliata. Panicula palmaris et pedalis, erecta, laxe coarctata, splendens, ex viridi flavescens s. albicans, in spicam contracta ante et post anthesin.

2) *H. mollis* panicula aequali coarctata, spiculis glabris, flosculo infero hermaphrodito mutico, superno masculino aristato, arista geniculata calycem excedente. Weiches Roßgras.

(L. sp. pl. ed. Willd. IV. p. 933. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. I. p. 78. Schrad. Germ. I. p. 249. Host. Gram. I. p. 3. t. 3. Schreb. Gram. I. p. 149. t. 20. f. 2. Leers Herb. p. 220. t. 7. f. 7.)

Avena mollis Koel. Gram. p. 300. Hoffm. Germ. p. 57.

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in pratis siccis, ad vias, ad margines agrorum, inter segetes, inque sylvaticis. (In agris, et ad vias versus Veitshöchheim, Rimpar, Eivelstadt, et alibi non infrequens.)

Gramen totum ex viridi glaucum. Culmi 1 - 2 pedales, erecti, glabri: geniculis 3 - 4 villosis. Folia subvillosa, plana. Vaginae glabrae. Ligula brevis, cilia-

ciliata. *Panicula* erecta, aequalis, florens patens, contracta ante et post anthesin. *Spiculae* albido - virides, demum rufescentes.

3) *H. lanatus* panicula aequali subdiffusa, spiculis villosis, flosculo infimo hermophrodito mutico, supero masculo aristato, arista recurva calyce inclusa. *Wolliges Roßgras*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Schrad. Germ. p. 251. Host. Gram. I. p. 2. t. 2. Schreb. Gram. p. 145. t. 20. f. 1. Leers Herb. p. 221. t. 7. f. 6.*

Avena lanata Koel. Gram. p. 303. Hoffm. Germ. p. 58.

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in pratis, pascuis, pomariis et in sylvaticis ubique.

Gramen totum mollissime villosum. *Culmi* plures, pedales, sesquipedales, erecti, aggregati. *Vaginae* laxae, *suprema* ventricosa. *Panicula* erecta, subdiffusa, ex albido et pallide roseo variegata, demum canescens, contracta ante et post anthesin.

41. AIRA, Schmiele, Schmellengras.

Corollis muticis.

1) *A. cristata* panicula spicaeformi, glumis acuminatis, flosculis calycem excedentibus, foliis ciliatis. *Kammförmige Schm.*

(*Schrad. Germ. I. p. 255. Smith. Britan. Vol. I. p. 83. Scopol. Carn. I. p. 65. Sprengel. Hal. p. 31. Willd. Enum. p. 100.*)

Poa cristata *L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 402. Hoffm. Germ. I. p. 46. Host. Gram. II. p. 54. t. 75. Koel. Gram-*

Gram. p. 199. *Moench.* Meth. p. 189. *Roth* Germ. I. p. 43, II. p. 119. *Leers.* Herb. p. 30. t. 5. f. 6.

Koeleria cristata Pers. syn. pl. I. p. 97.

Dactylis cristata Marsch. a Bieberst. Fl. taur. caucas. p. 67.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in pratis, ad colles et agrorum margines ubique.

Culmi digitales, palmares et pedales, erecti, laeves, infra paniculam pubescentes. *Folia* brevia, plana, pubescentia, rigidula: *marginibus* scabris et ciliatis. *Vaginae* teretes, subvillosae: *superiores* scabrae. *Ligula* brevissima, subciliata. *Panicula* erecta, angusta, teres, pyramidalis, in spicam contracta, florens patentior. *Spiculae* nitendes, ex viridi - albae, *Glumae* scariosae.

2) *A. aquatica* panicula patente, glumis obtusis, flosculis calyce brevioribus. *Wasser - Schmiele.*

(*L. sp. pl. ed. Willd.* I. p. 376. *Pers.* syn. pl. I. p. 77. *Schrad.* Germ. I. p. 256. *Hoffm.* Germ. I. p. 38. *Host.* Gram. II. p. 30. t. 41)

Poa airoides Koel. Gram. p. 194.

Molinia aquatica Wibel Werth. p. 116.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in pratis udis, in uliginosis, ad fossas, ad ripas et rivulos ubique fere.

Culmi palmares et sesquipedales, teretiusculi, glaberrimi, laeves, molles, basi repentis, radicanter, plerumque ramosi, oblique adscendentes. *Folia* brevia, plana, glabra. *Vaginae* subcompressae, laxae, striatae, glabrae. *Ligula* oblonga, acuta. *Panicula*
erecta,

erecta, laxa, ramosa, patens, contracta ante et post anthesin. *Spiculae* ovatae, obtusae, pellucidae, ex viridi et albo spadiceae.

Corollis aristatis.

3) *A. caespitosa* panicula diffusa, calyce flosculos aequante, arista longitudine glumarum. *Rasen-Schmiele.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 378. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Schrad. Germ. p. 257. Hoffm. Germ. l. c. Host. Gram. II. p. 31. t. 42. Leers Herb. p. 23. t. 4. f. 8. Koel. Gram. p. 125.*)

A. altissima Moench. Meth. p. 182.

Perenn Flor. Jun. Julio.

Hab. in pratis, in nemorosis humidiusculis, ad fossas, lacus et ripas ubique.

Culmi 2 - 3 - pedales, erecti, stricti, striati, glabri, teretes, *nodis* 2 - 3 purpureis notati, inferne semiteretes. *Folia* linearia, acuminata, plana, siccata convoluta, supra sulcato - striata et scabra, subtus laevia: *radicalia* culmeis longiora et angustiora. *Vaginae* teretes, glabrae laeves. *Ligulae* ovatae, acutiusculae, integrae. *Panicula* semipedalis, erecta vel apice tantum nutans, ramosissima, ampla, florens patens, contracta ante et post anthesin. *Spiculae* parvae, lanceolatae, compressae, obtusae, splendentes, ex viridi - purpureo et argenteo variae.

4) *A. flexuosa* panicula erecto - patente, flosculis calyceem aequantibus, arista geniculata calyce longiore, foliis setaceis. *Gewundene Schmiele.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Ejusd. Enum. p. 101. Pers. syn. pl. l. c. Schrad. Germ. p. 259. Hoffm. Germ.*

p. 39. *Host* Gram. II. p. 32. t. 43. *Schreb.* Gram. II. p. 57. t. 30. *Leers* Herb. p. 24. t. 5. f. 1. *Koel.* Gram. p. 129.)

Perenn. *Flor. Majo* — *Julio.*

Hab. in montosis, in sylvaticis, in sabulosis et ericetis ubique.

Culmi semipedales, pedales, erecti, tenues, debiles, teretes, striati, inferne plerumque incurvi, *nodis* 2 - 3 donati. *Folia* setacea, rigidula, scabra. *Vaginae* teretes, scabriusculae. *Ligulae* oblongae, crenulatae. *Panicula* digitalis, erecta, pauciflora, divaricata, ante et post anthesin contracta. *Pedicelli* flexuosi. *Spiculae* splendentes, argenteae, ex parte purpurascens.

Aira montana plurimorum autorum specie ab hac non differt, sed est planta junior *Roth.* Germ. I. p. 36. II. p. 98. *Koel.* Gram. p. 131. *Leers* Herb. p. 24. t. 5. f. 2.

5) *A. caryophyllea* panicula divaricato - patente, flosculis calyce minoribus, aristis calyce longioribus geniculatis, foliis setaceis. *Nelkenartige Schmiele.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 380. *EjUSD.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. p. 261. *Hoffm.* Germ. l. c. *Host* Gram. II. p. 33. t. 44. *Koel.* Gram. p. 127.)
Ann. Flor. Aprili - *Junio.*

Hab. in montosis, in collibus apricis, in agris sabulosis, inque vineis. (In monte *Nicolai*, in montibus prope *Zell* et *Dürrbach* passim. In agris infra *Himmelsporten*, *Zell*, *Thüngersheim*, *Erlenbrunn* etc. In agris prope *Kürnach*, *Estenfeld*, *Geldersheim*, *Rimpar*, *Mühlhausen*, auf dem Galgen-
und

und *Krainberge*. In vineis auf dem *Stein*, in der *Harfe*, im *mittleren Sand* et auf dem *Schalksberge*. In collibus prope *Thüngen*, *Stetten*, *Büchold*, *Arnstein*, alibique.)

Culmi 2 - unciales, digitales, palmares, erecti, teretiusculi, filiformes, striati, scabriusculi, *nodis* 2 purpureis instructi. *Folia* complicato - setacea, glauco - viridia vel rubella, *inferiora* caespitosa et culmeis breviora. *Vaginae* teretes, sulcatae, scabriusculae: *summa* subventricosa longior paniculam ante anthesin basi vestiens. *Ligulae* lanceolatae, demum laciniatae. *Panicula* uncialis, erecta, ramosissima, multiflora, splendens, e purpureo et viridi argentea, primo contracta, sub anthesi et post anthesin longe e vagina emersa, maximeque divaricata.

6) *A. praecox* panicula subspicata, flosculis calycem subaequantibus, arista recta geniculata calyce longiore, foliis setaceis. *Frühe Schmiele*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 380. *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. p. 262. *Hoffm.* Germ. l. c. *Koel.* Gram. p. 132.)

Ann. Flor. Maj. Junio.

Hab. in locis sterilibus, sabulosis, in ericetis. (In Insula versus dem *Siechhaufe*. In arenosis et agris circa *Himmelsporten*, *Zell*, *Eivelstadt*, *Kleinochsenfurth*, *Theilheim*, *Kürnach*, *Estenfeld*, *Gerbbrunn*, *Rottendorf* etc. In viis arenosis prope *Dettelbach* et der *Wallfarthskirche*. In sabulosis versus *Timbach*, *Sommerach*, *Escherndorf* et alibi.)

Gramen minimum *culmis* vix digitalibus erectis filiformis debilibus caespitosis glaberrimis, *inferne* teretibus laeviusculis, *superne* subteretibus striatis. *Folia* convoluta, setacea, emarcida, glabra, ex glauco

viridi.

viridia saepe rubella. *Vaginae* glabrae, sulcato-angulatae, *superior* subventricosa. *Ligula* ovata, fissa. *Panicula* parvula, coarctata, spiciformis, ex viridi albida, demum canescens.

7) *A. canescens* panicula subspicata, flosculis calyce minoribus, arista clavata calyce minori, foliis setaceis, vagina suprema ampla paniculam inferius fovente. *Graue Schmiele*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 379. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Schrad. Germ. p. 263. Hoffm. Germ. l. c. Schkuhr. bot. Handb. I. p. 39. t. 12. Koel. Gram. p. 134.*)

Weingaertneria canescens Bernh. Erf. p. 51.

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in arvis arenosis, in ericetis, montosis et collibus apricis. (In arvis, ad margines agrorum et ad vias prope dem *rothen Kreutz, Oberdierrbach, Rimpar, Mühlhausen, Oberpleichfeld, Volkach* et *Fahr*. In monte *Schwamberg*, et auf dem *Hohwann* prope *Haßfurth*. In collibus prope *Stadt-Lauringen, Friezenhausen* et alibi non infrequens.)

Culmi caespitosi, palmares et altiores, erecti, filiformes, rigidi, laeves, 3-nodes, canescentes. *Folia* caespitosa, setacea, glabra, mucronata, firma, rigida, glauca, interdum rubella. *Vaginae* glaucae, teretes, glabrae: *suprema* inflato-ventricosa. *Ligula* ovata, acutiuscula, incisa. *Panicula* uncialis et major, subspicata, lanceolata, ex glauco et albido rubella, ante anthesin in vagina suprema occulta, sub anthesi paululum emersa.

42. MELICA, *Perlgras*.

1) *M. ciliata* panicula erecta spicata aequali, flosculi inferioris petalo exteriori ciliato. *Gefranztes Perlgr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 381. Ejusd. Enum. p. 101. Pers. syn. pl. I. p. 77. Schrad. Germ. I. p. 266. Hoffm. Germ. I. p. 40. Host. Gram. II. p. 10. t. 12. Koel. Gram. p. 137.*)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in montosis, in saxosis, ad muros. (Ad muros oppidanos ubique, ad muros beim *Krahen* juxta *moenum*. Ad muros vinearum der *Steinberge*, et ad viam versus *Veitshoechheim* alibique copiose.)

Culmi caespitosi, erecti, stricti, teretes, striati, glabri, infra paniculam scabriusculi, 2 - 4 *nodis* purpureis instructi, palmares, pedales et altiores. *Folia* pallide viridia, striata, pubescentia, rigidula, plana, siccata involuta. *Vaginae* subteretes: *inferiores* subvillosae scabriusculae, *superiores* glabrae. *Ligulae* oblongae, obtusae s. acutiusculae, demum bifidae. *Panicula* 2 - 3 - uncialis, erecta, cylindracea, in spicam semper contracta, splendens, sericeo-albida.

2) *M. nutans* panicula erecta subsimplici secunda, spiculis nutantibus, petalis imberbibus. *Ueberhängendes Perlgr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 382. Ejusd. Enum. p. 102. Pers. syn. pl. l. c. Schrad. Germ. p. 267. Hoffm. Germ. l. c. Host. Gram. II. p. 9. t. 10. Schreb. Gram. II. p. 62. t. 6. f. 2. Leers. Herb. p. 25. t. 3. f. 4. Koel. Gram. p. 141.*)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab.

Hab. in umbrosis, nemorosis et ad sylvarum margines. (In sylvis prope *Kist, Hochberg, Zell, Veitshöchheim, Gramschatz* et alibique frequens.)

Culmi pedales, sesquipedales, erecti, graciles, striati, ex compresso tetragoni, laete virides. *Folia* plana, glabra, margine et carina scabriuscula, laete viridia: *superiora* inferioribus longiora. *Vaginae* subtetragonae, profunde striatae, scabrae. *Ligulae* loco margo cartilagineus fuscus. *Panicula* 3 - 4 - uncialis, racemiformis, pauciflora, laxa, secunda, primo erecta, demum cernua. *Spiculae* mutantes, ovatae, obtusae, ventricosae, glabrae, e fusco purpurascens, margine et apice albidae.

3) *M. uniflora* panicula suberecta ramosa secunda, spiculis erectis ovatis 2 - floris: flosculo altero hermaphrodito, altero neutro, petalis imberbibus. *Einblühiges Perlgr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 383. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. p. 78. Schrad. Germ. p. 269. Hoffm. Germ. l. c. Host. Gram. II. p. 9. t. 11. Köl. Gram. p. 139.*)

M. nutans *Pollich* Palatin. nro. 84.

M. Lobelii *Villars* Delph. 2. p. 90. t. 3. f. 3.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in nemorosis, montosis. (In iisdem fere cum praecedente locis et alibi.)

A priori, cui simillima, habitu semper tenuiori, *panicula* ramosa racemosa et *spiculis* erectis minoribus differt. *Ligula* praeterea in hac acuminata purpurea ex anteriori parte oris vaginae prodiens, in illa margo cartilagineus fuscus.

4) *M. coerulea* panicula coarctata aequali, spiculis erectis oblongo-cylindraceutis, petalis imberbibus. *Blaues Perlgras*.

(*L. sp. pl. ed. Willd* 1 c. *Ejusd. Enum.* 1. c. *Schrad. Germ.* p. 269. *Hoffm. Germ.* 1. c. *Host. Gram.* II. p. 7. t. 8. *Schkuhr. bot. Handb.* I. p. 40. t. 13.)

Aira coerulea Pers. syn. pl. I. p. 77. *Leers. Herb.* p. 22. t. 4. f. 7.

Molinia coerulea Koel. Gram. p. 145. *Schrank. Bav. n.* 201. *Moench. Meth.* p. 183.

M. variabilis Wib. Werth. p. 115.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in montosis sylvaticis, in paludosis, in pratis humidis, ad ripas et aquas stagnantes. (In fossa oppidana prope dem *Wasserthurm*, der *Karthaus*, et dem *Sanderthore*. Ad scaturiginem prope dem *Wasserfall* et ad ripas des *Studentenbaches* raro. In pratis et ad ripas Moeni supra *Heidingsfeld*, versus *Eivelstadt* et *Frickenhausen*. In umbrosis humidiusculis sylvarum *Waldskugel*, *Gramschatz*, *Veitshöchheim*, *Waldbrunn*, *Guttenberg*, praecipue in sylvâ *Stettensi* ad *Werram*. In nemorosis prope *Abbat. Heidenfeld*, prope dem *Wehr*, in sylvâ *Anspach* et in den *Lacken* ibidem. In pratis apud *Grettstadt*, *Spießheim*, *Ebern*, alibique rarius.)

Culmi plures, sesquipedales, erecti, striati, glabri, duri, plerumque uninodes, infra nodum angustati, supra eum incrassati. *Folia* longa, firma, plana, apicem versus involuta, *culmea* radicalibus latiora. *Vaginae* subteretes, striatae, glabrae. *Ligula* villosa. *Panicula* erecta, elongata, coarctata, e viridi coerulea aut e violaceo coerulea.

43. SESLERIA, *Seslerie*.

1) *S. coerulea* spica ovato - oblonga bracteata, bracteis subintegris coloratis. *Blaue Seslerie*.

(*Pers. syn. pl. I. p. 72. Schrad. Germ. I. p. 273. Scopol. Carn. I. p. 63. Host. Gram. II. p. 69. t. 98. Smith. Britan. I. p. 94. Sprengel. Hal. p. 38. Willd. Enum. p. 112.*)

Cynosurus coeruleus L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 414. Hoffm. Germ. I. p. 48. Roth. Germ. I. p. 53. II. p. 156. Koel. Gram. p. 374. Wibel Werth. p. 110. Sturm. D. Fl. I. 6.

Perenn. Flor. Aprili - Junio.

Hab. in montosis, in collibus apricis et in uliginosis. (In monte praecipiti versus septentrionem inter *Erlenbach* et *Marktheidenfeld* copiose teste *am. Wolff.* In montibus *Kalmut, Kalbenstein, et Hohwann.* In collibus hinter den *Steinweirbergen* versus *Veitshöchheim.* In monte versus *Retzbach* prope der neuen Anlage. In humidis prope *Abb. Heidenfeld* versus *Garsbach.* Ad ripas prope *Hassfurth* et *Fahr.* In humidiusculis im *Oelgrund* prope *Karsbach, Sachsenheim, auf dem Sodenberge, et alibi rarius.*)

Culmi caespitosi, palmares, pedales, adscendentes et erecti, subnudi, enodes, compressiusculi. Folia radicalia, caespitosa, planiuscula, carinata, obtusa, glabra, firma. Vaginae brevissimae, glabrae, e culmi basi orientes. Ligulae breves, obtusae, ciliatae. Spica terminalis, erecta, uncialis, compacta, oblongo-ovata, ex tereti compressa, obtusa, imbricata, nitida, coerulescens aut violacea, bracteis 3 sessilibus membranaceis integris mucronatis eleganter coeruleo-violaceis marginibus albidis involucrata.

44. POA, *Rispengras.*

1) *P. aquatica* panicula aequali diffusa ramossissima, spiculis oblongis subcompressis. *Wasser-Rispengras.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 385. *Ejusd.* Enum. p. 103. *Pers.* syn. pl. I. p. 88. *Schrad.* Germ. I. p. 278. *Hoffm.* Germ. I. p. 41. *Host.* Gram. II. p. 44. t. 60. *Leers* Herb. p. 26. t. 5. f. 5. *Koel.* Gram. p. 173.)

P. altissima *Moench.* Meth. p. 185.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. ad ripas, in pratis humidis, et locis paludosis ubique frequens.

Culmi 3 - 4 - pedales, erecti, firmi, laeves, glaberrimi, maxima ex parte foliati. *Folia* latissima, plana, laevia, margine scabra, laete viridia. *Vaginae* longae, compressiusculae, laeves, glabrae. *Ligulae* breves, ovatae, obtusae. *Panicula* speciosissima, palmaris et pedalis, patens, diffusa, ex viridi purpurascens aut albicans.

2) *P. fluitans* panicula subsecunda erecta divaricata, pedunculis sub anthesi horizontalibus, spiculis cylindricis 7 - 11 - floris, flosculis obtusis liberis 7 - nerviis *Schwimmendes Rispengras, Mannagrass, Schwaden, Himmelsthau.*

(*Schrad* Germ I. p. 282. *Smith.* Brit. V. I. p. 95. *Koel.* Gram. p. 204. *Scopol.* Carn. I. p. 73. *Spreng.* Hal. p. 35. *Wibel.* Werth. p. 111. *Willd.* Enum I. c.)

Festuca fluitans *L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 426. *Pers.* syn. pl. I. p. 94. *Hoffm.* Germ. I. p. 52. *Roth.* Germ. I. p. 47. II. p. 132. *Moench.* Meth. p. 190. *Host.*

Host. Gram. II. p. 55. t. 77. *Schreb.* Gram. I. p. 37. t. 3. *Leers* Herb. p. 35. t. 8 f. 5.

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. ad rivulos, ad ripas, et in fossis ubique copiose.

Culmi 2 - 4 pedales, ramosi, suberecti, obliqui, inferne curvati, radicanter, ad paniculam fere tecti, in aquis natantes, ex tereti compressiusculi, laeves. *Folia* pallide viridia, lata, plana, retrorsum scabra: *radicalia* culmeis longiora. *Vaginae* compressae, laeves, glabrae. *Ligulae* oblongae, subacutae, exsertae. *Panicula* pedalis, sesquipedalis, erectiuscula, subsecunda, ramosa, laxa. *Spiculae* lineares, teretes, obtusae, adpressae, pallide virides.

3) *P. distans* panicula erecta divaricata: ramulis semiverticillatis demum reflexis, spiculis linearibus 5 - floris, flosculis obtusis obsolete 5 - nerviis. *Entferntblüthiges Rispengr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 401. *Ljusd.* Enum. p. 108. *Pers.* syn. pl. I. p. 88. *Schrad.* Germ. I. p. 282. *Host.* Gram. II. p. 46. t. 63. *Smith.* Britan. V. I. p. 96. *Marsch. a Biberst.* taur. caucas. p. 63. *Koel.* Gram. p. 177. *Spreng.* Hal. p. 35.)

P. retroflexa Curt. Lond. n. 61.

P. Salina Hoffm. Germ. I. p. 44. *Roth.* Germ. F. p. 43. II. p. 119. *Pollich.* Palatin. n. 92. *Leysser.* Hal. ed. 2. n. 93. *Moench.* Meth. p. 185.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. ad vias, lacus, ripas, in pratis humidis et locis salsis. (In fossula aquatica ad ambulacrum vor dem neuen Thore nächst der *Weinsteinfabrik.* Ad ripas Moeni prope *Gosmannsdorf, Zellingen,*

gen, et *Margetshöchheim* passim. Ad ripas *Salae* prope *Schunderfeld*, *Gemünden*, *Kissingen*, *Klosterhausen*, *Bocklet* alibique. Auf dem Schiefsplatze apud *Neustadt ad Saalam*.

Culmus palmaris, pedalis et altior, teres, striatus, glaber, glauco-viridis, nodis plerumque 4 purpureis instructus, adscendens, inferne procumbens, plerumque radicans et ramosus. *Folia* erecto-patentia, linearia, acuminata, supra striata atque scabra, subtus glabra. *Vaginae* teretes, striatae, glabrae. *Ligula* brevis, obtusa. *Panicula* digitalis et ultra, erecta, aequalis, ramosa, primum contracta, florens divaricata. *Spiculae* subteretes, lineares, obtusiusculae, virides aut e viridi-albido et spadiceo variegatae.

4) *P. dura* panicula secunda coarctata rigida, spiculis alternis sessilibus obtusis 3-5-floris, flosculis liberis 7-nervibus. *Hartes Rispengras*.

(*Schröd.* Germ. p. 284. *Koel.* Gram. p. 189. *Host.* Gram. II. p. 53. t. 73. *Marsch. a Bieberst.* taur. caucas. p. 64. *Scopol.* Carn. I. p. 70. *Spreng.* Hal. p. 38. *Roth.* Germ. I. p. 43. II. p. 121.)

Cynosurus durus L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 413. *Schrank.* Bav. n. 219. *Hoffm.* Germ. p. 48.

Ann. Flor. Maj. Junio.

Hab. in arenosis, saxosis sterilibus, ad vias. (In vallis oppidanis passim. In via versus *Himmelsporten* prope dem Soldatengalgen, et ad ripas *Moeni* non procul inde. In pascuis sterilibus et ad vias prope *Veitshöchheim*, *Zell* et *Leinach*. In graminosis siccis circa arcem *Marienburg*, et auf dem *Schloßberge* versus *Höchberg*. In montosis prope *Volckach*,

kach, *Hallburg*, et der *Vogelsburg*. In collibus prope dem *Schönhartshofe* apud *Stetten*, prope *Thüngen*, *Heßlar* et alibi.)

Culmi plures caespitosi, digitales, procumbentes aut suberecti, rigidiusculi, compressi, glabri, laete virides, toti foliorum vaginis tecti, *basi* nonnunquam ramosi. *Folia* brevia, obtusa, glabra, laete viridia. *Vaginae* laxae, compressae, striatae, glabrae. *Ligulae* brevissimae, obtusiusculae. *Panicula* densa, spiciformis, obtusa, unilateralis, valde rigida, ex viridi alba.

5) *P. megastachya* panicula aequali patente: ramis inferioribus ad basin et ramificationes pilosis, spiculis lanceolatis compressis 16 - 20 - floris, flosculis obtusis. *Großähriges Rispengr.*, *Amurettgras*.

(*Pers.* syn. pl. I. p. 90. *Schrad.* Germ. I. p. 288. *Koel.* Gram p. 181.)

Briza Eragrostis L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 405. *Hoffm.* Germ. p. 47. *Roth.* Germ. I. p. 40. II. p. 110. *Scopol.* Carn. I. p. 75. *Sprengel.* Hal. p. 39. *Schreb.* Gram. II. p. 83. t. 39.

B. oblonga Moench. *Method.* p. 185.

Ann. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in agris arenosis, ad muros, ad vias. (In agris prope *Arnstein* non procul a monte sic dicto *wirceburgensi*. In via versus *Thüngen* prope dem *blauen Thurm*, et ad muros vinearum der *Steinberge* prope *Karlstadt* rarissime. In agris prope *Schlüßelfeld* detexit *cl. antecess. Heilm.* Etiam in sterilibus arenosis prope *Heidingsfeld* vidit. *am. Wolff.*)

Culmi plurimi, caespitosi, prostrati, apicibus oblique erecti, teretes, glabri, 3 - 4 - nodes, basi in-

terdum ramosi, inaequalis longitudinis, 4 - 5 pollices aut sesquipedem longi. *Folia* plana, striata, supra et marginibus scabra, subtus glabra. *Vaginae* striatae, glabrae, marginibus ciliatae. *Ligulae* loco margo fuscus ciliatus. *Panicula* magna, aequalis, patens, erecta, ovata, rigida. *Pedunculi* ad basin et ad ramificationes pilis brevibus albidis instructi. *Spiculae* ex ovato lanceolatae, obtusae, compressae, glabrae, cinereo - vel glauco - virescentes, aetate fuscae aut nigricantes,

6) *P. bulbosa* panicula subsecunda patente, spiculis ovatis 4 - floris, flosculis basi villo connexis, culmis basi bulbosis. *Knolliges Rispengr.*

(*L. sp. pl. ed Willd. p. 399. Ejusd. Enum. p. 108. Pers. syn. pl. p. 89. Schrad. Germ. p. 294. Hoffm. Germ. p. 46. Host. Gram. II. p. 47. t. 65. Koel. Gram. p. 187.*)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in sterilibus arenosis, saxosis, ad muros et vineas. (Ad semitam supra *Heidingsfeld* versus *Giebelstadt*. In sterilibus saxosis inter *Randersacker* et *Theilheim*. In asperis montis *Nicolai*, et in monte *dürrbaccensi*. Ad munimenta arcis *Marienburg* passim copiose. In apricis circa *Thüngen*, *Kartstadt*, *Stetten*, *Oberdürrbach*, dem *rothen Kreutze*, auf dem *Krain* - und *Galgenberge*, ad vineas der *Harfe*, des *Grombühls*, *Schalksberges*, prope *Gerbrunn*, *Rottendorf* et alibi.)

Culmi plurimi caespitosi, palmares, pedales, erecti aut geniculis infimis procumbentes, teretes, striati, glabri, basi incrassati bulbosi, nodis 2 - 3 purpureis notati. *Folia* brevia, angusta, bulbulis compactis infidentia, scabriuscula, laete viridia, saepe rubella,
pla-

plana, siccata convoluta. *Vaginae* teretes, striatae, glabrae, plerumque purpurascens. *Ligulae* breves obtusiusculae. *Panicula* erecta, subsecunda, patens, aequalis, pauciflora, crispata aut undulata. *Spiculae* ovato-lanceolatae, compressae, virides aut rubellae.

Variat *flosculis* omnibus sterilibus bulbiferis foliaceis. *P. b. vivipara*.

7) *P. sudetica* panicula aequali diffusa, spiculis ovato-lanceolatis sub-3-floris, flosculis liberis, ligula brevissima, vaginis ancipitibus. *Schlesisches Rispengras*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 389. Ejusd. Enum. p. 106. Pers. syn. pl. p. 90. Schrad. Germ. p. 295. Hoffm. Germ. p. 43. Host. Gram. III. p. 9. t. 13. Sprengel. Hal. p. 37.*)

P. rubens *L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Moench, Meth. p. 187. Koel. Gram. p. 160.*

Poa quadripedalis Ehrh.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in sylvaticis montosis, in umbrosis. (In pratis humidis sylvaticis versus *Gramschatz* et prope *Erbshausen*. In locis subhumidis umbrosis in der *Waldskugel* simul cum *Eupatorio cannabino* et *Atropa Belladonna* passim frequens. In umbrosis sylvarum *Guttenberg* et *Veitshöchheim*. Im sogenannten *Huck* prope *Wipfeld*. In sylva vulgo *die Breit* prope *Wülfershausen*. In nemorosis humidiusculis montis *Reißenberg* prope *Karsbach*. In umbrosis des *Dreistocks* prope *Kitzingen*. Im unteren *Gesprait* prope *Proselshausen*, inque sylva *mühlhufano* passim frequens. In sylva *Stettensi* prope *Karlstadt* quoque invenit. *cf. Dr. Geist.*)

Culmi 3 - 4 - 5 - pedales, erecti, firmi, subcompressi, striati, glabri, sub panicula scabri. *Folia* lata, lanceolata, mucronata, supra scabriuscula, subtus glabra: *inferiora* longiora et latiora. *Vaginae* compressae, ancipites, striatae, glabriusculae. *Ligula* brevissima, truncata, crenulata. *Panicula* magna, ramosissima, divaricata, sub anthesi erecta, anthesi peracta contracta atque cernua. *Spiculae* ovato-lanceolatae, acutae, compressae, plerumque 3 - florae interdum 2 - 4 - florae, virides aut ex viridi purpurascens.

8) *P. trivialis* panicula aequali diffusa, spiculis oblongo - ovatis 2 - 3 - floris, flosculis basi pubescentibus, culmo inferne subancipiti vaginisque scabriusculis, ligula longa. *Gemeines Rispengr. Knotengras.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 387. Ejusd. Enum. p. 104. Pers. syn. pl. p. 89. Schrad. Germ. p. 296. Host. Gram. II. p. 45. t. 62. Smith. Britan. V. I. p. 103. Scopol. Carn. I. p. 69. Spreng. Hal. p. 36.*)

P. pratensis Roth. Germ. I. p. 42. II. p. 113. *Pollich. Palat. n. 90.*

P. palustris Moench. Method. p. 188.

P. dubia Leers Herb. p. 28. t. 6. f. 5.

P. scabra Hoffm. Germ. p. 41. *Koel. Gram. p. 161. Ehrh.*

Perenn. Flor. Majo. - Octobri.

Hab. in pratis, pascuis, pomariis et ad vias ubique.

Culmi caespitosi, 1 - 2 - 3 - pedales, erecti, ad genicula inferiora terrae adpressi atque radicantes, striati, inferne subancipites, superne teretiusculi,
sca-

scabriusculi, pallide virides, in siccioribus purpurascens. *Folia* latiuscula, linearia, acuta, carinata aut magis plana, siccata torta, subtus laevia, superne et marginibus scabra: *radicalia* in caespitem densum disposita culmeisque longiora. *Vaginae* striatae, glabrae, subcompressae. *Ligulae* praelongae, obtusiusculae. *Panicula* digitalis, palmaris, ramosissima, aequalis, diffusa. *Spiculae* parvae, oblongo-ovatae, plerumque 2 - 3 - rarius 4 - florum, acutae, compressae, ex violaceo - viridi et albido variegatae, demum fuscescentes et albae.

9) *P. pratensis* panicula aequali diffusa, spiculis ovatis compressis scabris 2 - 3 - 5 - floris, flosculis basi pubescentibus, culmo tereti vaginisque glabris, ligula brevi. *Wiesen - Rispengr. Viehgras.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 388. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Schrad. Germ. p. 298. Hoffm. Germ. p. 42. Host. Gram. II. p. 44. t. 61. Smith. Britan. V. I. p. 104. Spreng. Hal. p. 36.*)

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in pratis praecipue succulentioribus frequens, in pomariis, collibus graminosis, ad ripas et fossas ubique.

Culmi caespitiosi, 1 - 2 - 3 - pedales, erecti toti aut basi incurvi, stricti, teretes, laeves, glabri aut sub panicula scabri. *Folia* laete viridia, plana, retrorsum scabra: *culmea* erecta breviora, *fasciculorum* longiora angustiora saepe complicata. *Vaginae* striatae, scabriusculae. *Ligulae* breves, obtusae, saepe fissae. *Panicula* digitalis, palmaris, laxa, florens diffusa, contracta ante et post anthesin. *Spiculae* ovatae, acutae, compressae, ex pallide - viridi et albo variegatae.

Huc quoque tanquam *varietates* pertinent: *P. angustifolia* L. sp. pl. ed. Willd. p. 387. Roth. Germ. I. p. 41. II. p. 112. Pers. syn pl. p. 89. Leers. Herb. p. 27. t. 6. f. 3. Hoffm. Germ. p. 43. *P. setacea* et *P. strigosa* Hoffm. Germ. p. 44.

10) *P. serotina* panicula aequali erecta diffusa, spiculis oblongis 3 - 7 - floris glabris, flosculis basi pubescentibus, valvulis corollinis acutissimis, culmo tereti vaginisque scabriusculis. *Spätes Rispengr.*

(Schröd. Germ. p. 299. Hoffm. Germ. p. 42. Koel. Gram. p. 173. Ehrh., Gram. Willd. Enum. p. 105.)
P. palustris Roth. Germ. I. p. 43. II. p. 117. Koel. Gram. p. 155.

P. pratensis Moench. Meth. p. 188. Leers Herb. p. 27. t. 6. f. 4.

P. polymorpha Wibel Werth. p. 113.

P. fertilis Host. Gram. III. p. 10. t. 14.

Perenn. Flor. Junio - Octobri.

Hab. in pratis et pascuis udis, ad rivulos, ad muros inque vineis fere ubique.

Culmi plures caespitosi, pedales et ultra, erecti, basi plerumque incurvi et radicanes, saepe etiam imprimis solo humido ramos floriferos emittentes, coeterum teretes, stricti, scabriusculi, nodis plerumque 4 purpureis notati. *Folia* stricta, plana, apicem versus carinata, supra marginibusque retrorsum scabra, subtus laevia: *infima* plerumque emarcida. *Vaginae* teretes aut subcompressae, scabriusculae: *supremae* plerumque glabrae. *Ligula* brevissima aut ejus loco margo elevatus scariosus. *Panicula* digitalis, aequalis, ramosissima, laxa, sub anthesi diffusa, post anthesin contracta atque cernua. *Pedicelli* stricti, angulati,

gulati, scabri: *inferiores* terni et quaterni subramosi, *superiores* plerumque geminati aut solitarii. *Spiculae* oblongae, compressae, glabrae, 3 - 8 - florae, primo laete virides marginibus flavescentes, dein ex viridi et lutescente variegatae, maturae fuscescentes.

11) *P. nemoralis* panicula attenuata diffusa subsecunda subnutante, spiculis lanceolatis 2 - 3 - floris, flosculis liberis, ligula brevissima truncata, culmo subcompresso vaginisque glabris. *Hain - Rispengr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 399. Ejusd. Enum. p. 108. Pers. syn. pl. p. 89. Schrad. Germ. p. 301. Hoffm. Germ. p. 46. Host. Gram. II. p. 51. t. 71. Leers Herb. p. 29. t. 5. f. 3. Koel. Gram. p. 191. Spreng. Hal. p. 37.*)

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in umbrosis sylvaticis, in muris, ad dumeta. (In fossis oppidanis, et ad muros earum. Ad dumeta extra urbem, et in sylvis viciniis alibique non infrequens.)

Culmi 1 - 2 - 3 - pedales, erectiusculi, inferne plerumque incurvi, graciles, laeves, subcompressi, sub panicula scabri. *Folia* angustissima, plana, versus apicem carinata, supra retrorsum scabra, subtus glabra: *inferiora* breviora emarcida. *Vaginae* subcompressae, striatae, glabrae. *Ligula* brevissima, truncata. *Panicula* subsecunda, laxa, pauciflora, apicem versus attenuata, ante et post anthesin valde contracta atque cernua, sub florescentia erectiuscula diffusa. *Spiculae* praecedentis, sed angustiores, 2 - 3 - florae: *flosculis* non pubescentibus, ex viridi alboque dilute fuscis aut purpurascentibus.

12) *P. compressa* panicula subsecunda coarctata, spiculis oblongo - ovatis 5 - 8 floris, flosculis basi
pube-

pubescentibus, culmo compresso. *Zusammengedrücktes Rispengras.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 397. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. p. 90. Schrad. Germ. p. 303. Hoffm. Germ. p. 45. Host. Gram. II. p. 51. t. 70. Sprengel. Hal. p. 35. Koel. Gram. p. 185. Leers Herb. p. 29. t. 5. f. 4.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in pratis siccis, in agris, in vineis, muris et ad vias ubique.

Culmi plures, digitales, palmares, pedales et altiores, adscendentes, basi procumbentes et saepe radicantes atque ramosi, striati, glabri, compresso-plani, *nodis* pluribus purpureis notati. *Folia* brevia, plana, plus minusve scabra, plerumque glaucoviridia. *Vaginae* compressae, striatae, glabrae, foliorum colore. *Ligulae* breves, obtusae. *Panicula* 1 - 2 - uncialis, erecta, rigida, subsecunda: *pedicellis* brevibus plerumque geminis interdum solitariis aut ternis et quinis. *Spiculae* oblongo-ovatae, acutae, ex albo-virides, et apicibus rubellae.

Notabilis hujus varietas est *Poa muralis Wibellii* (*Vid. ejus Flor. werth. p. 114.*) quam et ego diu observatam constantissimam semper inveni atque speciem peculiarem habui. (*Vid. Enum. gram. wirceb. p. 29.*) Ex sententia vero *cl. Wib.* mera est prioris varietas, quippe qui *Poam compressam* in *P. mura'em* trans-euntem nuperrime observavit. Haec in muris oppidanis juxta dem Mainviertel, ad muros vinearum des Steinberges, der Leiste alibique copiose crescit.

13) *P. annua* panicula divaricata subsecunda stricta, spiculis oblongis obtusis 5 - 6 - floris, flosculis liberis, culmo obliquo compresso. *Jähriges Rispengr.*
(*L.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 390. *Ejusd.* Enum. p. 106.
Pers. syn. pl. p. 90. *Schrad.* Germ. p. 304. *Hoffm.*
 Germ. p. 45. *Host.* Gram. II. p. 46. t. 64. *Leers*
 Herb. p. 29. t. 6. f. 1. *Koel.* Gram. p. 169.)

Ann. Flor. a vere ad autumnum.

Hab. in pratis, in cultis, ad vias et plateas ubique copiose.

Culmi plures, digitales, palmares, raro altiores, oblique adscendentes, laeves, glabri, compressi, basi saepe ramosi. *Folia* latiuscula, brevia, plana, retrorsum scabriuscula: *radicalia* caespitosa. *Vaginae* compressae, laeves, et ut culmi foliaque laete virides. *Ligulae* oblongae acutae. *Panicula* vix digitalis, erecta, stricta, diffusa, subsecunda, triangularis: *pedunculis infimis* geminis, *superioribus* solitariis. *Spiculae* oblongo-ovatae, obtusae, compressae, e viridi et albido variegatae, apice interdum purpurascens.

14) *P. decumbens* panicula subsimplici pauciflora coarctata erecta, spiculis ovatis 3 - 4 - floris, calyce flosculis paulo majore, vaginis foliisque pilosis. *Niederliegendes Rispengras.*

(*Schrad.* Germ. p. 305. *Host.* Gram. II. p. 52. t. 72. *Scopol.* Carn. I. p. 69. *Smith.* Britan. Vol. I. p. 107. *Spreng.* Hal. p. 38.)

Festuca decumbens *L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 424. *Pers.* syn. pl. p. 94. *Roth* Germ. I. p. 46. II. p. 131. *Hoffm.* Germ. p. 53. *Leers* Herb. p. 34. t. 7. f. 5.

Bromus decumbens *Koel.* Gram. p. 242.

Melica decumbens *Wib.* spicil. p. 3. *Moench.* Meth. p. 173.

M. rigida *Wib.* Werth. p. 117.

Sieglingia decumbens Bernhard Erf. p. 44.

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in pratis siccis, in collibus sterilibus, ad margines sylvarum, ad muros et vias,

Culmi plures, palmares, pedales aut sesquipediales, erecti aut curvato - decumbentes, rigidi, subcompressi, glabri, supra medium foliati, 3 - 4 - nodes. *Folia* glauco - viridia, erecta, rigidiuscula, carinata, siccitate involuta, margine et superne pilis sparsis obsessa: *culmici* breviora. *supremum* paniculam plerumque superans. *Vaginae* subcompressae, superne villosae. *Ligula* brevis, truncata, villosa. *Panicula* erecta, contracta, spiciformis, simplicissima, pauciflora, rigidiuscula. *Spiculae* ovatae, obtusae, ventricosae, glabrae, splendentes, e viridi violaceae aut e viridi flavescentes.

45. BRIZA, *Flittergras*, *Zittergras*.

1) *Br. media* panicula erecta, spiculis sub - 7 - floris demum cordatis. *Gemeines Flittergr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 404. Pers. syn. pl. I. p. 92. Schrad. Germ. I. p. 309. Hoffm. Germ. I. p. 47. Schkuhr bot. Handb. I. p. 43. t. 14. Host. Gram. II. p. 22. t. 29. Sturm. D. Flor. I. 2. Leers Herb. p. 26. t. 7. f. 2.*)

Br. tremula Koel. Gram. p. 149.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. ad colles, in pratis et pascuis frequens.

Culmi palmares, pedales et altiores, erecti, teretes, striati, glaberrimi. *Folia* angusta, plana, sca-

briuscula, laete viridia. *Vaginae* striatae, glabrae: *suprema* longissima subventricosa. *Ligula* brevis, obtusa. *Panicula* erecta, laxa, sub anthesi patentissima triangulari - subrotunda: *pecunculis* binis capillaribus flexuosis coloratis. *Spiculae* splendentes, glabrae, ovato - cordatae, obtusissimae, compressae, nutantes, tremulae, ex viridi - albido - violaceo aut purpureo variegatae.

46. DACTYLIS, *Knaulgras*, *Hundsgras*.

1) *D. glomerata* panicula supradecomposita secunda glomerata. *Gemeines Knaulgr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 408. Pers. syn. pl. I. p. 83. Schrad. Germ. I. p. 311. Hoffm. Germ. I. p. 48. Host. Gram. II. p. 67. t. 94. Schreb. Gram. I. p. 72. t. 8. f. 2. Schkuhr bot. Handb. I. p. 43. t. 14. Leers Herb. p. 22. t. 3. f. 3. Sturm. D. Flor. I. 6.)*

Bromus glomeratus Scopol. Carn. I. p. 76. Koel. Gram. p. 244.

Hab. in pratis, pomariis et ad vias ubique copiose.

Culmi 1 - 2 - 3 - pedales, erecti, teretes, scabri. *Folia* firma, plana, latiuscula, utrinque, scaberrima. *Vaginae* compressae, striatae, scabrae. *Ligula* elongata, plus minusve obtusa, integra, demum lacinulata. *Panicula* erecta, lata, secunda, rigida, *florens* horizontaliter patens, ante et post anthesin contracta. *Spiculae* pedicellatae, scabrae, conglomeratae, viridés aut e viridi et purpurascente variae.

47. CYNOSURUS, *Kammgras*.

1) *C. cristatus* racemo spicato secundo lineari, bracteis pinnatis. *Gemeines Kammgr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 411. Ejusd. Enum. p. 111. Pers. syn. pl. I. p. 86. Schrad. Germ. I. p. 314. Hoffm. Germ. I. p. 48. Host. Gram. II. p. 68. t. 96. Schreb. Gram. I. p. 69. t. 3. f. 1. Leers Herb. p. 47. t. 7. f. 4. Koel. Gram. p. 371.*)

Phleum cristatum Scopol. Carn. I. p. 57.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in pratis, pomariis et collibus graminosis ubique.

Culmi 1 - 2 - 3 - pedales, erecti, teretes, tenues, laeves, glaberrimi, laete virides, 3 - 4 - nodes. *Folia* pauca, angusta, plana, laete viridia, supra scabriuscula, subtus laevia. *Vaginae* teretes, striatae, glaberrimae. *Ligulae* brevissimae, truncatae, crenulatae. *Racemus* spicatus, secundus, linearis, obtusus, 2 - 3 uncialis, compositus: *pedicellis* brevibus flexuosis. *Bractea* sub quavis spicula pinnata: *pinnis* lanceolatis. *Spiculae* distichae, oblongae, compressae, subaristatae 2 - rarius 3 - florae, bracteis minoribus.

48. F E S T U C A, *Schwingel, Schwingelgras.*

1) *P. ovina* panicula patente secunda, spiculis oblongis compressis breviter aristatis 4 - 5 - floris, foliis setaceis. *Schaaf - Schwingel.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 419. Ejusdem. Enum. p. 114. Pers. syn. pl. I. p. 93. Schrad. Germ. I. p. 319. Hoffm. Germ. p. 51. Host. Gram. II. p. 60. t. 84. Koel. Gram. p. 250. Spreng. Hal. p. 39. Leers Herb. p. 31. t. 8. f. 3.*)

Bromus ovinus Scopol. Carn. I. p. 77.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab.

Hab. in collibus apricis et versuris sterilibus ubique.

Culmi plurimi in caespitem densum congesti, palmares et pedales, erecti, rigidi, glabri, tenues, fere filiformes, supra medium nudi, subtetragoni, 2 - 3 - nodes. *Folia* brevina, laevia, rigidiuscula, setaceo-convoluta, viridia aut rubella. *Vaginae* striatae, villosa - scabriusculae. *Ligulae* brevissimae, truncatae. *Panicula* 1 - 2 - 3 - uncialis, erecta, pauciflora, lanceolata, secunda, sub anthesi patens, in spicam contracta ante et post anthesin. *Spiculae* oblongae, compressae, glabrae aut pubescentes, saepe aristatae, subviolaceae.

2) *F. tenuifolia* panicula subsecunda coarctata mutica, culmo tetragono nudiusculo, foliis capillaribus, ligula biaristata. *Dünnblättriger Schwingel.*

(*Pers. syn. pl. p. 93. Schrad. Germ. p. 318. Hoffm. Germ. p. 51. Koel. Gram. p. 272. Leers Herb. p. 32. t. 8. f. 4. Willd. Enum. p. 113.*)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in collibus et montosis sterilibus. (In vallis oppidanis hinc inde copiose, et prope *Dürrbach* circa sylvam alibique.)

Folia, quam in praecedente, angustiora fere capillaria, *panicula* angustior magis coarctata, *valvulae* corollarum exteriores mucronatae nunquam aristatae, *antherae* violaceae, in priori luteae.

3) *F. glauca* panicula patente, spiculis lanceolatis aristatis, culmo superne angulato foliisque rigidis glaucescente. *Graugrüner Schwingel.*

(*Pers. syn. pl. p. 93. Schrad. Germ. p. 322. Lamarck. illustr. n. 1034. t. 46. f. 3. Willd. Enum. p. 114.*)

F. pallens Host. Gram II. p. 63. t. 88.

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in siccis sterilibus, in saxosis et collibus. (In vallis oppidanis hinc inde haud infrequens. Copiose in campo sterili saxoso versus *Veits-höchheim*. In siccis asperis prope *Thüngen, Arnstein*, inter *Karlstadt* et *Stetten*, in monte *Kalbenstein* prope *Karlenburg* alibique.)

Gramen totum ex glauco viride. *Culmi* cum foliorum fasciculis pluribus in caespitem densum conjuncti palmares, pedales et altiores, erecti, rigidi, setacei, glabri, inferne teretes, superne angulati. *Polia* reflexa, rigida, complicato - setacea, supra pubescentia, subtus glabra: *fasciculorum* culmeis multo longiora. *Vaginae* teretiusculae, striatae glabraeque. *Ligula* brevissima, ciliata, antice utrinque in processum auriformem obtusum ciliatum producta. *Panicula* erecta, subsecunda, florens patens, contracta ante et post anthesin. *Spiculae* lanceolatae, compressae, aristatae, 3 - 4 - interdum 6 - florum, plerumque glaucescentes, saepe etiam ex viridi et purpurascente variae.

4) *F. bromoides* panicula racemosa secunda, flosculis arista brevioribus 1 - andris. *Trespenartiger Schwingel*.

(*L. sp. pl. ed. Willd.* p. 418. *Pers. syn. pl. l. c. Schrad. Germ.* p. 325. *Smith. Britan. V. I. p. 117. Koel. Gram.* p. 263. *Roth. Germ. II.* p. 124.)

F. sciuroides *L. sp. pl. ed. Willd.* p. 423. *Koel. Gram.* p. 262. *Hoffm. Germ.* p. 49. *Roth. Germ. I.* p. 46. *II.* p. 130. *Wib. Werth.* p. 104.

Bromus dertonensis Allion. Flor. pedem. n. 2225.
Ann. Flor. Maj. Junio.

Hab. ad margines agrorum, pratorum et sylvarum. Ad vias, in arenosis sterilibus, inque collibus graminosis (In vallis urbicis passim. In collibus sterilibus et ad margines prope *Wirceburgum, Rottendorf, Gerbrunn, Rimpar, Giebelstadt, Kirchheim, Röttingen* et *Aub.* Ad montem *Kalbenstein* prope *Karlenburg*, circa *Stetten ad Weram.* In versuris, et sterilibus arenosis prope *Thüngen, Büchold* et *Gräfsendorf.* In via versus *Veitshöchheim, Retzbach* alibique saepe copiose.)

Culmi digitales, palmares, erecti, teretes, laeves, glabri, graciles, supra medium nudi, basi saepe ramosi. *Folia* linearia, angustissima, siccitate convoluta, brevia, laevia, glabra, glauca. *Vaginae* teretes, laxae, glabrae, sulcatae. *Ligula* minima, crenulata. *Panicula* erecta, racemosa, subsecunda, pauciflora. *Spiculae* primo virides demum purpurascens, erectae, lineari-lanceolatae, compressae, 5-7-florae: *flosculis* monandris et longe aristatis.

5) *F. Myurus* panicula elongata contracta secunda subnutante, flosculis 1-andris arista brevioribus, culmo vaginis oblecto. *Mäuseschwanzähnlicher Schwingel.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 422. Ejusd. Enum. p. 115. Pers. syn. pl. l. c. Schrad. Germ. p. 327. Hoffm. Germ. p. 50. Host. Gram. II. p. 66. t. 93. Leers. Herb. p. 33. t. 3. f. 5. Koel. Gram. p. 248.*)
Vulpia Myurus Gmelin. badens. I. p. 8.

Ann. Flor. Maj. Junio.

Hab. in locis saxosis, in arenosis sterilibus, ad vias siccas et agrorum margines. (In vallo oppidano prope dem *Teufelsthor* et alibi. Ad margines agrorum et viarum circa dem *Glacis* et ad ambulacrum inter *Populos*, ad rudeta ibidem. In via ab *Heidingsfeld* versus *Gibelstadt* et *Rottenbauer*. Ad agros et inter segetes prope *Bütthardt*, *Neunkirchen*, *Tiefenthal* et *Höttingen*. In sterilibus prope *Thiingen*, *Arnstein*, *Dettelbach*, *Oberschwarzach*, *Kitzingen* et alibi.)

A precedente, cui simillima, culmis praecipue altioribus ad paniculam usque foliorum vaginis obtectis, panicula elongata contracta apice plerumque nutante constanter differt.

6) *F. duriuscula* panicula erecta subsecunda diffusa, flosculis arista longioribus, radice fibrosa. *Harter Schwingel.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 421. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. p. 328. *Host.* Gram. II. p. 59. t. 83. *Leers* Herb. p. 32. t. 8. f. 2. *Smith.* Britan. V. l. p. 115. *Spreng.* Hal. p. 39.)

F. heterophylla *L.* sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Pers.* syn. pl. p. 93. *Koel.* Gram. p. 257. *Jacq.* collect. II, p. 93. *Spreng.* Hal. p. 39.

F. nemorum *Leysser* in den Abbandl. d. hall. naturf. Gesellsch. p. 369. *Roth.* Germ. I. p. 46. II. p. 129. *Hoffm.* Germ. p. 51.

F. rubra *Hoffm.* Germ. p. 50.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in graminosis siccis, in arenosis, in collibus et nemorosis. (Copiose hinc inde in vallibus oppidanis. In arenosis siccis circa *Wirceburgum*,
pro-

prope *Rimpar*, *Wipfeld*, *Dippach*, *Geldersheim* etc. In siccis lapidosis prope sylvam ad *Veitshöchheim* et alibi frequens.)

Culmi plures, palmares et pedales, erecti, glaberrimi, teretes, superne plerumque teretiusculi et sulcati. *Folia* margine et carina scabra: *culmea superiora* plana brevissima, *inferiora* et *fasciculorum* longiora complicato - setacea filiformia. *Vaginae* longae, teretiusculae, striatae, glabrae. *Ligula* tenuissime ciliata. *Panicula* erecta, oblonga, subsecunda, multiflora: *florens* patens, in spicam contracta ante et post anthesin. *Spiculae* lanceolatae, compressae, glabrae, 5 - 6 - florum, plerumque virides, perraro purpurascens.

Var. spiculis pubescentibus. *E. dumetorum* L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 422. *Koel. Gram.* p. 256. *Roth. Germ.* I. p. 45. II. p. 127.

7) *E. rubra* panicula secunda patente scabra, flosculis teretiusculis arista longioribus, radice repente. *Rother Schwingel.*

(L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 420. *Ejusd. Enum.* l. c. *Pers. syn. pl.* p. 93. *Schrad. Germ.* p. 329. *Host. Gram.* II. p. 59. t. 82. *Roth. Germ.* I. p. 45. II. p. 125. *Smith. Britan.* V. I. p. 116. *Koel. Gram.* p. 252.)
Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in locis arenosis et saxosis, in montosis siccis, inque pascuis sterilibus fere ubique.

Culmi palmares, pedales, erecti aut oblique ascendentes, filiformes, rigidi, striati, glabri, teretes aut teretiusculi, plerumque 2 - nodes, superne saepissime cum panicula matura rubicundi aut e violaceo

laceo rubri. *Folia* dura, complicato - setacea, supra striata saepe pubescentia, subtus laevia glabra, marginibus scabra. *Vaginae* longae, sulcato - striatae, glabrae. *Ligula* brevissima truncata. *Panicula* erecta, secunda, scabra, sub florescentia patens. *Spiculae* oblongae, compressae, scabrae, 6 - 7 - florum, pubescentes: *flosculis* tetetiusculis subcompressis breviter aristatis, *extimo* mutico sterili.

Radice repente a praecedente imprimis constanter diversa, quae in ea fibrosa est.

Variat foliis latioribus. *F. multiflora* Koel. Gram. p. 271. *Hoffm.* Germ. p. 50.

8) *F. pratensis* panicula ramosa secunda patente, spiculis linearibus glabris multifloris muticis aut brevissime aristatis, radice fibrosa. *Wiesen-Schwingel*.

(*Smith.* Britan. V. I. p. 123. *Schrad.* Germ. p. 332. *Willd.* Enum. p. 116.)

F. elatior L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 425. *Pers.* syn. pl. p. 94. *Hoffm.* Germ. p. 51. *Host.* Gram. II. p. 57. t. 79. *Schreb.* Gram. I. p. 34 t. 2. *Leers* Herb. p. 34. t. 8 f. 6. *Roth.* Germ. I. p. 46. II. p. 128. *Wibel* Werth. p. 116. *G. M. Sch.* Flor. d. Wetter. I. p. 120.

Bromus elatior Koel. Gram. p. 214.

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in pratis, pomariis inque locis graminosis ubique.

Culmi 2 - 3 - 4 - pedales, erecti, teretes, striati, glaberrimi, virides, *nodis* 3 - 4 purpureis instructi. *Folia* plana, patentia, striata, supra et marginibus scabra: *radicalia* culmeis longiora. *Vaginae* teretes, stri-

striatae, glabrae. *Ligula* vix ulla. *Panicula* ramosa, secunda, multiflora, sub anthesi patens et erecta, ante et post anthesin cernua atque contracta. *Spiculae* lineares, subcompressae, glabrae, 6 - 8 florum, virides aut e viridi et purpurascente variae.

In locis fertilioribus et magis succulentis gramen hocce *culmis* multo altioribus fortioribusque, *foliis* longioribus atque latioribus utrinque glabris, *panicula* majori patentissima, *spiculisque* minus coloratis plerumque laete viridibus 11 - 16 - floris adparet. In locis vero siccis sterilibus *culmis* minoribus vix pedibus, *foliis* brevioribus angustioribus plus minusve scabris, *radicalibus* plerumque convolutis, *panicula* simpliciori subspicata, *spiculisque* paucioribus 4 - 6 - floris purpureis variat. *Gluma corollina exterior* mox apice aristata mox mutica est.

9) *F. elatior* panicula patente ramosissima, spiculis ovato - lanceolatis subaristatis 4 - 6 - floris, radice repente. *Erhabener Schwing.*

(*L. sp. pl. ed. 2. p. 111. Schrad. Germ. p. 333. Smith. Britan. V. I. p. 124. Willd. Enum. l. c.*)

F. arundinacea *Villars* Delph. II. p. 106.

F. spadicea *Moench.* Meth. p. 190.

Bromus littoreus *L. sp. pl. ed. Willd. p. 433. Host. Gram. I. p. 7. t. 8.*

B. arundinaceus *Koel. Gram. p. 217. Roth. Germ. II. p. 141.*

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. ad ripas, in pratis humidis, et sylvaticis. (Ad ripas *Salae* prope *Schunderfeld*, *Gemünden* et *Gräsfendorf*. In sylvaticis humidiusculis des *Oelgrunds*, prope *Schönau* et *Wolfsmünster*. Ad

ripas

ripas *Werrae* prope *Stetten*. In humidis non procul a pago *Marienburghausen*. In sylvaticis im *Klaushügel* prope *Klosterhausen* alibi que perraro.)

Præter characteres allegatos *culmis* multo altioribus crassioribus et rigidioribus, *foliis* longioribus latioribusque rigidis duris sulcato - striatis, *panicula* ampliori et ramosiori, *spiculis* sub 5 - floris, *flosculisque* majoribus et magis scabris a præcedente differt.

10) *F. loliacea* spica elongata disticha subnutante, spiculis subsessilibus lineari - oblongis remotis muticis, radice fibrosa. *Lolchartiger Schwingel*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 426. *Pers.* syn. pl. p. 92. *Schrad.* Germ. p. 341. *Hoffm.* Germ. p. 52. *Smith.* Britan. V. I. p. 122.)

F. elongata *Ehrharts* Beitr. B. 6. p. 133.

Poa loliacea *Koel.* Gram. p. 207.

Perenn. Flor. *Majo* — *Julio*.

Hab. in pratis humidis, ad ripas. (In fossa oppidana prope *der Karthaus* et *dem Sanderthore*. Ad rivulum non procul von *der dürren Brücke* am *Fahrweege* versus *Dürrbach*. In humidiusculis *sylvæ grunschatzensis*, inque *saltu kitzingensi* passim raro. In humidis juxta *sylvam Marrbach* prope *Abb. Heidenfeld*. In grammosis udis prope *Wolfsminster* et *Holzkirchen*. Ad ripas *Werrae* non procul a *sylvastettensi*. Rarius ad ripas *Moeni* prope *Haßfurth*, *Kitzingen* et *Volkach* prope *der Hallburg*.)

Culmi pedales, sesquipedales, striati, glabri, teretes, nodis 2 - 3 atropurpureis donati, primo ad spicam usque vagina suprema tecti, erecti toti s. basi incurvati. *Folia* obscure viridia, linearia, acuminata, glabra, plana, siccata parum convoluta;

fas-

fascicularum angustiora. *Vaginae* longae, teretes, glabrae. *Ligula* brevissima. *Spica* elongata, 2 - 3 - uncialis, apice nutans. *Spiculae* sessiles aut brevissime pedunculatae, alternae, distichae, remotae, compressae, glabrae, muticae, multiflorae, rachi appressae, *florentes* oblique patentes. *Flosculi* cylindracei ex viridi et albido varii.

Gramen *Lolio perenni* simillimum, cum quo, uti pluries mihi accidit, primo intuitu facillime confunditur. *Calycibus* interea 2 - *valvibus* satis distinctum.

In solo humidiori *culmi* altiores gracilioresque evadunt, vi minima humi prosternuntur, et rarissime dein resurgunt. Inde *culmi* saepe omnino decumbentes reperiuntur.

11) *B. pinnata* spica simplici erecta disticha, spiculis sessilibus remotis subteretibus: florenibus patentibus, aristis gluma brevioribus, radice repente. *Gefiederter Schwing.*

(*Schrad.* Germ. p. 342. *Koel.* Gram. p. 264. *Willd.* Enum. p. 117. *Moench.* Meth. p. 191. *G. M. Sch.* Wetter. f. p. 124.)

Bromus pinnatus L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 438. *Pers.* syn. pl. p. 96. *Hoffm.* Germ. p. 56. *Roth.* Germ. I. p. 49. II. p. 144. *Scopol.* Carn. I. p. 82. *Host.* Gram. I. p. 18. t. 22. *Leers* Herb. p. 39. t. 10. f. 3. *Triticum pinnatum* *Moench.* Enumer. n. 102. *Spreng.* Hal. p. 45.

T. bromoides *Wibel.* Werth. p. 104.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. ad sepes, in versuris, in collibus et pratis siccis, inque sylvarum marginibus ubique.

Culmi palmares, 1 - 2 - pedales, erecti, rigidi, stricti, teretes, glabri, seminudi, cum foliis vaginisque e flavo virides. *Folia* plana, scabra, subvillosa. *Vaginae* teretes, striatae, villosae. *Ligula* brevis ovata, obtusa, ciliata. *Spica* erecta, rigida, compressa, sesqui - 2 - uncialis. *Spiculae* lanceolato - subulatae, alternae, distichae, remotiusculae, subteretes, pubescentes, multiflorae, aristatae, pallide virides, *florentes* patentis, rachi appressae ante et post anthesin: *inferiores* brevissime pedunculatae, coeterae sessiles.

12) *P. gracilis* spica simplici subnutante, spiculis sessilibus teretiussculis remotis aristatis, aristis gluma longioribus, radice fibrosa. *Dünner Schwingel*,

(*Schrad. Germ.* p. 343. *Moench. Meth.* p. 191. *G. M. Sch. Wetter. I.* p. 124. *Willd. Enum.* p. 118.)

Bromus gracilis L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 438.

Pers. syn. pl. p. 96. *Roth. Germ. I.* p. 49. II p. 145.

Mursch. a Biberst. Taur. Caucas. p. 74. *Gmel. Bad.*

I. p. 244.

B. sylvaticus Host. *Gram. I.* p. 17. t. 21. *Hoffm.*

Germ. p. 56. *Smith. Britan. V. I.* p. 136.

Triticum sylvaticum Moench. *Enum.* n. 103.

Sprengel. Hal. p. 44.

T. teretiflorum Wibel *Werth.* p. 104.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in dumetis, in nemorosis, ad sepes.

(Ad sepes hinc inde hortorum juxta dem *Studentenbach*

et prope dem *Glacis*. Ad margines et in sylvis *Walds-*

kugel, Gramschatz, Feitshöchheim et *Guttenberg*. In

nemoribus *Breit, Steinbusch* et *Eitel* prope *Wülfers-*

hausen. In der *Leimgrub* et in den *Lacken* prope

Abb.

[*Abb. Heidenfeld.* In *sylva stettensi*, in nemorosis prope *Bergtheim* et *Uettingen* alibique.)

Culmi pedales, 2 - pedales, erecti, teretes, graciles, fere filiformes, obsolete striati, plus minusve hirsuti. *Folia* laete viridia, plana, latiuscula, scabra, pilis brevibus sparsis imprimis basin versus obsessa: *culmea* breviora et latiora. *Vaginae* striatae teretes, hirsutae. *Ligula* exserta, ovata, obtusa, ciliata. *Spica* sesquiuncialis et longior, debilis, apice plerumque nutans. *Spiculae* erectae, alternae, remotiusculae, sessiles, scabrae, virescentes, teretiusculae, demum magis compressae, 5 - 9 - florae. *Aristae* capillares.

49. *BROMUS*, *Trespe*.

1) *Br. secalinus* panicula patente erecta: fructifera apice nutante, spiculis ovatis compressis nudis, flosculis teretiusculis demum distinctis, aristis flexuosis gluma brevioribus. *Roggen - Trespe*.

(*L. sp. pl. ed. Willd.* I. p. 428. *EjUSD.* Enum. p. 119. *Pers. syn. pl.* I. p. 95. *Schrad. Germ.* I. p. 347. *Hoffm. Germ.* I. p. 53. *Koel. Gram.* p. 223. *Host. Gram.* I. p. 10. t. 12. *Leers Herb.* p. 36. t. 11. f. 2.)

Ann. Flor. Majo — *Julio*.

Hab. in agris praecipue secalinis saepe copiose.

Culmus 1 - 2 - pedalis et altior, erectus, teres, strictus, striatus, glaber, laete viridis, *geniculis* 4 - 5 magis vel minus pubescentibus interceptus. *Folia* plana, striata, pilis raris conspersa. *Vaginae* teretes, striatae, glabrae. *Ligula* brevis, obtusa,
den-

dentata. *Panicula* secunda, patens, primo tota erecta, apice demum nutans. *Spiculae* ovatae, primo teretiusculae, dein e tereti compressae, ex glauco pallide virides: *flosculis* 7 - 10 distinctis remotiusculis.

Variat Spiculis muticis aut brevissime aristatis.

2) *Br. mollis* panicula erecta subcoarctata, spiculis ovatis subcompressis pubescentibus, flosculis imbricatis, corollae valvula exteriori apice bifida, aristis rectis valvulas aequantibus, foliis et vaginis mollissime villosis. *Weiche* Tresp.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 429. Ejusd. Enum. l c. Pers. syn. pl. p. 95. Schrad. Germ. p. 351. Hoffm. Germ. p. 54. Host. Gram. I. p. 16. t. 19. Schkuhr. botan. Handb. I. p. 47. t. 16. Schreb. Gram. I. p. 60. t. 6. f. 1. Leers Herb. p. 36. t. 11. f. 1. Koel. Gram. p. 233.*)

Bienn. Flor. Maj. Junio.

Hab. ad vias, ad agros et muros, inque ruderatis copiosissime.

Culmi palmares, pedales et altiores, erecti, teretes, striati, subvillosi, pallide virides: *nodis* 3 - 4 incrassatis purpureis et villosis instructi. *Folia* et *vaginae* teretes villis canescentibus mollissimis obducta. *Ligula* brevis, obtusa pubescens, lacera. *Panicula* densiuscula, villosa, mollissima, e canescente viridis, erecta: *fructifera* cernua.

Occurrit in locis apricis sabulosis sterilibus *culmis* 3 - 4 - uncialibus, *spiculis* subpedunculatis laeviusculis. (*Brom. nanus* Weigel. obs. p. 8.)

3) *Br. commutatus* panicula apice nutante, spiculis lanceolatis compressis nudis, flosculis imbricatis, aristis rectis glumis longioribus, foliis villosis. *Verwechselte* Tresp.

(*Schrad.*

(*Schrad. Germ. p. 353. Willd. Enum l. c.*)

Br. multiflorus L. sp. pl. ed. *Willd. p. 428. Pers. syn. pl. l. c. Roth. Germ. l. p. 47. II. p. 134. Host. Gram. I. p. 10. t. II.*

Bienn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in pratis, ad vias et sepes, inter segetes. (In agris in fossa oppidana et extra urbem. Ad vias et sepes inter hortos inter dem neuen et rennweeger Thore, et prope der ickelsheimer Chaussée. Inter segetes prope Rimpfar, Gerbrunn, Himmelsporten, Giebelstadt, Bütthard, Sulzdorf ad Moenum, Stalldorf, Kirchheim et Arnstein. Ad ripas Moeni graminosas versus Heidingsfeld, Randersacker, Eivelstadt, et Ochsenfurth. In pratis prope Gofsmannsdorf, Ochsenfurth, Erlach et Winterhausen. Copiosius in graminosis inter Obervolkach et Rumpach. Etiam in vallis oppidanis et in pratis prope der Au - et Rosenmühle alibique passim occurrit.)

culmi pedales, sesquipedales et ultra, erectiusculi, teretes, striati, glabri s. obsolete pubescentes. Folia plana, molliter villosa, marginibus scabra. Vaginae longae, teretes, striatae, pilis horizontaliter patentibus mollibus dense obsessae. Ligula brevis, lacinulata. Panicula 3 - 4 - uncialis, patens, florens cernua, postea apice nutans. Spiculae lanceolatae, acutae, compressae, scabriusculae, nitidae, virescentes: flosculis 8 - 11 imbricatis.

4) *Br. arvensis* panicula subnutante, spiculis evato - oblongis acutis compressis glabriusculis, flosculis imbricatis, aristis rectis glumam aequantibus, foliis villosis. Acker - Trespe.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 434. Ejusd. Enum. p. 121. Pers. syn. pl. p. 96. Schrad. Germ. p. 356. Hoffm.*

Germ. p. 55. Koel. Gram. p. 220. Host. Gram. I. p. 12. t. 14. Leers Herb. p. 37. t. 11. f. 3.)

Br. versicolor Moench. Meth. p. 193. Pollich. Palatin. n. 109. Koel. Gram. p. 238.

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. ad vias, inter segetes, in agris sterilibus et ad eorum margines ubique.

Culmus palmaris, 1 - 2 - 3 - pedalis, erectus, teres, glaber: *nodis* 3 - 4 purpureis. *Folia* plana, latiuscula, utrinque pilosa. *Vaginae* teretes, striatae, pubescentes: *suprema* glabra. *Ligulae* breves, obtusae, lacerae. *Panicula* palmaris, multiflora: *florens* erecta, apice nutans ante et post anthesin. *Spiculae* ovato - oblongae, acutae, compressae, nudae aut obsolete pubescentes, nitidae, virescentes aut ex viridi albo purpureoque variae. *Arista* recta, glumam aequans, ea saepius paulo longior, plerumque purpurascens.

5) *Br. erectus* panicula erecta, spiculis lineari-lanceolatis compressis, flosculis teretiusculis imbricatis, aristis rectis gluma brevioribus, foliis radicalibus angustissimis ciliato - pilosis. *Aufrechte Trespe.*

(*Pers. syn. pl. p. 95. Schrad. Germ. p. 357. Hoffm. Germ. p. 55. Köl. Gram. p. 240. Sprengel. Hal. p. 41. Smith. Britan. V. I. p. 131.*)

Br. pseudarvensis Koel. Gram. p. 241.

Br. montanus G. M. Sch. Fl. d. Wetter. I. p. 134.

Br. angustifolius Marsch. a Bieberst. Taur. Caucas. p. 73. Schrank. Bavar. n. 236.

Br. agrestis Host. Gram. I. p. 9. t. 10. Allion. Pedem. n. 2224.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab.

Hab. in collibus graminosis, in pomariis et pratis humidiusculis. (In vallo oppidano prope dem *Wasserthurm* versus der *Lederfabrik* copiose. Ad rivum pone *Geldersheim*, prope *Mühlihausen* et *Kürnach*. In pratis ad sylvam im *Oelgrund*. In collibus graminosis et in pratis prope *Zellingen*, *Ebern*, *Schlüsselfeld*, alibique.)

Radix fusca, sublignosa, *fibris* pluribus tenacibus aucta. *Culmi* caespitiosi, pedales, sesquipedales, erecti, stricti, teretes, striati: *geniculis* 3 - 4 glabris. *Folia* linearia, acuminata, plana, duriuscula, laete viridia, retrorsum scabra: *radicalia* et *fasciculorum* pilis longis albidis ciliata. *Vaginae* teretes, striatae: *inferiores* pilis mollibus obsessae et breviores, *supremae* glabrae et longiores. *Ligula* brevis, obtusa, integerrima, demum laciniata. *Panicula* 4 - 5 - uncialis, erecta: *ramis* sub anthesi erecto-patentibus, rachi appressis ante et post anthesin. *Spiculae* lineari-lanceolatae, acutae, primo teretiusculae, dein compressae, ex viridi purpurascentes: *flosculis* 5 - 9 teretiusculis imbricatis.

6) *Br. inermis* panicula erecta, spiculis linearibus subteretibus nudis, flosculis imbricatis submuticis, foliis glabriusculis. *Grannenlose*, *unbewehrte Trespe*, *Queck - Trespe*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 431. Ejusd. Enum. p. 120. Pers. syn. pl. p. 96. Schrad. Germ. p. 359. Hoffm. Germ. p. 54. Host. Gram. I. p. 8. t. 9. Schreb. Gram. I. p. 97. t. 13. Koel. Gram. p. 236.*)

Festuca Leysseri Moench. Hass. n. 82.

F. speciosa Schreb. spicil. p. 59. Wibel. Werth. p. 106.

Hab. in pratis, in pomariis et ad ripas ubique fere.

Culmi 2 - 3 - pedales, erecti, teretes, striati, glabri, nodis 4 - 5 purpurascensibus instructi. *Folia* plana, rigida, laete viridia, utrinque scabra, rarius glabra, marginibus, praesertim solo humidiori saepe undulata. *Vaginae* teretes, striatae, glabrae. *Ligula* brevissima, rotundata, primo integerrima, demum laciniata. *Panicula* 6 - 9 - uncialis, erecta, speciosa, sub anthesi patentissima, contracta ante et post anthesin. *Spiculae* lineares, ex tereti compressae, acutae, nudaе, nitidae, ex viridi et purpurascensente variae.

7) *Br. asper* panicula nutante, spiculis lineari-lanceolatis compressis pubescentibus, flosculis demum remotiusculis, aristis rectis gluma brevioribus, foliis villosis scabris. *Rauhe Trespe.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 432. Pers. syn. pl. p. 96. Schrad. Germ. p. 360. Host. Gram. I. p. 6. t. 7. Koel. Gram. p. 210. Sprengel. Hal. p. 41. Smith. Britan. V. I. p. 133. Roth. Germ. I. p. 48. II. p. 136. Moench. Method. p. 193.*)

Br. montanus Roth. Germ. I. p. 49. II. p. 141. Koel. Gram. p. 210. Scopol. Carn. I. p. 82. Moench. Hass. n. 90. Wib. Werth. p. 108. Pollich. Palat. n. 116.

Br. ramosus Linn. syst. Veg. ed. 13. p. 102.

Br. hirsutus Curt. Lond. n. 18. Hoffm. Germ. p. 55.

Br. nemorosus Villars Delph. II. p. 117.

Br. altissimus Web. Holsat. n. 94.

Perenn. Flor. Jun, Julio.

Hab.

Hab. in montosis nemorosis, in sylvis, in dumetis, et in collibus siccis. (In vallis oppidanis passim. In monte zellensi, et in monte Nicolai hinc inde. In pratis prope Ochsenfurth, Dettelbach, Geldersheim, Schrautenbach et Seßlach. In sylvis Gramschatz, Waldskugel, Guttenberg et prope Uettingen. In nemore Neusee prope Waldbrunn, et in den roßbrunner Leiden ibidem. Hinc inde in den schwarzen Pfüttschen inter Poppenhausen et Münnerstadt. In collibus et dumetis prope Ebern, Jessern-dorf, Pfarrweisach alibique.)

Culmi caespitiosi 1 - 2 - 3 - pedales, teretes, striati, pilis brevibus scabri, nodis 3 - 4 pubescentibus instructi. Folia plana, longa lataque, scabra, basin versus villosa. Vaginae teretes, infimae praecipue strigoso - hirsutae. Ligula plerumque fuscescens. Panicula palmaris, pedalis, sparsa, erecta, superne nutans. Spiculae lineari - lanceolatae, acutae, demum compressae, virides vel ex viridi et purpurascente variae. : flosculis imbricatis, dein remotiusculis.

8) *Br. giganteus* panicula apice nutante, spiculis ovato - lanceolatis compressis nudis, flosculis imbricatis, aristis flexuosis gluma longioribus, foliis nudis. *Große Tresp. Futter - Tresp.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 435. Ejusd. Enum. p. 121. Schrad. Germ. p. 362. Hoffm. Germ. p. 56. Host. Gram. I. p. 6. t. 6. Schreb. Gram. I. p. 88. t. II. Leers. Herb. p. 38. t. 10. f. 1. Koel. Gram. p. 212. Moench. Method. p. 193.*)

Festuca gigantea Pers. syn. pl. p. 94. Villars, Delphin. II. p. 110. Smith. Britan. Vol. I. p. 120.

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab.

Hab. in sylvis, nemoribus, pratis humidiusculis et ad sepes. (In pratis, ad rivum et ad sepes prope der *Aumühl*, *Versbach*, *Kiörnach*, *Rimpar*, *Lengfeld* et *Mühlhausen*. In pratis hinc inde apud *Gossmannsdorf*, *Retzbach*, circa *Abb. Heidenfeld*, *Hassfurth* et *Kitzingen*. Ad ripas *Werrae* et ad sepes prope *Thüngen*, *Stetten*, et dem *Schönhartshof*. In graminosis ad salam versus *Schunderfeld* et *Gräfenhof*. In humidiusculis sylvarum *Waldskugel*, *Gramschatz*, *Guttenberg* alibique haud raro.)

Culmi erecti vel basi incurvi, laeves, glabri, 2 - 3 - 4 - pedales. *Folia* longa et lata, fere ensiformia, plana, firma, nervosa, scabra, nuda. *Vaginae* teretiusculae, laeves: *inferiores* scabriusculae plerumque purpurascens. *Ligula* brevissima, subcartilaginea, fuscescens. *Panicula* pedalis, elongata, rara, secunda, laxa, patens, apice nutans. *Spiculae* ovato-lanceolatae, ex tereti compressiusculae, demum compressae, laete virides albido variegatae: *flosculis* 5 - 6 remotiusculis. *Aristae* tenuissimae, flexuosae, glumis triplo fere longiores.

9) *Br. tectorum* panicula nutante subsecunda, spiculis oblongo-lanceolatis compressis pubescentibus, flosculis imbricatis demum remotiusculis, aristis rectis glumam aequantibus. *Dach-Tresp. Mauer-Tresp.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 434. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. p. 96. Schrad. Germ. p. 363. Hoffm. Germ. p. 56. Host. Gram. I. p. 13. t. 15. Koel. Gram. p. 226. Leers. Herb. p. 38. t. 10. f. 2.*)

Hab. in collibus siccis, in ruderatis, in tectis et muris ubique copiose.

Culmi palmares, pedales, teretes, tenues, glabri, erecti, deflorati semper fere decumbentes et dein rufescentes. *Folia* angusta, plana, utrinque villosa, mollia. *Vaginae* teretes, striatae, inferiores praecipue villosae et plerumque rufescentes. *Ligula* brevis, obtusa, demum lacera. *Panicula* palmaris erectiuscula, contracta, postea apice nutans et secunda. *Spiculae* laeves, pubescentes aut magis villosae, quandoque hirsutae, sub - 5 - florae, nitidae, virides vel ex viridi et purpureo variae.

10) *Br. sterilis* panicula nutante, spiculis linearibus longissimis scabris compressis superne latioribus, aristis rectis gluma longioribus. *Unfruchtbare Trespe, taube Trespe,*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 433. Ejusd. Enum. p. 120. Pers. syn. pl. l. c. Schrad. Germ. p. 364. Hoffm. Germ. p. 55. Host. Gram. I. p. 13. t. 16. Koel. Gram. p. 228. Leers Herb. p. 37. t. 11. f. 4*)

Br. distichus Moench. Meth. p. 192. Ann. Flor. Junio - Augusto.

Hab. ad vias, ad sepes, muros, inque ruderalis ubique copiose.

Culmi 1 - 2 - pedales, erecti, teretes, graciles, glabri, ad apicem usque plerumque foliati et tecti. *Folia* plana, laete viridia, flaccida, pubescentia, mollia. *Vaginae* teretes, pubescentes: superiores saepe scabriusculae. *Ligula* brevis, oblique truncata, demum lacera. *Panicula* speciosa, semipedalis fere, laxa, patula, demum apice nutans, primo valde contracta. *Spiculae* praelongae, ex tereti compressiusculae, scabrae, virides, purpureo saepius variegatae, primo erectae, demum nutantes.

50. A V E N A , *Hafer*.

1) *A. strigosa* panicula secunda subpatente, spiculis 2 - floris, flosculis nudis calycem aequantibus triaristatis: arista dorsali longissima, reliquis duabus terminalibus brevibus rectis. *Gestreifter Hafer, Ruchhafer, Sandhafer.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 446. Ejusd. Enum. p. 122. Pers. syn. pl. I. p. 100. Schrad. Germ. I. p. 368. Host. Gram. II. p. 41. t. 56. Koel. Gram. p. 285. Hoffm. Germ. I. p. 59. Roth. Germ. I. p. 39. II. p. 107.*)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in collibus, et inter segetes, praecipue inter Avenam. (Inter segetes prope Unterzell, Veitshöchheim, Leinach, Ober - et Unterpleichfeld, Wipfeld, Stammheim, Gernach alibique.)

Culmi 1 - 2 - pedales, erecti, teretes, striati, glabri. *Folia* plana, utrinque et marginibus retrorsum scabra, glaucescentia: *culmea* radicalibus multo breviora. *Vaginae* teretes, striatae, glabrae, ad exortum villis longis raris obsessae. *Ligula* brevis, fissa. *Panicula* palmaris, subpatens, secunda, erecta aut apice nutans, in spicam contracta ante et post anthesin. *Spiculae* lanceolatae, angustae, pendulae, splendentes, plerumque 2 - rarissime 3 - florum.

2) *A. orientalis* panicula coarctata secunda, spiculis 2 - floris calyce minoribus, flosculo altero mutico. *Türkischer Hafer, ungarischer Hafer.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Schrad. Germ. p. 371. Host. Gram.*

III. p. 31. t. 44. *Koel. Gram. p. 292. G. M. Sch. Fl. d. Wetter. I. p. 140. Moench. Meth. p. 195.)*

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Colitur hinc inde in agris. (Seminibus dissipatis ad margines agrorum, inter segetes et in fime-tis nonnunquam quasi sponte provenit.)

Culmi 2 - 3 - 4 - pedales, erecti, teretes, glabri, superne praecipue sulcato - striati. Folia longa la-taque, plana, laxa, marginibus praecipue retrorsum scabra. Vaginae longae, teretes, glabrae, sulcato - striatae. Ligula brevis, obtusa, demum lacinulata. Panicula coarctata, secunda, densa, erecta tota vel apice nutans. Spiculae lanceolatae, teretiusculae, primo erectae, demum parallele et horizontaliter patentis, compositae e flosculis 2 ex tereti compres-sis calyce minoribus, maturescentibus remotiusculis.

3) *A. sativa* panicula erecta divaricata, spiculis pendulis 2 - floris: flosculo altero mutico. *Gemeiner Hafer, Saat - Hafer.*

(L. sp. pl. ed. Willd. p. 446. Ejusd. Enum. p. 123. Pers. syn. pl. p. 100. Koel. Gram. p. 288. Gmelin. Bad. I. p. 253. Herb. Blackw. t. 422.)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in Insula Juan - Fernandez. (Colitur in agris ubique et seminibus dissipatis hinc inde, praecipue in cultis quasi sponte crescere videtur.)

A praecedente *panicula* magis divaricata, *spiculis* pendulis, *culmisque* tenuioribus ac demissioribus praecipue differt.

Variat 1) *Seminibus* flavescens glabris (*Gemeiner H., Weisshafer.*) 2) *Sem.* nigrescentibus et *ari-stis* quoque inferne nigrescentibus. (*Schwarzer Haf.,*

Au-

Augusthafer.) 3ⁿ *Sem.* majoribus, *culmis* crassioribus et altioribus *foliisque* latioribus. (*Englischer Hafer*, *Winterhafer.*)

4) *A. fatua* panicula aequali patente, spiculis sub - 3 - floris, flosculis calyce minoribus basi pilosis, omnibus dorso aristatis. *Wildhafer*, *Flughäfer*, *Taubhafer.*

(*L. sp. pl. ed. Willd.* p. 447. *Ejusd.* Enum. l. c. *Schrad.* Germ. p. 373. *Hoffm.* Germ. p. 60. *Host.* Gram. II. p. 42. t. 58. *Koel.* Gram. p. 286. *Schreb.* Gram. I. p. 109. t. 15. *Pers.* syn. pl. l. c. *Leers* Herb. p. 42. t. II. f. 4.)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in agris, inter segetes, in arvis, in ruderatis et ad vias.

Culmi 2 - 3 et 4 pedes alti, teretes, striati, glabri, firmi, crassi, inferne curvati, dein erecti. *Folia* lata, plana, nitida, viridia, scabra: *culmea inferiora* supremis et radicalibus longiora. *Vaginae* striatae, glabrae, infimae quandoque pilis raris obsessae. *Ligula* brevis, obtusa, fissa. *Panicula* aequalis, palmaris et pedalis, *florens* patens et erecta, *fructifera* secunda et apice cernua. *Spiculae* ovato - lanceolatae, teretiusculae, nutantes, ex glauco virides et flavicantes, sub - 3 - florae: *flosculis* demum remotiusculis basi et dorso pilis lutescentibus obsessis. *Semina* utrinque villosa.

5) *A. tenuis* panicula aequali patente pauciflora, spiculis 3 - floris, flosculis calycem excedentibus: inferiori apice uniaristato, reliquis apice aristis 2 brevibus et unica dorsali geniculata instructis. *Zarter Hafer*, *Spinnenhafer.*

(*L.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 448. *Ejusd.* Enum. l. c. *Schrad.* Germ. p. 375. *Host.* Gram II. p. 40. t. 55. *Moench.* Meth. p. 195. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. I. p. 146.)

A. dubia Roth. Germ. I. p. 39. II. p. 108. *Hoffm.* Germ. p. 59. *Leers* Herb. p. 41. t. 9. f. 3. *Wibel* Werth. p. 121.

Bromus triflorus Pollich. Palatin. n. 119.

Trisetum striatum. Pers. syn. pl. I. p. 97.

Ventenata avenacea Koel. Gram. p. 274.

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in agris sterilibus, in collibus, ad vineas. (In agris et ad eorum margines prope *Köhler* et *Nordheim*. In sterilibus prope *der Vogelsburg* versus *der Hallburg*. In collibus et arvis prope *Arnstein*, *Büchold*, *Rieden*, *Seflach*, *Hattersdorf* alibique passim. Ad vineas prope montem *Kalbenstein* et *Thüngen* raro.)

Culmi palmares pedales et ultra, tenues, teretes, striati, superne praecipue scabri, nodis 3 - 4 purpurascens donati, geniculis inferioribus plerumque procumbentes, raro toti erecti. *Folia* utrinque scabra, angusta, plana, demum convoluta. *Vaginae* teretes, striatae, glabrae. *Ligula* elongata, lanceolata, integra, demum bifida aut lacinulata. *Panicula* aequalis, tenerrima, erecta aut apice nutans, ante anthesin contracta, sub anthesi et post anthesin patens. *Spiculae* lanceolatae, teretiusculae, sessiles, erectae, plerumque 3 - rarius 2 - florum. *Aristae* primo rectae, dein divaricatae et crispatae.

6) *A. flavescens* panicula aequali patente multiflora, spiculis sub - 3 - floris, flosculis calycem exceden-

cedentibus basi pilosis, omnibus dorso aristatis.
Gelblicher Hafer, Goldhafer.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 449. *Ejusd.* Enum. p. 124.
Schrad. Germ. p. 377. *Hoffm.* Germ. p. 58. *Host.*
Gram. III. p. 26. t. 38. *Schreb.* *Gram.* I. p. 76. t. 9.
Koel. *Gram.* p. 282. *Leers.* *Herb.* p. 43. t. 10. f. 5.
Moench. *Meth.* p. 196.)

Trisetum pratense Pers. syn. pl. I p. 97.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

*Hab. in pratis, in pomariis et ad sepes
ubique.*

Culmi plures pro solo diverso variam altitudinem attingentes, plerumque pedales, sesquipedales, etiam 2 - pedales, basi incurviusculi, dein erecti, tenues, teretes, striati, glabri, virides, nodis 2 - 4 contractis purpurascensibus villosis instructi. *Folia* angusta, plana, striata, subvillosa, laete - aut ex flavescens viridia. *Vaginae* teretes, striatae, subvillosae. *Ligula* brevissima, truncata, suberenata. *Panicula* digitalis, palmaris, densiuscula, multiflora, aequalis, flavescens, erecta aut cernua, florens horizontaliter patens, in spicam contracta ante et post anthesin. *Spiculae* parvulae, ovato - lanceolatae, compressae, glabrae, dorso scabriusculae, splendentes, ex viridi flavae. *Flosculi* calycem excedentes, compressi, basi pilis brevibus stipati, demum remoti. *Semina* flavescens.

7) *A. pubescens* panicula erecta aequali subsimplici, spiculis sub - 3 - floris, flosculis calycem excedentibus basi pubescentibus: omnibus dorso aristatis, foliis pubescentibus. *Feinhaariger Hafer.*

(*L.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 448. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 100. *Schrad.* Germ. p. 382. *Hoffm.* Germ. p. 59. *Host.* Gram. II. p. 37. t. 50. *Koel.* Gram. p. 277. *Wibel.* Werth. p. 121. *Leers* Herb. p. 42. t. 9 f. 2.)

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in pratis, in pomariis et ad colles fere ubique.

Radix fibrosa, densa, subrepens, stolonifera, densum foliorum et culmorum caespitem proferens. *Culmi* sesquipedales, 1 - 2 - pedales, erecti, basi subincurvati, laeves, teretes, nodis 3 - 4 purpureis praediti. *Folia* brevina, plana, marginibus scabra, utrinque molliter pubescentia: *radicalia* angustiora. *Vaginae* teretiusculae, striatae: *superiores* glabrae, *inferiores* villosae. *Ligula* oblonga, obtusa, integra. *Panicula* 4 - 5 - 6 - uncialis, erecta, aequalis, molliuscula, subpatens in spicam contracta ante et post anthesin atque subnutans. *Spiculae* erectae, lanceolatae, glabrae, splendentes, ex viridi - argenteo purpurascens: *flosculis* basi pubescentibus plerumque tribus, *terminali* sterili; *omnibus* dorso aristatis.

8) *A. pratensis* panicula spicata simplici, spiculis snb - 5 - floris: flosculis calycem excedentibus basi pilosis, omnibus dorso aristatis. *Wiesen-Hafer.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 451. *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. p. 385. *Hoffm.* Germ. p. 59. *Host.* Gram. II. p. 38. t. 51. *Koel.* Gram. p. 279. *Moench.* Meth. p. 196. *Leers* Herb. p. 43. t. 9. f. 1.)

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in pratis siccis, in arenosis, in colibus et inter fruticeta ubique.

Radix fibrosa plures foliorum fasciculos et culmos in caespitem densum conjunctos proferens. *Culmi* altitudine varii, plerumque pedales, etiam 2 - 3 - pedales, erecti toti aut basi curvati, teretes, tenues, stricti, striati, glaberrimi, magna ex parte nudi, plerumque laete virides, nodis 2 - 3 purpureis donati. *Folia* angusta, mucronata, laete viridia: *radicalia* angustiora longiora rigidula glabra marginibus scaberrima plana demum complicata et varie flexa. *Vaginae* subcompressae, striatae, retrorsum scabrae. *Ligula* elongata, acuta, subintegra. *Panicula* digitalis, semipedalis, erecta, lanceolata, contracta, spiciformis, pauciflora, rigidiuscula. *Spiculae* erectae, lanceolatae, tereti - compressiusculae, glabrae, splendentes, ex viridi - albo et purpureo variegatae. *Flosculi* 4 - 5 subcompressi: *ultimo* sterili.

51. SECALE, Roggen.

1) *S. cereale* glumarum ciliis scabris. *Gemeiner Roggen*, *Korn*.

(*L. sp. pl. ed. Willd.* p. 471. *Pers. syn. pl.* p. 108. *Moench. Meth.* p. 174. *Schkuhr bot. Handb.* t. 19. *Herb. Blackw.* t. 424. *Koel. Gram.* p. 367. *G. M. Sch. Flor. d. Wetter.* I. p. 155.)

Ann. bienn. Flor. Majo.

Hab. in Creta. (Colitur in agris ubique, et hinc inde, praecipue in cultis quasi sponte provenit.)

Gramen hocce inter cerealia nostratia culta maximam attingit altitudinem, et *culmos* 6 - 9 - pedales, saepe altiores procreat. *Culmi* spicam versus attenuati, villosi atque scabri. *Spica* compressiuscula, disticha, erecta, fructifera nutans.

Di-

Distinquuntur: 1. *Secale hybernum* (*Winterroggen*, *Winterkorn*) culmis altioribus, seminibusque majoribus. 2. *S. aestivum* (*Sommerroggen*, *Sommerkorn*) culmis demissioribus et seminibus minoribus ac tenuioribus.

Variat non raro, imprimis annis bonis tempestate favente *spicis* magis minusve ramosis.

52. TRITICUM, Waizen.

1) *Tr. caninum* spica distichâ arcta subnutante, glumis calycinis brevius aristatis 3 - nervibus sub - 5 - floris, flosculis aristatis, radice fibrosa. *Hunds-Waizen*.

(*Willd.* Enum. p. 134. *Pers.* syn. pl. I. p. 109. *Schrad.* Germ. I. p. 389. *Gmel* Rad. I. p. 298. *Spreng.* Hal. p. 45. *Wibel.* Werth. p. 103. *Host.* Gram. II. p. 20. t. 25. *Smith.* Britan. V. I. p. 159. *G. M. Sch.* Flor. d. Wetter. I. p. 168.)

Elymus caninus L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 469. *Schkuhr.* bot. Handb. I. p. 56. t. 19. *Roth.* Germ. I. p. 51. II. p. 151. *Hoffm.* Germ. I. p. 64. *Koel.* Gram. p. 333. *Leers* Herb. p. 45. t. 12. f. 4.

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. ad sepes, in sylvis et dumetis ubique.

Radix longa, fibrosa, caespitosa. *Culmi* 2 - 3 - 4 - pedales, erecti, teretes, laeves, glabri, *nodis* 4 - 6 purpureis leviter pubescentibus notati. *Folia* longa, latiuscula, plana, rigidula. utrinque scabra, nuda, glauco - aut laete viridia. *Vaginae* longae, teretes, striatae, glabrae. *Ligula* brevissima, truncata. *Spica* 2 - 3 - 4 - uncialis et longior, arcta, disticha, pri-

primo erecta, dein apice magis minusve nutans, *Spiculae* solitariae, erectae, alternae, sessiles, lanceolatae, acutae, 3 - 5 - florum, adpressae, ex flavicante virides: *juniores teretes, adultiores ex tereti compressiusculae.*

Sequenti simillimum. Differt vero: *radice* fibrosa et nunquam repente, *spicis* demum nutantibus, *valvulis calycinis* constanter aristatis, *valvulae* corollinae exteriori in aristam duplo longiorem terminata.

2) *Tr. repens* spica erecta arcta disticha, glumis calycinis sub - 5 - nervibus 4 - 8 floris flosculisque aristatis et muticis, radice repente. *Kriechender Waizen, Quecke.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 481. Tjusd. Enum. p. 134. Pers. syn. pl. l. c. Schrad. Germ. p. 390. Hoffm. Germ. p. 65. Host. Gram. II. p. 17. t. 21. Schreb. Gram. II p. 24. t. 26. Koel. Gram. p. 346. Schkuhr. botan. Handb. I. p. 63. t. 20. Herb. Blackw. t. 537. Leers Herb. p. 44. t. 12. f. 3.*)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. ad sepes, ad muros, in hortis et vineis ubique abunde.

Radix maxime repens, teres, articulata, nodosa, nitida, alba. *Culmi* 2 - 3 - 4 - pedales, erecti, tenues, laeves, glabri, *nodis* 4 - 6 purpureis aut viridibus instructi. *Folia* linearia, plana, supra et marginibus scabra, subtus laevia, laete aut ex flavicante viridia. *Vaginae* teretes, laeves, glabrae, interdum villosiusculae. *Ligula* margo elevatus. *Spica* 2 - 4 uncias longa, erecta, tenuis, compressa, obtusa, disticha. *Spiculae* alternae, sessiles, ovatae, obtusae, glabrae, inferne quandoque binae aut ternae, laete aut ex flavi-

vicante virides, raro purpureae: *juniores* ex tereti compressiusculae, *adultiores* compressae.

Variat *culmis* et *foliis* glauco - viridibus, *foliis* interdum subvillosis, *spiculis* minoribus aut majoribus magis vel minus approximatis, *flosculis* acutioribus aut magis obtusis, *glumisque* totis pubescentibus.

3) *Tr. sativum* calyce 4 - floro ventricoso glabro imbricato aristato vel submutico. *Gemeiner W. Saatwaizen*.

(*Pers.* syn. pl. p. 109. *Koel.* Gram. p. 336.)

Tr. cereale Schrank. Bavar. I. p. 387. *G. M. Sch.* Flor. d. Wetter. I. p. 162.

Tr. vulgare. Willd. Enum. p. 133.

Tr. aestivum, *Tr. hybernum* L. sp. pl. ed. Willd. p. 476. et 477. *Moench.* Meth. p. 174. *Herb. Blackw.* t. 40.

Ann. bienn. Flor. Junio.

Hab. in campis apud Baschkiros, in regione inter Euphratim et Tigrim, in Tauria? (In agris colitur ubique, et ad vias inque agris requietis copiose sponte crescit.)

Culmi 2 - 4 - pedales, erecti: *nodis* 5 - 6 contractis viridibus aut purpureis. *Spica* crassa, arcta, subquadrangularis, obtusa. *Spiculae* sessiles, imbricatae, ventricosae.

Distinquntur: *T. aestivum* (*Sommer - Waizen*) *culmis* et *foliis* minoribus, *valvulis* aristatis vel muticis, *T. hybernum* (*Winter - Waizen*) *culmis* ac *foliis* majoribus, *valvulis* muticis aut subaristatis, *seminibusque* majoribus et magis farinosis.

4) *Tr. Spelta* calycibus 4 - floris truncatis, *flosculis* aristatis: intermedio neutro. *Dinkel - Waizen, Dinkel, Spelz.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 478. Ejusd. Enum. p. 134. Pers. syn. pl. p. 109. Koel. Gram. p. 338.*)

Ann. bienn. Flor. Junio.

Hab. in Persia. (Colitur hinc inde copiose.)

Praecedenti valde affine, differt vero: *culmis* plerumque humilioribus, *foliis* brevioribus et pallidioribus ex viridi flavescentibus, *spica* compressiuscula, *rachi* glabra, quae in praecedente pubescit, *valvulis calycinis* truncatis aut acuminatis, *glumis corollaceis* breviter aristatis aut muticis semen arcte includentibus et non, uti in *T. sativo* dimittentibus, *sterilibus* semper muticis.

5) *Tr. monococcum* calycibus sub - 3 - floris, flosculo altero aristato, intermedio sterili, *spica* disticha compressa. *Einkörniger Waizen, Einkorn, St. Peterskorn.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 479. Ejusd. Enum. p. 134. Pers. syn. pl. p. 109. Koel. Gram. p. 343. Moench. Meth. p. 175.*)

Ann. Flor. Junio.

Hab. in Tauriae campis apricis et ad latera collium Caucasi. (Colitur hinc inde, sed raro.)

Culmi 1 - 2 - 3 - pedales, erecti, firmi, glabri, *nodis* 4 - 6 parvis pubescentibus donati. *Folia* mucronata, plana, pubescentia, subscabra, ex viridi flavescentia. *Vaginae* ciliatae, glabrae aut praecipue inferne hirsutae. *Ligulae loco* utrinque pili longi albi. *Spica* compressa, disticha, arcta, subanceps, ex viridi flavescens vel brunea, aetate fusca. *Spiculae* imbricatae, sessiles, arcte adpressae, pubescentes.

Variat *spiculis* dispermis, *valvulis calycinis* acutis edentatis, *flosculisque* omnibus aristatis. (*Tr. dicoccon* Schrank. Bav. I. p. 389. *Koel. Gram.* p. 346. vulgo *Emmer*, s. *Emmerkorn*) et *spicis* cum *seminibus* nigrescentibus.

53. LOLIUM, *Lolch.*

1) *L. perenne* spiculis muticis calyce longioribus, radice perenni. *Ausdauernder Lolch*, *Winter-Lolch*, *englisches Rajgras*.

(*L. sp. pl. ed. Willd.* I. p. 461. *Ejusd. Enum.* p. 128. *Pers. syn. pl.* I. p. 110. *Schrad. Germ.* I. p. 397. *Heffm. Germ.* I. p. 62. *Host. Gram.* I. p. 20. t. 25. *Schreb. Gram.* II. p. 79. t. 37. *Koel. Gram.* p. 359. *Leers Herb.* p. 46. t. 12. f. 1. *Moench. Meth.* p. 53.)

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in pratis, ad muros, ad vias et plateas ubique copiosissime.

Culmi palmares, pedales et altiores, caespitosi, oblique adscendentes, adultiori aetate erecti, glabri, subcompressi. *Flia* linearia, mucronata, plana, glabra, laete viridia: *radicalia* culmeis angustiora. *Vaginae* compressae, laeves, glabrae. *Ligula* brevissima, truncata, incisa. *Spica* erecta aut subnutans, disticha, compresso-plana, 4 - 8 - uncialis, viridis. *Spiculae* alternae, sessiles, ovatae vel lanceolatae, compressae, glabrae, muticae, 5 - 9 florum.

Variat imprimis solo fertiliori *culmis* altioribus basi ramosis, *spicis* multo latioribus et ramosis.

2) *L. arvense* spiculis submuticis calycem aequantibus, radice annua. *Acker-Lolch.*

(*Willd.* Enum. p. 128. *Schrad.* Germ. p. 399. *Host.* Gram. III. p. 17. t. 25. *Smith.* Britan. Vol. I. p. 150. *Spreng.* Hal. p. 44.)

L. multiflorum β *Pers.* syn. pl. l. c. *Koel.* Gram. p. 366.

L. remotum *Hoffm.* Germ. p. 63.

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. inter segetes. (In agris prope *Himmelsporten*, *Mittelzell*, in monte *Krainberg*, circa *Burggrumbach*, *Maidbrunn*, *Mühlhausen*, *Abb. Heidenfeld* alibique.)

A priori, cum quo ob maximam affinitatem saepissime confunditur, *radice* praecipue brevi fibrosa annua ac nunquam repente, *culmis* altioribus tenuioribus semper erectis nunquam procumbentibus aut adscendentibus, *vaginis* perfecte teretibus; *spicis* longioribus et tenuioribus, *flosculis* muticis aut brevissime aristatis et *valvulis calycinis* aut spiculas aequantibus aut iis perparum longioribus differt.

3) *L. temulentum* spiculis aristatis calyce minoribus, radice annua. *Betäubender L.*, *Sommer-Lolch*, *Tollkorn*.

(*L. sp. pl. ed. Willd.* p. 462. *Ejusd.* Enum. p. 129. *Pers.* syn. pl. l. c. *Schrad.* Germ. p. 400. *Hoffm.* Germ. p. 63. *Host.* Gram. I. p. 20. t. 26. *Schreb.* Gram. II. p. 74. t. 36. *Koel.* Gram. p. 363. *Schkuhr.* botan. Handb. I. p. 55. t. 18. *Leers* Herb. p. 47. t. 12. f. 2.)

Bromus temulentus *Bernhard* Erf. p. 49.

Craepalia temulenta *Schrank.* Bav. n. 255.

Ann. Flor. Junio - Augusto.

Hab.

Hab. in agris et inter segetes passim copiose.

Radix annua, fibrosa, nunquam repens. *Culmi* 2 - 3 - pedales, erecti, firmi, teretes, scabriusculi, *nodis* 3 - 4 purpureis praediti. *Folia* linearia, plana, supra et marginibus scabriuscula, laete aut ex flavicante viridia. *Vaginae* teretes, striatae, glabrae aut scabriusculae. *Ligula* brevissima, obtusa, crenulata. *Spica* 5 - 11 - uncialis, erecta, firma, plana, compressa, disticha. *Spiculae* aristatae, alternae, sessiles, oblongo - ovatae, quam in praecedente minus compressae, glabrae, 5 - 9 flosculos continentes, virides et albae,

54. ELYMUS, *Haargras*.

1) *E. europaeus* spiculis scabris, flosculis aristatis, foliis planis flaccidis. *Europäisches Haargr.* *Wald - Haargras*,

(*L. sp. pl. ed. Willd.* I. p. 470. *Ejusd. Enum.* p. 132. *Pers. syn. pl.* I. p. 107. *Schrad. Germ.* I. p. 402. *Hoffm. Germ.* I. p. 63. *Host. Gram.* I. p. 22. t. 28. *Smith. Britan.* V. I. p. 144.)

Hordeum cylindricum *Mur. prodr.* p. 43. *Moench. Meth.* p. 198.

Cuyiera europaea *Koel. Gram.* p. 328.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvis, praecipue montosis. (In sylvis *Waldskugel*, *Veitshöchheim* et *Guttenberg* raro. Hinc inde in monte *Reißenberg* prope *Karsbach* et in der *Breit* prope *Wülfershausen*. Ex sylva *stettensi* specimina a *cl. Doct. Geist* accepi.)

Cul-

Culmus sesquipedalis, 2 - pedalis, erectus, teres, striatus, rigidus, glabriusculus: *geniculis* 3 - 4 fuscis villosiusculis. *Folia* longa, striata, utrinque retrorsum scabra. *Vaginae* teretes, pilis rigidiusculis retrorsum versis hirsutae. *Ligula* brevissima. *Spica* 2 - 3 - uncialis, erecta, rigida, cylindrica, viridis. *Spiculae* rachi adpressae, lanceolatae, acutae, compressae, 1 - 2 - florae, pedicellatae, ternae: *terminales* solitariae. *Flosculi* omnes hermaphroditi.

55. HORDEUM, Gerste.

1) *H. murinum* glumis calycinis intermediis lineari - lanceolatis ciliatis: exterioribus setaceis scabris. *Mauer - Gerste*, *Mäusegerste*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 474. Ejusd. Enum. p. 1038. Pers. syn. pl. I. p. 108. Schrad. Germ. I. p. 404. Hoffm. Germ. I. p. 64. Host. Gram. I. p. 25. t. 32. Koel. Gram. p. 322. Schkuhr. bot. Handb. I. p. 59. t. 19.*)

Ann. Flor. Junio - Augusto.

Hab. ad vias, ad muros, in ruderalis et plateis ubique copiosissime.

Culmi plures, palmares, pedales, erecti, basi incurvi, teretes, glabri, *nodis* 3 - 5 purpureis donati, omnino fere vaginis tecti, inferne interdum ramosi. *Folia* patentia, plana, latiuscula, utrinque villosiuscula, retrorsum scabra, laete viridia. *Vaginae* striatae, glabriusculae: *suprema* subventricosa. *Ligula* brevissima, obtusa, crenulata. *Spica* 2 - 3 - uncialis, ex tereti compressiuscula, lanceolata vel magis ovata, subhexasticha, erecta, postea magis inclinata.

Flo-

Flores imbricati, terni: *intermedio* sessili hermaphrodito fertili, *lateralibus* minoribus pedicellatis masculis vel neutris sterilibus.

2) *H. pratense* glumis calycinis omnibus setaceis scabris. *Wiescn - Gerste*.

(*Pers. syn. pl. l. c. Schrad. Germ. p. 405. Smith. Britan. V. I. p. 156.*)

H. secalinum L. sp. pl. ed. *Willd. p. 475. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. Host. Gram. I. p. 26. t. 33. Koel. Gram. p. 324. Spreng. Hal. p. 46. Gmel. Bad. I. p. 284.*

H. murin. β Linn. sp. pl. ed. 2. p. 126.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in pratis siccis et humidis, in locis graminosis, ad vias.

Ob maximam cum praecedente affinitatem saepissime etiam cum eo confunditur. Differt interea: *radice* perenni, *culmis* altioribus tenuioribus totis erectis supra medium nudis, *vaginis* exacte teretibus atque *suprema* nunquam subventricosa, *spicis* angustioribus brevioribus magis compressis plerumque purpurascens aut e fuscescente viridibus, *glumis calycinis* brevioribus aequalibus angustissimis setaceis scabris et non ciliatis, *aristisque* angustissimis brevioribus.

Variat *spicis* totis viridibus, *spiculis* nudis et pubescentibus, *foliis vaginisque* glaberrimis aut magis minusve pilosis, *radice* etiam, praecipue in terra humidiori fertili subbulbosa.

3) *H. vulgare* flosculis omnibus hermaphroditis aris atis. *Gemeine G., Saat - Gerste, Wintergerste.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 472. Ejusd. Enum. p. 1037. Pers. syn. pl. l. c. Koel. Gram. p. 317. Gmel. Bad. p. 279. Herb. Blackw. t. 423. Moench. Method. p. 197.*)

Ann. Flor. Junio.

Hab. in Sicilia circa Marzameni, et in Russia circa Samaram. (Colitur in agris.)

Culmi 2 - 3 - pedales, erecti, teretes, glabri, toti fere vaginis vestiti. Spica primo erecta, dein nutans, ex tereti compressa, obscure hexasticha: ordinibus 2 majoribus et magis erectis, ordinibus 4 minoribus. Flosculi omnes hermaphroditi: aristis scaberimis longissimisque spicam ipsam superantibus.

Variat *glumis corollaceis* maturis semen demittentibus, vel *seminibus* sponte decorticatis, vulgo *Hord. coeleste (Himmels - Gerste, nackte Gerste)* et *seminibus nigrescentibus (H. nigrum, Willd. Enum. l. c.)*

4) *H. distichon* flosculis lateralibus masculis muticis, seminibus angularibus imbricatis. *Zweizeilige G., Sommergerste, Futtergerste, kleine G.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 473. Ejusd. Enum. p. 1038. Pers. syn. pl. l. c. Koel. Gram. p. 320. Gmel. Bad. p. 281.*)

Ann. Flor. Junio.

Hab. ad Samaram Tatariae fluvium. (Colitur in agris.)

Ab *Hordeo vulgari* differt: *spicis* magis compressis superne paululum latioribus perfecte hexastichis: *ordinibus 4 intermediis* flosculis masculis sterilibus muticis, *ordinibus 2 oppositis* flosculis hermaphroditis fertilibus aristatis, et *seminibus* majoribus.

Variat praecipue solo fertiliori *culmis* multo altioribus et crassioribus basi ramosis, atque *seminibus* sponte decorticatis.

TRIGYNIA.

56. MONTIA, Montie.

1) *M. fontana* foliis subcarnosis oblongo - ovatis, pedunculis 1 - floris: fructiferis deflexis. *Quell-Montie, Brunnenmeyer.*

(*L. sp. pl. ed Willd. I. p. 487. Ejusd. Enum. p. 136. Schrad. Germ. I. p. 414. Hoffm. Germ. p. 66. De Vest Man. bot. p. 331. Schkuhr bot. Handb. I. p. 63. t. 20. Pers. syn. pl. I. p. III. Sturm. D. Flor. I. II.*)

Cameraria fontana Moench. Meth. p. 520.

Bienn. Flor. Majo - Augusto.

Hab. ad ripas, ad fontes et rivulos, inque graminosis humidis. (Ad scaturiginem in fossa oppidana prope dem Wasserthurm, et extra urbem prope dem Wasserfall. Ad rivulum am Fahrweege versus Dürrbach. Ad scaturigines prope Zell, Veitshöchheim, Karlstadt, Abb. Heidenfeld et alibi.)

Planta glabra succulenta *caulibus* pluribus dichotomis decumbentibus tenuibus teretibus 4 - 8 - uncialibus, in aquis profundioribus longioribus et magis erectis. *Folia* opposita, sessilia, spathulata, obtusa, integerrima. *Pedunculi* breves, 1 - flori, basi *bractea* aut *squamula* membranacea suffulti, ex alis superioribus prodeuntes. *Flores* parvi, albi, raro et sole modo acriori apperti, sub anthesi erecti, post anthesin nutantes.

Variat *calycibus* 3 - phyllis, et *floribus* 5 - andris.

57. HOLOSTEUM, *Nelkengras*, *Spurre*.

1) *H. umbellatum* floribus umbellatis, petalis apice denticulatis. *Geschirmtes Nelkengras*, *Doldensparre*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 489. Ejusd. Enum. p. 136. Pers. syn. pl. I. p. III. Schrad. Germ. I. p. 415. Schkuhr. bot. Handb. I. p. 64. t. 20. De Vest. Man. bot. p. 332.*)

Ann. Flor. Martio - Majo.

Hab. in collibus graminosis, in pomariis, vineis, in ruderatis et ad muros ubique.

Caules plures, digitales plerumque, et palmares, basi ramosi, apicem versus pubescenti - viscidum. *Folia* ovata, acuta, integerrima, crassiuscula, glabra, glaucescentia, in petiolum attenuata: *radicalia* in orbem disposita, *caulina* opposita sessilia connata. *Pedunculi* umbellati, inaequales, viscidum, bracteati: *flo-riferi* erecti, *fructiferi* elongati retrofracti. *Petala* aequalia, alba, quandoque rubicunda, apice varie incisa.

Variat *staminibus* 4 - 5 et totidem *pistillis*.



CLASSIS IV.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

58. GLOBULARIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 146. De Neck. el. bot. n. 182. Borkh. tent. n. 447.

Cal. communis polyphyllus imbricatus persistens: proprius inferus tubulatus 5 - fidus. Cor. labio superiori 2 - partito: inferiori 3 - partito. Receptaculum paleaceum. Sem. nuda.

59. DIPSACUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 148. De Neck. el. b. n. 199. Borkh. tent. n. 446.

Cal. communis polyphyllus persistens: proprius 1 - phyllus minimus superus integer. Corollulae 4 - fidae. Receptaculum paleaceum. Sem. solitaria margine calycino integro coronata.

60. SCABIOSA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 149. De Neck. el. b. n. 188. Borkh. tent. n. 445.

Cal. communis polyphyllus persistens: proprius duplex superus, exterior membranaceus, interior 5 - fidus. Receptaculum paleaceum.

61. SHERARDIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 156. De Neck. el. bot. n. 329. Borkh. tent. n. 403.

Cal. 1 - phyllus 4 - 6 - dentatus superus persistens. Cor. infundibiliformis 4 - fida. Sem. 2 tridentata.

62. ASPERULA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 157. De Neck. el. bot. n. 331. Borckh. tent. n. 407.

Cal. minimus 4 - dentatus superus. Cor. infundibiliformis. Sem. 2 coalita globosa.

63. GALIUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 162. De Neck. el. bot. n. 332. Borkh. tent. n. 404.

Cal. minimus 4 - dentatus superus. Cor. 1 - petala plana supera 4 - fida. Sem. 2 subrotunda edentula.

64. RUBIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 164. De Neck. el. bot. n. 330. Borkh. tent. n. 406.

Cal. minimus 4 - 5 - dentatus superus. Cor. supera campanulata 4 - 5 - fida. Baccae 2 siccae 1 - spermae.

65. PLANTAGO.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 186. De Neck. el. bot. n. 614. Borkh. tent. n. 388.

Cal.

Cal. 4 - fidus. *Cor.* rotata 4 - fida infera: *limbo* reflexo. *Stamina* longissima. *Caps.* 2 - locularis circumscissa polysperma.

66. CENTUNCULUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 189. *De Neck. el. b. n.* 611. *Borkh. tent. n.* 373.

Cal. 4 - fidus persistens. *Cor.* 4 - fida infera tubulosa: *limbo* patente. *Stamina* brevissima. *Caps.* 1 - locularis circumscissa polysperma.

67. SANSQUIORBA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 190. *De Neck. el. b. n.* 814. *Borkh. tent. n.* 370.

Cal. 2 - phyllus inferus. *Cor.* 4 - petala supera. *Germen* inter calycem et corollam.

68. CORNUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 194. *De Neck. el. bot. n.* 1173. *Borkh. tent. n.* 143.

Involucrum 4 - phyllum aut o. *Cal.* minimus 4 - dentatus inferus. *Petala* 4 supera. *Drupa* infera 2 - locularis.

69. TRAPA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 208. *De Neck. el. bot. n.* 812. *Borkh. tent. n.* 148.

Cal. 4 - fidus persistens. *Cor.* 4 - petala. *Nux* spinis 4 oppositis cincta, quae calycis folia fuere.

70. PARIETARIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 1576. De Neck. el. bot. n. 930. Borkh. tent. n. 36.

Cal. 4 - fidus inferus. Cor. o. Sem. calyce elongato tectum. Flores aliquot foeminei.

71. ALCHEMILLA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 222. De Neck. el. b. n. 935. Borkh. tent. n. 605.

Cal. 1 - phyllus 8 - fidus inferus: laciniis alternis minoribus. Cor. o. Sem. 1 nudum.

72. APHANES.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 223. De Neck. elem. bot. n. 936.

Cal. tubulatus 8 - fidus: laciniis alternis minimis. Cor. o. Sem. 2 calyce vestita: uno saepius abortivo.

73. SCIOPHILA.

Wibel. Flor. werth. p. 147. Roth. Fl. germ. I. p. 7c. (Majanthem.) G. M. Sch. Flor. d. Wetter, n. Lxviiij (Bifolium.)

Cal. o. Cor. 4 - fida: laciniis reflexis. Bacca 2 - locularis.

DIGYNIA.

74. CUSCUTA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 227. De Neck. el. b. n. 647. Borkh. tent. n. 389.

Cal.

Cal. 4 - 5 - fidus. *Cor.* 1 - petala subglobosa 4 - 5 - fida. *Stamina* (4 - 5) brevissima. *Caps.* carnosae 2 - locularis basi circumscissa. *Sem.* bina.

T E T R A G Y N I A.

75. P O T A M O G E T O N.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 234. De Neck. el. bot. n. 1668. Borkh. tent. 42.

Cal. 0. *Petala* 4 decidua. *Stylus* 0. *Sem.* 4 corticata acuminata gibba.

76. S A G I N A.

L. Gen. pl. ed. Schreb. n. 236. De Neck. el. bot. n. 843. Borkh. tent. n. 68. .

Cal. 4 - phyllus. *Cor.* 4 - petala. *Caps.* 4 - valvis 1 - locularis polysperma.

77. R A D I O L A.

Smith. Flor. britan. V. I. p. 202. Pers. Synops. pl. I. p. 153.

Cal. multifidus. *Cor.* 4 - petala. *Caps.* globosa supera 8 - valvis 8 - locularis. *Sem.* solitaria.

CLASSIS IV.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

58. GLOBULARIA, Kugelblume.

1) *G. vulgaris* caule simplicissimo, foliis radicalibus 3 - dentatis: caulinis lanceolatis. *Gemeine Kugelblume, blaue Maßlieben.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 540. Ejusd. Enum. p. 142. Pers. syn. pl. I. p. 118. Hoffm. Germ. F. p. 67. Schkuhr. bot. Handb. t. 21. De Vest Man. bot. p. 328.*)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in montosis, apricis. (In monte versus *sylvam vilihoechkeimensem* non procul a ruinis arcis *Ravenspurg* ante tres annos specimina tria legi. In monte *Kalbenstein* prope *Karlenburg* secundum exemplaria a *cl. D. Geist* mihi missa. In monte *Zabelstein* prope *Gerolshofen* ex trad. *cl. Antecess. Heilm.*)

Caulis digitalis, herbaceus, erectus totus, aut basi curvus, glaber, angulatus. *Folia* firma, nervosa, glabra, laete viridia: *radicalia* in orbem disposita, petiolata, ovata, apice emarginata sub - 3 - dentata: *caulina* minora, alterna, sessilia, lanceolata, vel lanceolato - oblonga. *Flores* plerumque coerulei, raro albi,

albi, sessiles, capitulum terminale densum calyce communi polyphylo dense imbricato suffultum formant.

59. *DIPSACUS*, *Karte*, *Kartendistel*.

1) *D. Fullonum* foliis sessilibus serratis, paleis uncinatis. *Weber - Karte*, *Walker - Karte*, *Weberdistel*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 543. Ejusd. Enum. p. 143. Pers. syn. pl. I. p. 119. Hoffm. Germ. I. p. 8. Schkuhr. Handb. t. 21. Herb. Blackw. t. 50. De Vest. Man. bot. p. 341.*)

Bienn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in arvis arenosis, ad vias hinc inde quasi sponte. (In agris et arvis prope *Thüngen* et *Aschach* raro. Copiosius prope *Königshofen* in arvis.)

Caulis 4 - 5 - pedalis, rectus, glaberrimus, angulosus, aculeatus. *Folia* oblonga, obtusa, glabra, inaequaliter serrata costis aculeatis: *radicalia* in petiolum attenuata, *caulina* connato - perfoliata. *Flores* albi aut dilute purpurei in capitulum oblongo - ovatum obtusissimum densum foliolis pluribus inaequali-longis rigidis mucronatis recurvatis involucreto collecti. *Paleae* rigidae, acuminatae, aduncae.

2) *D. sylvestris* foliis sessilibus serratis, paleis rectis. *Wilde Karte*, *Wald - Kartendistel*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 544. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. Jacq. Austr. t. 402. De Vest. Man. bot. p. 342.*)

Bienn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in hortis, ad sepes. (In Insula versus dem *Siechhaufe* raro. Ad sepes infra *Veitshöchheim* versus *Thüngersheim* et *Retzbach*. Ad ripas *Tuberis* prope *Röttingen* et alibi frequens.)

Caulis 4 - 6 - pedalis, rectus, glaber, sulcatus, rigidus, aculeatus. *Folia* opposita, connato - perforata, glabra, ovato - lanceolata, inaequaliter serrata costis aculeatis: *summa* angustiora, lanceolata, integerrima, marginibus hinc inde aculeata. *Capitulum* magnum figura prioris: *floribus* dilute purpureis aut albis. *Involucri foliola* majora, inaequalia, inflexa, capitulo longiora. *Paleae* rectae, lineares, setaceae, acutae, flexiles, flores multum excedentes.

3) *D. pilosus* foliis petiolatis appendiculatis, involucris foliolis capitulo subrotundo aequalibus. *Behaarte Karte.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. Jacq. Austr. t. 248. De Vest. Man bot. l. c.*)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in locis subhumidis, ad fossas, ad sepes. (In fossa oppidana prope dem *Sanderthore* per aliquot annos sponte crescentem observavi. Ad sepes hinc inde hortorum circa urbem. In Insula prope *Ochsenfurth* raro. In fossa oppidana *carolopolitana* cum *cl. D. Geist* semel legi.)

Caulis 3 - 5 pedalis, rectus, angulatus, inferne pilosus, superne aculeatus: *ramis* multis oppositis. *Folia* laete viridia, utrinque pilosa, costa media aculeata, opposita, ovata, acuminata, serrata. *Petioli* complanati, basi connati, et praecipue superiores utrinque *auricula* instructi. *Involucris foliola* foliacea,
pla-

plana, deflexa, capitulum subrotundum aequantia.
Flores albi. Paleae rectae, pilosissimae, ciliatae.

60. SCABIOSA, Krätzkraut.

Corollulis quadrifidis.

1) *Sc. arvensis* corollulis 4 - fidis radiantibus, foliis pinnatifidis incisissimis, caule hispido. *Acker - Krätzkraut, Apostemkraut, Grindkraut.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* l. p. 550. *EjUSD.* Enum. p. 145. *Pers.* syn. pl. l. p. 120. *Hoffm.* Germ. l. p. 69. *Schkuhr* Handb. t. 22. *Herb. Blackw.* t. 105. *De Vest.* Man. bot. p. 340.)

Perenn. Flor. Majo - Septembri.

Hab. in pratis, arvis, et ad vias ubique.

Caulis 1 - 2 - 3 - pedalis erectus, ramosus, teres, punctis nigricantibus pilosis hispido. *Folia* hirsuta: *radicalia* lanceolata serrata, *caulina* pinnatifida incisa: *lobis* distantibus, *summa* indivisa. *Capitula* terminalia, hemisphaerica, radiata. *Calyx* communis foliolis ciliatis: *proprie* denticulis 8 - 9 brevissimis villosis. *Corollulae* purpureo - coeruleae, incarnatae, interdum albae.

2) *Sc. sylvatica* corollulis 4 - fidis radiantibus, foliis omnibus indivisis ovato - oblongis serratis, caule hispido. *Wildes Krätzkraut, breitblättriges Apostemkraut.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 551. *EjUSD.* Enum. p. 146. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Jacq.* Austr. t. 362. *De Vest.* Man. bot. l. c.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in montosis sylvaticis. (Rarissime ad margines sylvae vitihoechheimensis, in sylvaticis prope Unterleinach, et im Huck prope Klingenstein. Etiam in monte supra Randersacker versus Theilheim semel legi.)

Caulis 2 - 3 - pedalis, erectus, teres, ramosus, punctis nigricantibus aut atro - purpureis pilosis undique hispidus. *Folia* opposita, ovato - oblonga, serrata, indivisa, utrinque hirsuta: *radicalia* in petiolum decurrentia, *caulina* sessilia amplexicaulia, *summa* integerrima. *Corollulae* radiantes, aut subaequales, e purpureo - violaceae. *Capitula* mediocria, subrotunda, laxa.

3) *Sc. succisa* corollulis 4 - fidis aequalibus, caule simplici: ramis approximatis, foliis lanceolato - ovatis integerrimis, capitulis subglobosis. *Abgebissenes Krätzkr. Teufels - Abbiß.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 548. Ejusdem Enum. p. 144. Pers. syn. pl. p. 119. Hoffm. Germ. p. 68. Herb. Blackw. t. 142. De Vest. Man. bot. l. c. Knorr. thesaur. I. t. T. 7.*)

Succisa pratensis Moench. Meth. p. 489.

Perenn. Flor. Augusto - Octobri.

Hab. in sylvaticis subhumidis, et umbrosis ubique.

Radix praemorsa. *Caulis* 1 - 2 - pedalis, erectus, teres, glaberrimus, inferne simplex, superne in ramos aliquot oppositos minime divaricatos divisus. *Folia radicalia* in orbem digesta petiolata ovata integerrima, *caulina* opposita subsessilia lanceolata integra, quandoque denticulata, *suprema* lineari - lanceo-

cæolata integerrima. *Capitulum* subrotundum, densum, antrorsum nutans. *Corollulae* violaceo - coeruleae.

Corollulis quinquefidis,

4) *Sc. columbaria* corollulis 5 - fidis radiantibus, foliis radicalibus ovatis lyratisque crenatis, caulinis pinnatis linearibus. *Tauben - Krätzkr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 552. *EjUSD.* Enum. p. 146. *Pers.* syn. pl. p. 120. *Hoffm.* Germ. p. 69. *De Vest.* Man. bot. p. 341.)

Succisa columbaria Moench. Meth. l. c.

Perenn. Flor. Julio - Septembri.

Hab. in montibus, et ad colles fere ubique.

Caulis 1 - 2 - 3 - pedalis, erectus, ramosus, teres, glaber, inferne quandoque villosus. *Folia radicalia* in petiolum decurrentia ovata s. lyrata crenata utrinque pilosa, *caulina* sessilia pilosa pinnata: *foliolis* linearibus angustissimis, fere setaceis: *laciniis* distantibus, *suprema* linearia, integerrima. *Capitula* terminalia, hemisphaerica, densa, erecta: *floribus* violaceo - coeruleis aut pallide purpurascentibus, maxime radiantibus.

Varietas foliis omnibus pinnatifidis, *caulinis* bipinnatis: *pinnis* pinnatifidis, *summis* pinnatis linearibus in pratis siccis, inque collibus herbidis passim occurrit. *Scab. germanica* *Wolff.* *M. D.* ?

5) *Sc. ochroleuca* corollulis 5 - fidis radiantibus; foliis linearibus pinnatis: radicalibus bipinnatis. *Blaßgelbes Krätzkraut.*

(L. sp. pl. ed. Willd. p. 559. *EjUSD.* Enum. p. 148. *Pers.* syn. pl. p. 121. *Hoffm.* Germ. l. c. *Jacq.* Austr. t. 439. *De Vest.* Man. bot. l. c.)

Per un. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in siccis montanis, in collibus herbidis. (In monte dürrbacensi prope dem Schenkenschloße et versus Veitshöchheim. In monte Nicolai prope Capellam, in collibus siccis juxta sylvam Waldskugel, et prope Giebelstadt. In montibus prope Randersacker, Eivelstadt, Karlstadt, et alibi non adeo infrequens.)

A praecedente, cui maxime affinis, florum praecipue colore constantissime flavescente - albido differt.

Per plurimos annos in horto nostro botanico culta eandem semper retulit faciem.

61. SHERARDIA, *Sherardie.*

1) *Sh. arvensis* foliis omnibus verticillatis, floribus terminalibus. *Acker - Sherardie, Sternkraut.*

(L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 574. *EjUSD.* Enum. p. 150. *Pers.* syn. pl. I. p. 124. *Hoffm.* Germ. I. p. 70. *Schkuhr.* Handb. t. 22. *De Vest.* Man. bot. p. 351.)

Ann. Flor. Julio - Septembri.

Hab. in arvis requietis, inter segetes, in vineis. (In agris, in arvis et inter segetes auf dem Galgen - und Krainberge, apud Geldersheim, Bergtheim, Dettelbach, Mühlhausen, Versbach, Remlingen, Homburg, Frickenhausen alibique passim.)

Caulis digitalis, palmaris, plerumque decumbens aut erectiusculus, tetragonus, scaber, ramosus, vel
sim-

simplex. *Folia* sessilia, ovato - lanceolata, mucronata, aspera, laete viridia, verticillata: *inferiora* saepissime quaterna, *superiora* sena, quina, aut septena. *Flores* violaceo - coerulei, interdum carnei, sessiles, terminales, fasciculato - umbellati, supremo foliorum verticillo involucrati.

62. ASPERULA, Waldmeister, Mejerich.

1) *A. odorata* foliis octonis lanceolatis, florum fasciculis pedunculatis, fructu hispido. *Wohlrriechender Waldm., Sternleberkraut, Majenkraut.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 575. Ejusd. Enum. p. 150. Pers. syn. pl. I p. 124. Hoffm. Germ. I. p. 70. Schkuhr. Handb. t. 23. Herb. Blackw. t. 60. De Vest. Man. bot. p. 350.*)

Galium odoratum Scopol. Carn. I. p. 105.

Perenn. Flor. Maj, Junio.

Hab. in sylvis, et nemoribus humidis ubique.

Radix repens. *Caulis* digitalis, palmaris, pedalis, erectus, tetragonus, glaber, simplicissimus. *Folia* sessilia, lanceolata, integerrima, glabra, marginibus scabra, ad quodvis geniculum 8 aut 7 - 9 verticillata. *Flores* albi, odorati, pedunculati, in *corymbo* terminali ramoso 3 - fido fasciculato. *Fructus* pilis uncinatis hispidus.

2) *A. arvensis* foliis senis lineari - lanceolatis, florum fasciculis sessilibus, bracteis ciliatis minutis, fructu glabro. *Acker - Waldm., blaues Ackersternkraut.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 576. Pers. syn. pl. l. 6. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c.*)

Ann. flor. Maj. Junio.

Hab. in arvis, inter segetes. (Inter segetes et in agris requietis auf dem *Galgen - und Krainberge*, prope *Mühlihausen, Rimpar, Arnstein, Veitshöchheim, Retzbach, Stetten ad Werram, Remlingen, Homburg et alibi.*)

Radix fibrosa. *Caulis* palmaris, pedalis, erectus, tetragonus, dichotomus, plus minusve scaber. *Folia* ad caulis genicula 6 - 8 verticillata, sessilia, lineari-lanceolata, margine revoluta, supra glabra, subtus scabra. *Flores* violaceo - coerulei, parvi, sessiles, terminales, dense fasciculati: *bracteis* pluribus lanceolatis ciliatis cincti. *Fructus* glaber.

3) *A. tinctoria* foliis linearibus: inferioribus senis, intermediis quaternis, caule flaccido, corollis plerisque 3 - fidis, fructu glabriusculo. *Färbender Waldmeister.*

(*Linn. sp. pl. ed. Willd. p. 578. Ejusd. Enum. p. 151. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 351.*)

Galium tinctorium *Scopol. Carn. p. 101.*

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in sylvaticis montosis, in saxosis asperis, et apricis. (In monte versus dem *Kloster Unterzell* rarissime. In monte *Kalbenstein* prope *Karlenburg*, et in monte *Vogelsburg* non procul ab oppidulo *Volkach* aliquoties legi. Crescit etiam prope dem *Zabelstein sec. cl. antecess. Heilm.* et in asperis prope *Schleichach.*)

Radix sublignosa, ramosa, repens. *Caulis* palmaris, 1 - 2 - pedalis, debilis, erectiusculus vel decumbens,

bens, obsolete tetragonus, striatus, glaber, inferne scabriusculus, ad genicula tumidus, ramosus: ramis flaccidis. Folia sessilia, linearia, angusta, glabra, siccata convoluta: inferiora sena, intermedia quaterna, suprema et ramea bina opposita. Bractee oppositae, lanceolatae pedunculis breviores. Flores in corymbis terminalibus, fasciculatis, multifloris. Corollae albiae, saepissime 3 - fidae, 3 - andrae. Fructus glabriusculus.

4) *A. cynanchica* foliis quaternis linearibus: superioribus oppositis, floribus corymboso - paniculatis, corollis 4 - fidis, fructu scabriusculo. *Hügel-Walameister*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 579. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c.*)

Galium cynanchicum Scopol. Carn. l. c.

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in montosis, ad colles, in saxosis, et arenosis ubique.

Radix repens. Caules plures digitales, palmares, ramosissimi, dichotomi, quadranguli, scabri, debiles, decumbentes: apicibus erectis. Folia opposita, linearia, apicem versus paulo latiora, inaequalia, glabra, marginibus scabra: inferiora recurva quaterna, suprema bina. Bractee minimae, lineari - setaceae. Pedunculi 3 - fidi, 3 - flori. Corollae 4 fidae, purpurascentes aut albiae, extus pubescentes. Fructus glabriusculus vel parum scaber.

63. GALIUM, *Labkraut*.*Fructu glabro.*

1) *G. palustre* foliis quaternis inaequalibus obovatis planis scabris, caulibus diffusis superne ramosissimis. *Sumpf - Labkr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. p. 585. Ejusd. Enum. p. 152. Pers. syn. pl. l. p. 125. Hoffm. Germ. l. p. 71. De Vest. Man. bot. p. 346.*)

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. ad ripas, in fossis, et paludibus passim.

Caules 1 - 4 pedales, ramosissimi, diffusi, procumbentes, demum erectiusculi, tetragoni, scabri. *Folia* quaterna, inaequalia, patentia, recurva, obovata, plana, scabra. *Flores* candidi in paniculis corymbosis 3 - fidis laxis: *pedunculis* 3 - fidis. *Fructus* laevis.

Var. foliis quinis et senis.

2) *G. uliginosum* foliis senis lanceolatis retrorsum serrato - aculeatis mucronatis canleque rigidis, corollis fructu majoribus. *Morast - Labkr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 595. Ejusd. Enum. p. 154. Pers. syn. pl. p. 126. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 348.*)

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in pratis uliginosis, ad fossas, ad ripas.

Caules digitales, palmares, erecti vel declinati, tetragoni, retrorsum aculeati, ramosi, geniculati, basi saepe repentes, et radicantes. *Folia* sena, lanceo-

ceo-

ceolata, mucronata, glauco - viridia, basi retrorsum, apicem versus antrorsum setulis minimis scabra. Flores albidii, interdum rubicundi in corymbis terminalibus: pedunculis brevibus 3 - fidis. Fructus per lentem punctis elevatis scaber.

3) *G. scabrum* foliis suboctonis linearibus scabris mucronatis, caule subtetragono adscendente basi ramoso. *Scharfes Labkr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 590. Ejusd. Enum. p. 152. Hoffm. Germ. I. p. 72. Jacq. austr. t. 422. De Vest. Man. bot. p. 346.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in nemorosis montosis. (Prope *Versbach* versus *Rimpar*, et im *Taenn* versus *Dürrbach*, *Mühlhausen*, *Majnbrunn*. In monte *zellensi* infra *Unterzell*, in montibus *Soden* - et *Reißenberg*. Auf dem *Hohwann* prope *Haßfurth*. In monte *Adelsberg* prope *Gemünden*. In siccis sylvae *Klaushügel* versus *Klosterhausen* alibique haud frequens.)

Caulis palmaris, pedalis, adscendens, basi attenuatus, hispidus atque ramosus, superne scaber divaricato - ramosus: ramis rigidulis. *Folia* linearia, angusta, mucronata, 7 - 9, inferiora hispido - scabra, superiora scabriuscula. *Pedunculi* subtrichotomi. *Flores* albi, odorati. *Corollae* patentissimae: laciniis lanceolatis acuminatis. *Fructus* glaber.

4) *G. glaucum* caule tereti stricto, foliis octonis subtus canaliculatis, ramis pedunculisque trichotomis. *Graues Labkr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 593. Ejusd. Enum. p. 153. Pers. syn. pl. p. 127. Hoffm. Germ. p. 73. Jacquin Austr. t. 81. De Vest. Man. bot. p. 347.*)

G. campanulatum Villars Delph. 2. p. 326. t. 7.
Wibel, Werth. p. 131.

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in montosis, saxosis, ad muros.
 (Ad muros et ad vias versus *Veitshöchheim* satis frequens. In muris et in saxosis inter vineas *des Steinberges*. Ad muros et ad vias der *Stein-Weinberge* prope *Karlstadt*, in monte arcis *Karlsburg* ibidem, et in monte *Kalbenstein* prope *Karlsburg*.)

Caulis sesqui - 2 - pedalis, erectus, strictus, teres, ramosus, laevis, geniculatus, rore glauco adspersus. *Folia* linearia, angusta, mucronata, rigida, scabriuscula, subtus canaliculata, glauco - viridia: inferiora octona, summa quaterna. *Panicula* corymbosa, diffusa: *pedunculis* trifidis erectis. *Corollae* majusculae, subcampanulatae, purpurascentes aut albae. *Fructus* bini, oblongi, glabri.

5) *G. austriacum* foliis suboctonis glabris mucronatis, caule diffuso, ramis floriferis subtrichotomis. *Oesterreichisches Labkraut*.

(*L. sp. pl. ed. Willd.* p. 587. *Pers. syn. pl.* p. 127. *Jacq. austr.* t. 80. *De Vest. Man. bot.* p. 346.)

G. glabrum Hoffm. *Germ. I.* p. 72.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in saxosis apricis, etiam in sylvaticis. (In monte juxta dem *Bürgerwald* prope *Röttingen* specimen unicum legi. In *sylva gramschatzensi* et auf dem *Hexenbruch* invenit *cl. D. Lehmann*.)

Caules palmares, filiformes, diffusi, tetragoni, erectiusculi, glaberrimi, ad nodos rotundati. *Folia* pa-

patentia, linearia, mucronata, 5 ad 10, integerrima glaberrimaque. *Flores* albidi, erectiusculi, in pedunculis trichotomis aphyllis. *Fructus* subincurvi, nigricantes.

6) *G. erectum* foliis suboctonis glabris antrorsum aculeato - serrulatis mucronatis, paniculis trichotomis. *Aufrechtes Labkr.*

(*Pers.* syn. pl. l. c. *Smith.* Britan. V. I. p. 176. *Hoffm.* Germ. I. p. 72.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in pratis siccis, in pascuis. (In siccis prope sylvam stettensem sec. specimen a cl. M. D. Geist mihi communicatum. Raro in pascuis des *Hexenbruchs*, *Lehm.*)

Caulis palmaris et altior, ramosissimus, flaccidus, erectiusculus, glabriusculus. *Folia* 6 - 7 - 8, elliptico - lanceolata, mucronata, glabra, margine antrorsum aculeato - serrulata. *Paniculae* multiflorae, terminales et laterales, trichotomae, foliosae. *Corollae* albae, acuminatae. *Fructus* parvus, laevis

7) *G. verum* foliis octonis linearibus sulcatis scabriusculis, floribus paniculatis congestis, ramis floriferis brevibus. *Wahres, gelbes Labkraut. Frauenstroh.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 590. *Ejusd.* Enum. p. 152. *Pers.* syn. pl. p. 127. *Hoffm.* Germ. p. 73. *Schkuhr.* Handb. t. 23. *Herb. Blackw.* t. 435. *De Vest.* Man. bot. p. 347.)

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in pratis, versuris, et ad vias ubique.

Cau-

Caulis 1 - 2 - 3 - pedalis, erectus vel adscendens, teretiusculus s. obsolete quadrangulus, durus, scabriusculus, ramosus, geniculatus. *Folia* sessilia, integerrima, margine revoluta, linearia, acuta, rigidula, scabriuscula: *caulina* octona, *ramea* sena verticillata. *Flores* saturate lutei, odorati, in panicula terminali speciosa subcontracta densa multiflora: *pedunculis* 3 fidis. *Fructus* subrotundi, laeves.

8) *G. Mollugo* foliis octonis lineari - lanceolatis mucronatis planis scabriusculis, panicula divaricata, caule flaccido. *Weißes Labkr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c.*)

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in pratis, in campis, et ad vias ubique.

Caules 2 - 3 - 4 - pedales, erectiusculi, debiles, tetragoni, glabri, ramosi, geniculati. *Folia* lineari-lanceolata, plana, marginibus scabriuscula et serrulata, mucronata, patentia, sessilia: *inferiora* octona, *ramea* sena, *suprema* bina opposita. *Flores* albi in paniculis fasciculatis, subdiffusis, 3 - 5 - fidis. *Fructus* rugosus, glaber.

Variat foliis angustioribus et latioribus.

9) *G. sylvaticum* foliis octonis lanceolatis planis utrinque laevibus: floralibus binis, pedunculis capillaribus elongatis, caule laevi stricto. *Wald-Labkraut.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 591. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c.*)

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab.

Hab. in sylvis et nemoribus frequens.

Caulis 2 - 4 - pedalis, erectus, subtetragonus, laevis, glaber, ramosus, geniculatus, rore glauco obductus. *Folia* glauco - viridia, lato - lanceolata, plana, mucronata, utrinque laevia, margine scabriuscula: *inferiora* octona, sena, *floralia* bina opposita. *Panicula* 3 - fida, diffusa: *pedunculis* elongatis capillaribus 3 - fidis. *Flores* albi, ante anthesin nutantes. *Fructus* parvus, laeviusculus.

10) *G. spurium* foliis senis lanceolatis carinatis scabris retrorsum aculeatis, pedunculis axillaribus 3 - floris. *Unächtes Labkr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 594. Ejusd. Enum. p. 154. Pers. syn. pl. p. 126. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 348.*)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. inter segetes passim

Caulis pedalis, sesquipedalis, erectus, saepe ascendens et prostratus, tetragonus, basi tantum ramosus, coeteram simplex, geniculatus: *angulis* setis recurvis scabris. *Folia* sena, octona, lanceolata, mucronata, margine et carina retrorsum setis scaberima. *Pedunculi* axillares, solitarii aut bini, tetragoni, apice 3 - fidi et 3 - flori. longitudine foliorum. *Corollae* albae. *Fructus* globosus, primo rugosus, maturitate laevis.

11) *G. cruciatum* foliis quaternis ovatis hirsutis, caule simplici piloso, pedunculis lateralibus 2 - phyllis. *Kreuzförmiges Labkraut.*

(*Scopol. Flor. carniol. I. p. 100. Smith. Britan. V. I. p. 173.*)

Valantia cruciata L. sp. pl. ed. Willd. IV. p. 951. *Ejusd.* Enum. p. 1040. *Pers.* syn. pl. I. p. 129. *Hoffm.* Germ. II. p. 274. *Sturm.* D. Flor. I. 7. *Herb. Blackw.* t. 76. *De Vest.* Man. bot. p. 349.

Perenn. Flor. Majæ — Augusto.

Hab. in dumetis, nemoribus et sylvis fere ubique.

Caules plures pedales sesquipedales, debiles, diffusi, erectiusculi s. procumbentes, tetragoni, scabriusculi, pubescentes, simplices et ut folia laete virides. *Folia* late ovata, acutiuscula, integra, quaterna, patentia, molliuscula, pilosa. *Flures* parvi, aurei, corymbosi, pedunculati, ad genicula caulis congesti, hermaphroditici masculis intermixti. *Corollae* plerumque 4 - rarius 3 - fidae aut 5 - fidae. *Fructus* reniformi - globosus, glaber, pedicello reflexo infidens.

12) *G. Bocconi* foliis senis - octonis planis scabris mucronatis, caulibus tetragonis prostratis basi pubescentibus, pedunculis subtrichotomis. *Bocconisches Labkr.*

(L. sp. pl. ed. Willd. p. 587. *Ejusd.* Enum. p. 152. *Sprengel* Flor. halens. p. 51. *De Vest.* Man. botan. p. 346.)

G. sylvestre Pollich. Fl. palat. n. 151. *Roth.* Germ. T. I. P. II. p. 180. *Wib.* Werth. p. 132.

G. scabrum Pers. syn. pl. I. p. 127.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in montosis saxosis, in collibus asperis, inque nemorosis. (Im Taenn inter Versbach et Dürrbach. Im versbacher Forst. In nemorosis prope Mühlhausen, et Gramschutz. In asperis, et mon-

montosis versus *Waldbüttelbrunn*. In montibus *Soden* et *Reißenberg*. In monte *Schwammberg* prope *Kitzingen*, et in monte *Hohwann* apud *Maßfurth* alibique.)

Caules palmares, pedales, debiles, adscendentes, erectiusculi, plerumque prostrati, tetragoni, striati, basi hirsuti vel pubescentes, superne glabri et ramosi. *Folia* scabra, lineari-lanceolata, mucronata, margine hispidula, plana: inferiora hirsuta octona, ramea nuda sena. *Rami floriferi* elongati: *pedunculis* erectis angulatis glabris 2 - 3 - fidis. *Corollae* albae. *Fructus* subrotundus, glaber.

Fructu hispido.

13) *G. boreale* foliis quaternis lanceolatis 3-nerviis scabriusculis, caule erecto. *Nordisches Labkraut*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 595. Ejusd. Enum. p. 154. Pers. syn. pl. p. 128. Hoffm. Germ. p. 74. De Vest. Man. bot. p. 349.*)

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in pratis, dumetis, inque sylvaticis. (Ad margines *sylvae viitihoeckheimensis* raro. In dumetis et pratis prope *der Waldskuge* hinc inde. In saltu *Guttenberg* prope *der Teufelsgrube*. In dumetis prope *Frauenroth, Hassenbach, Riedenberg*, in graminosis udis *des Kreuzberges* et alibi.)

Caulis palmaris, pedalis, sesquipedalis, erectus, strictus, tetragonus, geniculatus, scabriusculus: superne ramosus. *Folia* patentia, subaequalia, lanceolata, obtusa, mucronata, glabra, carina et margine tantum scabriuscula, 3-nervia, quaterna: floralia bina. *Flores* albi in corymbis racemosis, densis, mul-

trifloris: *pedunculis* sub - 3 - fidis. *Fructus* setis hispidus.

Variat foliis angustissimis, fructuque minus hispido.

14) *G. Aparine* foliis octonis lanceolatis carinatis scabris retrorsum aculeatis, geniculis villosis. *Anklebendes Labkraut, Klebkraut, Zaunreis.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 597. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. Herb. Blackw. t. 39. De Vest. Man. bot. l. c.*)

Ann. Flor. Majo — Septembri.

Hab. in dumetis, cultis, et ad sepes ubique.

Caulis 2 - 4 - pedalis et altior, tetragonus, ramosus, debilis, scandens, ramosissimus, scaberrimus: *geniculis* tumidis villosis. *Folia* laete viridia, lanceolata, mucronulata, marginibus et carina setis retrorsum scaberrima et adhaerentia, sena, octona. *Flores* parvi, albidi vel flavescentes, fasciculati, terminales et axillares: *pedunculis* divisissimis scabris. *Fructus* magnus globosus, setis uncinatis hispidus.

64. RUBIA, Roethe.

1) *R. Tinctorum* foliis subsenis, caule aculeato scandente. *Färber - Röthe, Krapp.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. p. 603. Ejusd. Enum. p. 155. Pers. syn. pl. l. p. 129. Hoffm. Germ. l. p. 75. Schkuhr. Handb. t. 23. Herb. Blackw. t. 326. De Vest. Man. bot. p. 345.*)

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab.

Hab. ad sepes. (Raro in hortis extra urbem et ad eorum sepes quasi sponte, inque dumetis prope *Kleinlangheim* et *Königshofen*.)

Caulis 2 - 3 - 4 - pedalis, scandens, ramosissimus, diffusus, angulatus, geniculatus, spinulis recurvis obsessus. *Folia* verticillata, plerumque sena aut quina vel quaterna, ovato - lanceolata, acuminata, rigida, supra glabra, subtus et margine aculeata. *Flores* parvi, flavi, apice unquiculati, 4 - 5 fidi. *Baccæ* geminae, glabrae, globosae, nigrae.

Stamina saepius 5.

65. PLANTAGO, *Weegerich*.

1) *Pl. major* foliis ovatis glabris, scapo tereti, spica cylindrica: flosculis imbricatis. *Großer, breiter Weeger.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 641. Ejusd. Enum. p. 159. Pers. syn. pl. I. p. 138. Hoffm. Germ. I. p. 75. Schkuhr. bot. Handb. t. 23. Herb. Blackw. t. 35. De Vest. Man. bot. p. 343.*)

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in pratis, pascuis, ad vias et plateas ubique.

Folia omnia radicalia, ovata, obtusa, integra vel remote denticulata, in petiolum decurrentia, subtus nervis 7 - 9 eminentibus in petiolum continuatis praedita. *Scapi* plures erecti, teretes, nudi, scabriusculi. *Spica* terminalis 3 - 5 - uncialis, cylindrica, densa. *Flores* sessiles, imbricati.

2) *Pl. media* foliis ovato - lanceolatis pubescentibus, scapo tereti, spica cylindrica brevi. *Mittlerer Weeger.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 642. *Ejusd.* Enum. p. 160. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. bot. l. c. *Knorr.* thesaur. II. t. P.)

Perenn. Flor. Majo - Augusto.

Hab. cum praecedente ubique.

A priori *foliis* minus obtusis minoribus plerumque 5 - nerviis utrinque pubescentibus, *petiolis* brevissimis dilatatis, *spica* densiore ac multo breviora, et *staminibus* dilute purpureis differt.

3) *Pl. lanceolata* foliis lanceolatis, *spica* subovata nuda, scapo angulato. *Spitziger Weegerich*, *Rippenkraut*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 643. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 76. *Herb. Blackw.* t. 14. *De Vest.* Man. bot. l. c. *Knorr* thesaur. II. t. P. 2.)

Perenn. Flor. Majo — Augusto.

Hab. in pratis, pascuis, in cultis, et ad vias ubique.

Folia lanceolata, elongata, in petiolum decurrentia, 3 - 5 - 7 - nervia, subhirsuta, integra aut denticulata. *Scapi* erecti, palmares, pedales, sulcato-angulosi. *Spica* brevis, densa, ovata, albo nigroque varia.

66. CENTUNCULUS, *Centunkel*, *Kleinling*.

1) *C. minimus* foliis alternis ovatis, floribus sessilibus. *Kleinster Centunk.* *Wiesen - Kleinling*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 653. *Pers.* syn. pl. I. p. 141. *Hoffm.* Germ. I. p. 77. *Schkuhr.* Handb. t. 24. *De Vest.* Man. bot. p. 342.)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab.

Hab. in arenosis humidis, ad ripas. (In Insula versus dem Siechhaufe rarissime. Ad ripas moeni versus Ochsenfurth, Frickenhausen, Ewelstadt, et infra Karlstadt hinc inde. In agris etiam provenit arenosis infra Waldberg et alibi.)

Caulis 1 - 2 - uncialis, adscendens, tenuis, teres, glaber, simplex aut basi tantum parum ramosus. Folia alterna, sessilia, ovata, integerrima, crassiuscula, patentia. Flores axillares, sessiles, solitarii. Corollae regulares, exiguae, albae vel rubicundae, pellucidae, maximo solis aestu tantum expansae. Capsulae globosae, maturae rubellae.

67. S A N Q U I S O R B A, *Wiesenknopf.*

1) *S. officinalis* spicis ovatis. *Offizineller Wiesenkno. Blutkraut, Speierlinggras.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 633. Ejusd. Enum. p. 163. Pers. syn. pl. I. p. 141. Hoffm. Germ. I. p. 78. Schkuhr. bot. Handb. t. 24. De Vest. Man bot. p. 345.*)

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in pratis subhumidis, et montosis. (In monte circa arcem Marienburg rarius. In pratis et locis graminosis prope Zell, Theilheim, Westheim, Ochsenfurth, Gofsmannsdorf, Zellingen, Retzbach, Karsbach, alibique passim. Copiose in pratis ad Abb. Heidenfeld.)

Caulis 2 - 3 pedalis et altior, erectus, subangulatus, ramosus, saepe e fusco rubellus. Folia alterna, impari - pinnata: foliolis oppositis, pedicellatis, cordato - ovatis, obtusis, acute et inaequaliter serratis, glabris, venosis, basi saepe foliolis minimis stipulaeis acutis. Spicae terminales, solitariae, erectae, bre-

breves, ovatae, obtusae: floribus sessilibus dense imbricatis atro - sanguineis, superioribus primum expansis.

68. CORNUS, Hartriegel.

1) *C. mascula* umbellis involucrium aequantibus, Gelblühender Hartr. Kornelkirsche.

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 661. Ejusd. Enum. p. 165. Pers. syn. pl. I. p. 143. Hoffm. Germ. I. p. 78. Schkuhr bot. Handb. t. 24. Herb. Blackw. t. 121. De Vest Man. bot. p. 353. Schmidt Baumz. t. 63. Knorr. thes. I. t. Z.*)

Frutex. Flor. Mart. Aprili ante foliorum eruptionem.

Hab. copiose in hortis, et ad eorum sepes quasi sponte.

Frutex aut arbor mediocris: ramis patentissimis. Folia opposita, breviter petiolata, ovata, acuminata, integerrima, scabra. Flores pedunculati, flavi, umbellati: involucrio 4 - phyllo colorato suffulti. Drupa oblonga, utrinque obtusa, nitida, cinnabarina.

Variat fructibus majoribus et minoribus, albidis et flavescens, floribusque 5 - andris.

2) *C. sanguinea* cymis planis involucrio destitutis. Rother Hartr. Hundbeerstrauch.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 662. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c. Schmidt Baumz. t. 66.*)

Frutex Flor. Jun. Julio.

Hab. ad sepes, in dumetis, et sylvis ubique.

Frutex mediocris: ramis erectis virgatis per hyemem et primo vere sanguineis. *Folia* petiolata, opposita, ovata, integra, venosa, glabra, utrinque viridia, subtus pallidiora, sero autumnno rubescentia. *Cymae* terminales, multiflorae, planiusculae absque involucrio. *Corollae* albae. *Drupa* globosa pisi magnitudine, nitida, nigra.

Variat fructibus maturis nigrescenti - coeruleis.

69. T R A P A, *Wassernuß*.

1) *T. natans* foliorum natantium petiolis ventricosis. *Schwimmende Wassernuß*, *Seenuß*, *Stachelnuß*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 681. Ejusd. Enum. p. 168. Pers. syn. pl. I. p. 147. Hoffm. Germ. I. p. 79. Schkuhr. bot. Handb. t. 25. De Vest Man. bot. p. 352.*)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in aquis stagnantibus, et lente fluentibus. (In lacu prope *Abbat. Heidenfeld cum Ill. B. d. Bodeck* specimina 2 legi. Ad lacum versus *Karlstadt*, et ad ripas *Moeni* ibidem detexit *cl. Antec. Heilm.* Ad ripas *Moeni* inter dem *Burkardsthore* et *Heidingsfeld*, inque labu fossae oppidanae prope dem *Wasserthurm* aliquoties invenit *Pater meus defunct.* Raro etiam in lacu *erlaccensi* prope *Erlach* provenit.)

Radix praelonga, sub aqua repens, articulata, fibris multis capillaceis verticillatis aucta. *Caules* longi, teretes, glabri, sub aqua repentes. *Folia immersa* multifido - capillaria: superiora natantia, in orbem congesta, rhomboidea, obtusa, profunde dentata, supra glabra et laete viridia, subtus fusco-

tomen-

tomentosa. *Petioli* longi, tomentosi, in medio **ven-**
tricosi, vesicarii. *Flores* brevius pedunculati, albi.
Anna matura durissima, cornubus s. spinis 4 cincta,
viridis, aetate nigra.

70. PARIETARIA, *Glaskraut*.

1) *P. officinalis* foliis lanceolato - ovatis basi
1 - nervibus, caule erectiusculo. *Officinelle Glaskr.*
St. Peterskraut.

(*L. sp. pl. ed. Willd. IV. p. 953. Ejusd. Enum.*
p. 1040. Prs. syn. pl. II. p. 555. Hoffm. Germ.
II. p. 275. Schkuhr. Handb. t. 344. Sturm Deutschl.
Flor. I 9. Herb. Blackw. t. 56. De Vest. Man.
bot. p. 354.)

Pereun. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in ruderatis, ad muros. (Hinc inde
ad muros *fossae oppidanæ*, et in ruderatis inter *hortos*
et *vineas* inter *dem neuen* et *pleichacher Thore* non
procul a via versus *Rimpar* raro. Passim ad muros
munimentorum interiorum arcis *Marienburg*. Inter
ruinas arcium *Reichelshelm* prope *Aub*, *Karlsburg* apud
Karlstadt, et *Boientauben* prope *Kissingen*, alibique.)

Caulis palmaris, pedalis et altior, erectiusculus
teres, fragilis, nitens, rubello - viridis. *Folia* alter-
na, petiolata, lanceolato - ovata, integerrima, scabrius-
cula, laete viridia, subtus pallidiora. *Flores* conglome-
merati, axillares, sessiles, parvi, albidi. *Involucrum*
7 - fidum, 3 - florum: *flosculo centrali* foemineo.

71. ALCHEMILLA, *Frauenmantel*.

1) *A. vulgaris* foliis plicatis lobatis. *Gemeiner*
Frauenm. Sinau, Löwenfuß.

(*L.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 698. *Ejusd.* Enum. p. 170.
Pers. syn. pl. I. p. 149. *Hoffm.* Germ. I. p. 79.
Sturm D. Flor. I. 2. *Herb. Blackw.* t. 72. *De Vest.*
 Man. bot. p. 354. *Knorr.* thesaur. II. t. A. 9.)

Perenn. Flor. Majo - Augusto.

Hab. in umbrosis ubique.

Caulis digitalis, palmaris et altior, erectus, teres, villosus, superne paniculatus. *Folia* reniformia, plicata, pubescentia, acute dentata, lobata: lobis rotundatis confluentibus, *radicalia* longe petiolata *caulinis* multo ampliora. *Stipulae* magnae, foliaceae, inciso-serratae, amplexicaules. *Flores* breviter pedicellati, viridi-flavescentes, corymbosi, terminales.

72. APHANES, Ohmkrout.

1) *A. arvensis* foliis 3-lobis pubescentibus, floribus axillaribus glomeratis sub-1-andris. *Communes Ohmkr. Acker - Steinbrech.*

(*L.* spec. pl. p. 179. *Pollich.* Fl. palat. nro. 169. *Gmel.* Flor. badens. I. p. 3. *Pers.* syn. pl. I. p. 150.)

Alchemilla Aphanes *L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 699. *Hoffm.* Germ. I. p. 79. *Schkuhr.* botan. Handb. 1. 26. *De Vest.* Man. bot. p. 354.

Alchemilla arvensis *Scopol.* Fl. carn. I. p. 115.

Ann. Flor. Majo - Septembri.

Hab. in agris arenosis, inter segetes fere ubique.

Caulis 1-2-3-uncialis, erectiusculus s. pro-umbens, ramosissimus, diffusus, villosus-canescens. *Folia* breviter petiolata, alterna, villosa, subrotunda,
 da,

da, 3 - loba: *lobis* cuneiformibus inciso - partitis. *Stipulae* amplexicaules, villosae, ciliatae, dentatae. *Flores* exigui, virides, hirsuti, subsessiles, axillares, fasciculati, saepissime etiam 1 - andri et 2 - gyni.

75. SCIOPHILA, *Schattenblümchen*.

1) *Sc. convallarioides* foliis petiolatis cordatis. *Zauckenähnliches Schattenbl. Zweiblatt.*

(*Wib.* Werth. p. 147.)

Convallaria bifolia L. sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 164. *Ejusd.* Enum. p. 377. *Pers.* syn. pl. I. p. 373. *Hoffm.* Germ. I. p. 163. *Sturm.* D. Flor. I. 13. *De Vest.* Man. bot. p. 553.

Majanthemum Convallaria Roth. Germ. I. p. 70. T. II. p. I. p. 196. *Bernh.* Erf. p. 88.

M. cordifolium Moench. Method. p. 638.

Bifolium cordatum G. M. Sch. Flor. der Wetter. I. p. 209.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in sylvis nemoribusque fere ubique frequens.

Caulis digitalis, sesquidigitalis, erectus, simplicissimus, teretiusculus s. angulosus, glaber, inferne punctis purpureis adspersus, *foliis* tantum 2 petiolatis alternis cordato - ovatis glabris integerrimis laete viridibus: *altero* majori. *Flores* parvi albi, odorati, pedicellis brevibus tenuibus *in racemo terminali* ovato, obtuso, multifloro, circiter unciali. *Bacca* globosa, immatura pallide viridis punctis rubellis, maturitate purpurea immaculata.

Variat interdum foliis tribus.

DIGYNIA.

74. CUSCUTA, Flachs - Seide.

1) *C. europaea* aphylla filiformis, floribus aggregatis sessilibus, staminibus nudis. *Europäische Flachs - Seide, Seidenkraut.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 702. Pers. syn. pl. I, p. 289. Hoffm. Germ. I. p. 80. Schkuhr. bot. Handb. t. 27. Sturm D. Flor. I. 10. Herb. Blackw. t. 554. De Vest. Man. bot. p. 355.*)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. ad sepes, in Urtica dioica, Erica vulgari, Artemisia campestri et vulgari, in Carduis et aliis plantis parasitica.

Caules praelongi, filiformes, glaberrimi, aphylli, implexi, subdichotomi, flavescenti - virides, fusci aut purpurascens, *radiculas* papillares ex internodiis emittentes. *Flores* in alis ramorum aggregati, subsessiles, albidi aut dilute rubri.

2) *C. Epithymum* aphylla filiformis, floribus sessilibus aggregatis, staminibus basi squama crenata munitis. *Thymian - Flachsseide, kleines Seidenkraut.*

(*Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c.*)

C. europaea β *L. sp. pl. ed. Willd. l. c.*

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in plantis minoribus parasitica, praecipue in Thymo Serpyllo.

A priori *caule* breviori, tenuissimo, fere capillari, magisque colorato, *calycibus* atque *corollis* minoribus constanter 5 - fidis, et *staminibus* 5 squamis crenatis *germini* incumbentibus differt.

T E T R A G Y N I A.

75. POTAMOGETON, Saamkraut.

1) *P. natans* foliis superioribus oblongo - ovatis petiolatis natantibus. *Schwimmendes Saamkr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 712. Ejusd. Enum. p. 173. Pers. syn. pl. I. p. 152. Hoffm. Germ. I. p. 81. Schkuhr Handb. t. 28. Sturm D. Flor. I. 9. De Vest. Man. bot. p. 357.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in fossis, lacubus, piscinis et ad ripas fere ubique.

Radix repens: *fibris* praelongis simplicibus. *Caulis* longissimi, teretes, simplices, superne divisi. *Folia inferiora* submersa linearia alterna, *superiora* natantia opposita magna oblongo - ovata integra glabra subcoriacea: *petiolis* praelongis planis. *Spica* cylindrica, obtusa, densa, fere digitalis, *florens* ex aqua emersa. *Pedunculi* crassiusculi, longi, teretes. *Flores* sessiles rubelli aut fusco virides.

Variat *caulibus* tenuioribus et brevioribus, *foliis* angustioribus, *spicisque* tenuioribus, minus densis.

2) *P. fluitans* foliis inferioribus, longissimis lanceolatis membranaceis, superioribus ovali - lanceolatis coriaceis: omnibus petiolatis. *Fluß - Saamkr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 713. Pers. syn. pl. I. c. Hoffm. Germ. I. c. De Vest. Man. bot. p. 358.*)

Perenn. Flor. Julio.

Hab. in lacubus, aquis lente fluentibus, et ad ripas fluviorum. (In lacu fossae oppidanæ pro-

prope dem *Wasserthurm*. Ad moeni ripas inter *Karlstadt* et *Gemünden*. Im *Altwasser* prope *Abb. Heidenfeld* raro. Ad *Werram* prope *Werneck* aliquoties invenit *Am. Wolff*.)

Radix maxime repens: *fibris* praelongis simplicibus. *Caules* 4 - 6 - pedales, teretes, ramosi, natantes. *Folia* alterna: *petiolis* praelongis tenuibus erectis: *inferiora* fere pedalia, lanceolata, acuminata, membranacea, subpellucida, submersa, *superiora* ovali - lanceolata, utrinque attenuata, in petiolum decurrentia, coriacea, laete viridia, natantia, inferioribus quidem latiora, sed multo breviora. *Pedunculi* petiolis crassiores, sed breviores. *Spica* subrotunda, obtusa, aquae innatans: *floribus* parvis rubicundis.

An sit praecedentis sola *varietas*, observationibus hucusque exploratum satis nondum est.

3) *P. perfoliatum* foliis cordatis amplexicaulibus omnibus immersis. *Durchwachsenes Saamkr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man bot. l. c.*)

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in fossis, lacubus, in rivulis, et ad ripas. (Ad lacus *fossae oppidanae*, et in rivulo ibidem. Ad Moeni ripas prope *Marienburghausen* et *Kitzingen*. In rivulo prope *Arnstein, Büchold*, et *Gänheim*. Ad rivum prope *Waldaschach* juxta molam alibique saepe copiose.)

Planta tota, praeter spicas, plerumque immersa. *Radix* longa, articulata, repens. *Caules* praelongi, teretes, ramosi, tenues, maxime foliosi. *Folia* utri-

formia, alterna, sessilia, amplexicaulia, cordato-ovata, undulata, glaberrima, nitida, viridia, reticulata, pellucida, 5 - nervia. *Pedunculi* foliis longiores cauleque paulo crassiores, axillares. *Spica* brevis, densa, fusca.

4) *P. lucens* foliis ovato - lanceolatis in petiolos desinentibus: omnibus immersis. *Glänzendes Saamkr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p 714. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. bot. l. c.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in fossis, lacubus, ad ripas. (Ad scaturiginem juxta dem *Wasserthurm* fossae oppidanae inque lacu ibidem. In lacu prope *Erlach*. Ad ripas *Moeni* prope *Zell* et *Veitshöchheim* raro. Ad ripas *Salae* prope *Schanderfeld*. Ad rivum prope *Lbern* et alibi.)

Radix repens, ramosa. *Caules* toti immersi; teretes, ramosi, glabri. *Folia* ovato - lanceolata, obtusa, nervosa, plana, integerrima, laete viridia, splendentia, pellucida: *inferiora* alterna in petiolum desinentia; *suprema* opposita sessilia. *Spica* cylindrica, laxa, multiflora, fusco - virens, ex aqua emersa.

5) *P. crispum* foliis lanceolatis alternis oppositise undulatis serratis: omnibus immersis. *Krausblättriges Saamkr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 82. *De Vest.* Man. bot. p. 359.)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab.

Hab. in fossis, lacubus, rivulis et ad ripas ubique.

Radix repens, ramosa. *Caules* longi, toti immer-
si, compressiusculi, angulati, ramosi, rubelli. *Folia*
lanceolata, serrata, crispato - undulata, 3 - nervia,
semiamplexicaulia, pellucida. splendentia: *inferiora*
remotta alterna, *superiora* magis approximata oppo-
sita. *Pedunculi* axillares foliis breviores, cauleque
tenuiores. *Spica* brevis, pauciflora: *floribus* 4 - 6
rubicundis.

6) *P. compressum* foliis linearibus obtusis, cau-
le compresso. *Flachstengliches Saamkr.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 715. *Ejusd.* Enum. l. c.
Pers. syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.*
Man. bot. l. c.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

*Hab. in stagnis, ad ripas, et scaturigi-
nes.* (Ad lacum fossae oppidanae juxta dem *Wasser-
thurm.* Ad ripas Moeni prope *Insulam* apud *Ochsen-
furth.* Ad lacus *erlaccenses* prope *Erlach.* Ad rivu-
lum *sylvae guttenbergensis* alibique raro.)

Radix repens, valde fibrosa. *Caules* longi, com-
pressi, glaberrimi, ramosi, toti sub aqua natantes.
Folia sessilia, linearia, angustissima, obtusa, inte-
gerrima, glabra, laete viridia, pellucida: *inferiora*
alterna, *suprema* opposita. *Pedunculi* complanati,
axillares, caule tenuiores, et foliis breviores. *Spica*
emersa, parva, 4 - 6 - flora.

7) *P. marinum* foliis alternis linearibus distinc-
tis basi vaginantibus. *Meer - Saamkraut.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 716. Hoffm. Germ. I. c. De Vest. Man. bot. p. 360.*)

P. pectinatum Pers. syn. pl. I. p. 152. Smith, Fl. britan. Vol. I. p. 197. Spreng. Fl. hal. p. 58.

Perenni. Flor. Jun. Julio.

Hab. passim cum prioribus.

Radix repens, tuberculis nonnunquam obsessa. *Caulis* immersus, praelongus, teres, filiformis, articulatus, basin versus saepe dilute rubelli, ramosissimi, dichotomi: ramis approximatis. *Folia* laete viridia graminea, disticha, congesta, sessilia, angustissima, linearia, basi semper vaginantia. *Stipulae* perangustae, breves, plerumque lacerae, foliorum vaginis adnatae. *Pedunculi* axillares, solitarii, exserti, erecti, foliis longiores, crassiusculi. *Spica* florens subinterrupta, brevis: deflorata longior, et valde interrupta.

76. SAGINA, Mastkraut.

1) *S. procumbens* caulibus procumbentibus glabris, petalis brevissimis. *Niederliegendes Mastkr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 718. Fjusd. Enum. p. 173. Pers. syn. pl. I. p. 153. Hoffm. Germ. I. p. 83. Schkuhr. Handb. t. 27. De Vest. Man. bot. p. 356.*)

Ann. Flor. Majo - Augusto.

Hab. in pascuis humidiusculis, in arenosis inundatis, et juxta vias ubique.

Caulis plures, 2 - unciales, vel digitales, tenues, glabri, ramosi, flavescenti - virides, procumbentes.

Fo-

Folia opposita, sessilia, connata, linearia, mucronata, plana, glabra, laete viridia: *radicalia* caespitosa, *suprema* subfasciculata. *Pedunculi* axillares, foliis longiores, solitarii, 1 - flori: *floriferi* erecti, *fructiferi* apice nutantes. *Flores* maximo tantum solis aestu expansi. *Petala* alba, parva, calyce breviora.

Variat floribus apetalis, et staminibus 5.

2) *S. apetal*a caulibus erectiusculis pubescentibus, petalis obsoletis. *Kronenloses Mastkr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd.* p. 719. *Pers. syn. pl.* l. c. *Hoffm. Germ.* l. c. *De Vest. Man. bot.* p. 357. *Gmel. Bad.* I. t. I.)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in agris, ad vias, ad muros. (Ad vias inter vineas circa urbem, prope *Veitshöchheim*, et alibi. In agris am *Glacis*, prope *Gerbrunn*, *Biebergau*, *Rimpar*, *Versbach*, *Mühlhausen*, *Geldersheim*, *Poppenhausen*, et alibi.)

Caules plures, digitales, erectiusculi, tenerrimi, capillares, pubescentes, atro - virides. *Folia* opposita, sessilia, pubescentia, lineari - subulata. *Pedunculi* elongati, alterni, capillares, pilosiusculi, primo nutantes, demum erecti. *Calyx* clausus, margine purpurascens. *Petala* alba, minutissima, vix conspicua.

3) *S. erecta* caule erecto sub - 1 - floro. *Aufrechtes Mastkraut.*

(*L. sp. pl. ed. Willd.* l. c. *Hoffm. Germ.* p. 84. *De Vest. Man. bot.* p. 357. *Gmel. Bad.* I. p. 393.)

Alsinella erecta Moench. Meth. p. 222.

Moenchia quaternella Ehrh. Beitr. II. p. 178.

Ann. Flor. April. Majo.

Hab. ad margines agrorum et vinearum, in sterilibus sabulosis. (Hinc inde raro ad vineas der Harfe, et im oberen Krombühel. Ad margines agrorum prope Bütthardt, Schlüsselfeld, et Tiefenthal. In sterilibus inter Retzbach et Thingen.)

Planta glauco - viridis. *Caulis* 1 - 2 - uncialis, erectus, simplicissimus, strictus, glaber. *Folia* opposita, connato - sessilia, lanceolata, acuta, erecta, rigida, plana, glabra. *Pedunculus* terminalis, solitarius, (rarius bini) elongatus, 1 - florus. *Flores* clausi aut apice tantum subaperti. *Calycis foliola* rigida, acuta, glauca, margine membranacea. *Petala* alba, minuta, calyce breviora.

Variat floribus 6 - 8 - andris, et 5 - gynis.

77. RADIOLA, Strahlkraut.

1) *R. Millegrana* caule ramosissimo dichotomo. *Vielsaamiges Strahlkraut.*

(*Smith* Flor. brit. Vol. I. p. 202. *Sprengel.* Flor. halens. p. 57. *Pers.* syn. pl. I. p. 153.)

R. Linoides Roth. Germ. I. p. 71. II. p. 199.

Wib. Werth. p. 147.

R. dichotoma Moench. Meth. p. 288.

Linum Radiola sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1542.

Hoffm. Germ. I. 152. *De Vest.* Man. bot. p. 535.

Ann. Flor. Junio - Augusto.

Hab.

Hab. in pratis et pascuis arenosis, in inundatis. (Ad ripas Moeni prope *Himmelsporten, Veitshöchheim, Thüngersheim, Eivelstadt, Prickenhausen, Sulzdorf* etc. In arenosis prope *Sommerach, Nordheim, Escherndorf, Astheim, Volkach, et Waldberg.* In Insula versus dem *Siechhaufe* at alibi.)

Caulis 1 - 2 uncialis, erectus, filiformis, ramosissimus, glaber, e glauco rubellus. *Folia* parva, opposita, sessilia, glabra, ovata, acuta, integerrima. *Flores* pedunculati e dichotomia caulis solitarii, erecti, minuti. *Petala* subrotunda alba.

 CLASSIS V.

 PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

78. MYOSOTIS.

L. Gen. pl. ed. Schreb. n. 240. De Neck. el. bot. n. 450. Borkh. tent. n. 363.

Cal. 5 - partitus persistens. *Cor.* hypocrateriformis 5.- fida, tubo brevissimo recto, *fauce* clausa fornicibus. *Sem.* 4 glabra aut echinata.

79. LITHOSPERMUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 241. De Neck. el. bot. n. 452. Borkh. tent. n. 355.

Cal. 5 - partitus persistens. Cor. infundibiliformis: fauce perforata nuda. Stam. corolla breviora. Sem. 4 ossea nitida.

80. ANCHUSA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 242. De Neck. el. b. n. 449. Borkh. tent. n. 362.

Cal. 5 - partitus persistens. Cor. infundibiliformis, tubo basi prismatico, fauce clausa 5 fornicibus. Sem. 4 oblongiuscula gibba basi insculpta,

81. CYNOGLOSSUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 243. De Neck. el. b. n. 454. Borkh. tent. n. 361.

Cal. 5 - partitus: fructiferus planus. Cor. infundibiliformis: fauce clausa 5 fornicibus. Sem. arillata depressa latere posteriore stylo affixa.

82. PULMONARIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 244. De Neck. el. bot. n. 455. Borkh. tent. n. 354.

Cal. prismatico - pentagonus 5 - dentatus. Cor. infundibiliformis: fauce pervia. Sem. 4 subrotunda.

83. SYMPHYTUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 245. De Neck. el. bot. n. 456. Borkh. tent. n. 357.

Cal.

Cal. 5 - partitus pentagonus persistens. *Corollae limbus* tubulato - ventricosus: *fauce* clausa radiis 5 subulatis conniventibus. *Sem.* 4 acuta conniventia.

84. BORAGO.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 248. De Neck. el. b. n. 457. Borkh. tent. n. 359.

Cal. 5 - partitus, post anthesin clausus. *Cor.* rotata: *fauce* radiis clausa. *Sem.* 4 rugosa receptaculo excavato inserta.

85. ASPERUGO.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 249. De Neck. el. b. n. 453. Borkh. tent. n. 360.

Cal. 5 - fidus post anthesin increscens compressus. *Cor.* infundibiliformis: *tubo* recto, *fauce* clausa squamulis 5 conniventibus. *Sem.* 4 oblonga compressa.

86. LYCOPSIS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 250. De Neck. el. bot. n. 451. Borkh. tent. n. 365.

Cal. 5 - partitus. *Cor.* tubo curvato, *fauce* clausa squamis 5 convexis. *Sem.* 4.

87. ECHIUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 251. De Neck. el. b. n. 458. Borkh. tent. n. 366.

Cal. 5 - partitus. *Cor.* irregularis subcampanulata: *fauce* nuda ampla. *Stam.* tubo corollae longiora. *Stigma* 2 - partitum. *Sem.* 4.

88. ANDROSACE.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 257. De Neck. el. bot. n. 633. Borkh. n. tent. 376.

Involucrum umbellulæ, *Cal.* campanulatus angulosus 5 - dentatus. *Cor.* hypocrateriformis: tubo ovato, fauce coarctata glandulosa, *Caps.* 1 - locularis globosa apice dehiscens.

89. PRIMULA.

L. Gen. pl. ed. Schreb. n. 258. De Neck. el. bot. n. 632. Borkh. tent. n. 375.

Cal. ventricosus pentagonus 5 - dentatus, *Cor.* tubo cylindrico recto, fauce pervia. *Caps.* teres 1 - locularis apice decemdentato dehiscens.

90. MENYANTHES.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 263. De Neck. el. b. n. 652. Borkh. tent. n. 381.

Cal. 5 - fidus persistens. *Cor.* 5 - fida: laciniis reflexis intus villosis. *Stigma* 2 - fidum. *Nectaria* 5 ad basin germinis. *Caps.* 1 - locularis 2 - valvis erecta.

91. HOTTONIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 265. De Neck. el. bot. n. 631. Borkh. tent. n. 379.

Cal. 5 - fidus persistens. *Cor.* hypocrateriformis: limbo 5 - fido plano. *Stam.* tubo corollæ imposita. *Stigma* globosum. *Caps.* 1 - locularis.

92. LYSIMACHIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 269. De Neck. el. bot. n. 659. Borkh. tent. n. 499.

Cal. 5 - partitus persistens. Cor. rotata 5 - fida. Stigma obtusum. Caps. globosa mucronata 1 - locularis 10 - valvis apice dehiscens

93. ANAGALLIS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 270. De Neck. el. bot. n. 658. Borkh. tent. n. 378.

Cal. 5 - partitus persistens: laciniis carinatis. Cor. rotata 5 - partita. Filamenta hirsuta. Stigma capitatum. Caps. circumscissa 1 - locularis.

94. CONVULVULUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 287. De Neck. el. b. n. 641. Borkh. tent. n. 393.

Cor. campanulata 5 - plicata. Stigm. 2 simplicia. Nectar. germeu basi ambiens. Caps. 2 - locularis: loculis 2 - spermis.

95. CAMPANULA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 290. De Neck. el. b. n. 378. Borkh. tent. n. 372.

Cor. campanulata: fundo clauso valvis 5 staminiferis. Stigma 3 - fidum. Caps. infera poris lateralibus dehiscens.

96. PHYTEUMA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 292. De Neck. el. b. n. 377. Borkh. tent. n. 371.

Cor.

Cor. primo corniculata, a basi dein dehiscens, 5-partita rotata: *laciniis* linearibus laxis. *Stigma* 2-fidum. *Caps.* subrotunda 2 - 3 - locularis: *foraminibus* lateralibus dehiscens.

97. LONICERA.

L. Gen. pl. ed. Schreb. n. 319. De Neck. elem. bot. n. 219. Borkh. tent. n. 412.

Cal. 5 - fidus exiguus persistens. *Cor.* 1 - petala tubulosa 2 - labiata: *laciniis* revolutis. *Bacca* infera 2 - locularis polysperma.

98. VERBASCUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 331. De Neck. el. bot. n. 661. Borkh. tent. n. 400.

Cor. 5 - partita rotata subaequalis. *Stam.* declinata barbata. *Stigma* obtusum simplex. *Caps.* supera subrotunda 2 - valvis 2 - locularis.

99. DATURA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 332. De Neck. el. bot. n. 674. Borkh. tent. n. 392.

Cal. tubulosus angulosus 5 - dentatus deciduus: *basi orbiculata* persistente. *Cor.* infundibiliformis plicata: *angulis* aristatis. *Stigma* lamellatum. *Caps.* 2 - locularis 4 - valvis *basi calycis* imposita.

100. HYOSCYAMUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 333. De Neck. el. bot. n. 672. Borkh. tent. n. 402.

Cal.

Cal. 5 - fidus persistens. *Cor.* infundibiliformis irregularis: *limbo* 5 - fido obtuso. *Stam.* inclinata. *Caps.* operculata 2 - locularis.

101. A T R O P A.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 335. De Neck. el. bot. n. 702. Borkh. tent. n. 419.

Cal. 5 - fidus persistens. *Cor.* regularis campanulata 5 - fida. *Stam.* extrorsum arcuata. *Stigma* capitatum. *Bacca* globosa 2 - locularis calyci insidens.

102. P H Y S A L I S.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 336. De Neck. el. b. n. 705. Borkh. tent. 508.

Cor. campanulato - rotata 5 - fida. *Stam.* conniventia; *antheris* subcoalitis. *Bacca* intra calycem inflatum coloratum 2 - locularis.

103. S O L A N U M.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 337. De Neck. el. b. n. 706. Borkh. tent. n. 507.

Cal. 5 - fidus acutus persistens. *Cor.* rotata 5 - loba. *Antherae* subcoalitae apice poro gemino dehiscentes. *Bacca* 2 - locularis polysperma.

104. C H I R O N I A.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 349. De Neck. el. bot. n. 664. Moench. Method. p. 449.

Cal. 5 - dentatus persistens. *Cor.* infundibiliformis 5 - fida. *Stam.* tubo corollae inserta; *antheris* demum spiralibus. *Caps.* 2 - locularis.

105. RHAMNUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 358. De Neck. el. bot. n. 801. Borkh. tent. n. 618.

Cal. campanulatus 4 - 5 fidus. Petala squamae 4 - 5 staminibus oppositae, calycis incisuris insertae. Drupa 2 - 5 sperma. (Flor. hermaphrod. et dioici.)

106. EVONYMUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 373. De Neck. el. b. n. 779. Borkh. tent. n. 63.

Cal. planus. Petala 4 - 5. Caps. 4 - 5 - gona 4 - 5 - locularis 4 - 5 valvis colorata. Sem. calyptrata.

107. RIBES.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 390. De Neck. el. b. n. 816. Borkh. tent. n. 608.

Cal. superus campanulatus - 5 - fidus deciduus. Petala 5 et Stamina calyci inserta. Stylus 2 - fidus. Bacca infera succosa polysperma.

108. HEDERA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 395. De Neck. el. b. n. 266. Borkh. tent. n. 132.

Cal. 5 - dentatus. Petala 5 oblonga basi dilatata. Bacca globosa 5 - locularis 5 - sperma calyce cincta.

109. VITIS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 396. De Neck. el. b. n. 962. Borkh. tent. n. 131.

Cal.

Cal. 5 - dentatus minimus *Petala* 5 apice calyp-
tratim cohaerentia emarcida. *Stigma* sessile. *Bacca*
5 - sperma supera.

110. T H E S I U M.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 410. De Neck. el.
bot. n. 937. Borkh. tent. n. 606.

Cal. 1 - phyllus persistens 5 - dentatus superus,
cui *Stamina* inserta. *Cor.* 0. *Nux* infera ovalis 1 -
sperma calyce tecta.

111. V I N C A.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 419. De Neck. el.
bot. n. 416 Borkh. tent. n. 396.

Cal. 5 - fidus. *Cor.* contorta hypocrateriformis
5 - partita infera: *fauce* pentagona *Antherae* sagit-
tatae. *Foliculi* 2 erecti *semina* oblonga nuda inclu-
dentes.

112. V I O L A.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 1364. De Neck. el.
bot. n. 1385. Borkh. tent. n. 346.

Cal. 5 - phyllus basi productus. *Cor.* 5 - petala
irregularis postice cornuta. *Antherae* apice membra-
nula cohaerentes. *Caps.* supera 3 - valvis 1 - locu-
laris.

113. J A S I O N E.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 1362. De Neck. el.
bot. n. 376. Borkh. tent. n. 511.

Cal. communis polyphyllus: *proprius* 1 - phyllus
5 - partitus superus. *Cor.* profunde 5 - partita: *la-*
ciniis

antheris linearibus. *Stigma* clavatum 2 - fidum. *Antherae* basi cohaerentes. *Caps.* infera 2 - locularis polysperma apice dehiscens.

114. IMPATIENS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 1365. De Neck. et. bot. n. 1387. Borkh. tent. n. 347.

Cal. 2 - phyllus deciduus. *Cor.* 5 - petala irregularis: *petalo superiore* calcarato. *Antherae* apice connatae. *Caps.* supera 5 - valvis: *valvulis* spiraliter desilientibus.

DIGYNIA.

115. ASCLEPIAS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 429. De Neck. et. bot. n. 411. Borkh. tent. n. 650.

Contorta. *Nectaria* 5 ovata concava corniculum exserentia. *Foliculi* 2. *Sem.* papposa.

116. HERNIARIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 434. De Neck. et. bot. n. 933. Borkh. tent. n. 92.

Cal. 5 - partitus inferus persistens. *Cor.* 0. *Filamenta* 10: 5 sterilibus alternis. *Caps.* 1 - sperma calyce tecta.

117. ATRIPLEX.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 1577. De Neck. et. bot. n. 926. Borkh. tent. n. 39.

Flores hermaphroditi et foeminei. *Cal.* 5 - phyllus. *Cor.* o. *Stylus* 2 - partitus. *Sem.* I compressum. In flor. foemineis *cal.* 2 - phyllus.

118. CHENOPODIUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 435 De Neck. el. bot. n. 921. Borkh. tent. n. 38.

Cal. 5 - phyllus 5 - gonus inferus persistens. *Cor.* o. *Sem.* I lenticulare superum calyce clauso tectum.

119. BETA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 436. De Neck. el. bot. n. 923. Borkh. tent. n. 37.

Cal. 5 - partitus basi carnosus. *Cor.* o. *Sem.* I reniforme intra substantiam baseos calycis.

120. ULMUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 443. De Neck. el. bot. n. 876. Borkh. tent. n. 45.

Cal. 5 - fidus inferus persistens interne coloratus. *Cor.* o. *Samara* compresso - membranacea.

121. GENTIANA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 450. De Neck. el. bot. n. 620. Borkh. tent. n. 383.

Cal. subcampanulatus 5 - dentatus persistens. *Cor.* I - petala basi tubulosa: limbo 4 - 5 - fido. *Caps.* supera 1 - locularis 2 - valvis polysperma: seminibus valvulis insertis.

UMBELLATAE.

122. ERYNGIUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 456. De Neck. el. bot. n. 307. Borkh. tent. n. 153.

Flores capitati paleis distincti. Involucrum polyphyllum. Cal. proprius 5 - phyllus superus. Corollulae 5 - petalae. Fructus ovatus calyce et squamulis muricatus.

123. HYDROCOTYLE.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 457. De Neck. el. bot. n. 298. Borkh. tent. n. 154.

Umbella simplex: involucri 4 - phyllo. Petala integra. Fructus a latere compressus gibbus.

124. SANICULA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 458. De Neck. el. bot. n. 290. Borkh. tent. n. 156.

Umbellae confertae subcapitatae. Involucra persistentia. Petala inflexa. Flosculi disci abortientes. Fructus setis hamatis hispidus.

125. ASTRANTIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 459. De Neck. el. bot. n. 305. Borkh. tent. n. 155.

Involucra partialia latiuscula patentia aequalia colorata. Flosculi radii masculi, centrales hermaphroditi fertiles. Umbella simplex. Fructus denticulis coronatus.

126. BUPLEURUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 460. De Neck. el. bot. n. 283. Borkh. tent. n. 182.

Involucella 5 - phylla umbellulis majora. Petala involuta lutea. Cal. obsoletus. Fructus subrotundus striatus lateribus compressus.

127. TORDYLIUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 463. De Neck. el. bot. n. 297. Borkh. tent. n. 157.

Cor. radiatae : omnes fertiles. Involucra longa indivisa. Fructus suborbiculatus margine crenatus.

128. CAUCALIS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 464. De Neck. el. bot. n. 289. Borkh. tent. n. 195.

Cor. radiatae : disci masculae. Petala inflexo-emarginata. Fructus setis per series longitudinales positus hispidus. Involucra integra.

129. DAUCUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 466. De Neck. el. bot. n. 288. Borkh. tent. n. 194.

Corollae subradiatae. Flosculi disci abortivi Involuceri foliola multifida. Umbella fructifera concavoconnivens. Fructus costatus : aculeis in cristas longitudinales confluentibus muricatus.

130. CONIUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 469. De Neck. el. bot. n. 294. Borkh. tent. n. 171.

Involucella dimidiata sub - 3 - phylla. Fructus ovatus gibbus utrinque 5 - costatus : costis ante maturitatem crispis. Petala aequalia.

131. SELINUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 470. De Neck. el. bot. n. 299. Borkh. tent. n. 164.

Involucra reflexa. *Fructus* ovali - oblongus compresso - planus in medio striatus. *Petala* aequalia inflexo - cordata.

132. ATHAMANTA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 471. De Neck. el. bot. n. 291. Borkh. tent. n. 161.

Involucrum polyphyllum. *Petala* emarginata inflexa. *Cal.* integer. *Fructus* ovato - oblongus convexus pilosus, *marginē* subalatus, *medio* costatus.

133. PEUCEDANUM

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 472. De Neck. el. bot. n. 328. Borkh. tent. n. 160.

Cal. 5 - dentatus. *Flosculi* disci abortivi. *Petala* regularia integra (flava) *Involucra* brevissima. *Fructus* ovali - oblongus convexus, *marginē* alatus, *medio* costatus.

134. LASERPITIUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 476. De Neck. el. bot. n. 279. Borkh. tent. n. 166.

Fructus oblongus utrinque 4 - alatus: *alis* membranaceis crispis pellucidis. *Petala* inflexa emarginata patentia.

135. HERACLEUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 477. De Neck. el. bot. n. 302. Borkh. tent. n. 159.

Fructus ellipticus emarginatus compressus striatus: *ala* crassiuscula cinctus. *Flosculi* radiantes. *Involucrum* caducum. *Petala* inflexo - emarginata.

136. LIGUSTICUM.

L. Gen. pl. ed. Schreb. n. 478. De Neck. el. bot. n. 293. Borkh. tent. n. 168.

Fructus oblongus utrinque 5 - sulcatus. *Cor.* aequales: *petalis* involutis integris. *Cal.* 5 - dentatus. *Involucra* marginibus membranaceis.

137. ANGELICA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 479. De Neck. el. bot. n. 317.

Fructus ovato - subrotundus: *ala membranacea* subpellucida cinctus, *dorso* costis 3 compressis parallelis notatus. *Cor.* aequales: *petalis* incurvis.

138. SIUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 480. De Neck. el. bot. n. 285. Borkh. tent. n. 187.

Fructus subovatus striatus compressus. *Involucra* polyphylla. *Petala* uniformia cordata.

139. OENANTHE.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 484. De Neck. el. bot. n. 308. Borkh. tent. n. 181.

Flosculi difformes, in disco sessiles steriles. *Fructus* ovatus striatus calyce stylisque persistentibus coronatus: *cortice* suberoso.

140. PHELLANDRIUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 485. De Neck. el. bot. n. 309. Borkh. tent. n. 174.

Flosculi omnes fertiles: *discales* minores. *Fructus* ovato - oblongus, obsolete striatus calyce 5 - dentato stylisque coronatus.

141. C I C U T A.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 486. Borkh. tent. n. 176.

Fructus subrotundus striato - sulcatus. *Involucrum* o. *Involucellum* 3 - 5 phyllum: *foliolis* exterioribus longioribus. *Cor.* regulares.

142. A E T H U S A.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 487. De Neck. el. bot. n. 311. Borkh. tent. n. 173.

Involucrum o. *Involucella* 3 - phylla unilateralia pendula. *Fructus* subglobosus costato - sulcatus. *Petalata* subregularia.

143. C O R I A N D R U M.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 488. De Neck. el. bot. n. 318. Borkh. tent. n. 172.

Fructus globosus glaber: *striis* obsolete. *Cor.* radiatae: *petalis* inflexo - emarginatis. *Involucrum* 1 - phyllum: *involucella* dimidiata 3 - phylla.

144. S C A N D I X.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 489. De Neck. el. bot. n. 314. Borkh. tent. n. 193.

Umbella simplex. *Flores* radiati. *Involucrum* o. *Involucella* 5 - phylla. *Fructus* rostro longissimo ancipiti terminatus.

145. CHAEROPHYLLUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 490. De Neck. el. bot. n. 315. Borkh. tent. n. 198.

Involucrum reflexum concavum. Petala inflexo-cordata. Fructus oblongus laevis aut striatus, glaberrimus.

146. ANTHRISCUS.

Persoon. Synops. plant. I. p. 320.

Umbella composita. Involucella lanceolata erecta. Fructus ovatus pilis scaber: rostro glabro.

147. SESELI.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 492. De Neck. el. bot. n. 310. Borkh. tent. n. 180.

Umbellulae subglobosae. Fructus ovatus striatus. Petala inflexo-cordata.

148. PASTINACA.

L. Gen. pl. ed. Schreb. n. 494. De Neck. el. bot. n. 301. Borkh. tent. n. 158.

Fructus ellipticus compresso-planus utrinque laeviter emarginatus dorso striatus. Cor. aequales: petalis involutis integris (luteis.)

149. ANETHUM.

De Neck. el. bot. n. 322. Borkh. tent. n. 163.

Fructus ovalis convexus dorso striatus margine alatus. Cor. aequales: petalis involutis integris (flavis) brevissimis.

150. CARUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 497. De Neck. el. b. n. 327. Borkh. tent. n. 185.

Fructus ovato - oblongus gibbus striatus. Corollae fere regulares: petalis inflexo - emarginatis carinatis. Involucrum sub - 1 - phyllum.

151. PIMPINELLA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 498. De Neck. el. bot. n. 324. Borkh. tent. n. 177.

Fructus ovato - oblongus exiguus glaber: striis elevatis. Petala inflexa. Stigmata subglobosa. Umbellulae subglobosae primo nutantes.

152. APIUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 499. De Neck. el. bot. n. 326. Borkh. tent. n. 188.

Fructus subglobosus aut ovatus angulatus basi ventricosus. Petala parva inflexa aequalia. Involucrum 1 - phyllum.

153. AEGOPIDIUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 500. De Neck. el. bot. n. 323. Borkh. tent. n. 189.

Fructus ovato - oblongus costatus. Petala emarginata inflexa. Involucra 0.

TRIGYNIA.

154. VIBURNUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 503. De Neck. el. b. n. 247. Borkh. tent. n. 410.

Cal.

Cal. minimus 5 - partitus superus. *Cor.* rotato - campanulata 5 - fida. *Bacca* 1 - sperma.

155. SAMBUCUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 505. De Neck. el. l. n. 248. Borkh. tent. n. 411.

Cal. minimus superus 5 - partitus. *Cor.* rotato - concava 5 - fida. *Bacca* subrotunda 1 - locularis 3 - sperma.

156. STAPHYLAEA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 507. De Neck. el. b. n. 1074. Borkh. tent. n. 114.

Cal. 5 - partitus coloratus inferus. *Petala* 5. *Nectar.* in fundo floris concavum urceolatum. *Capsulae* inflatae connatae. *Nuces* 2 globosae osseae cum cicatrice.

157. ALSINE.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 518. De Neck. el. bot. n. 840. Borkh. tent. n. 72.

Cal. 5 - phyllus persistens. *Petala* 5 aequalia 2 - partita. *Caps.* supera 1 - locularis 3 - valvis polysperma. *Receptaculum* centrale, liberum.

T E T R A G Y N I A.

158. PARNASSIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 523. De Neck. el. bot. n. 1185. Borkh. tent. n. 50.

Cal. profunde 5 - fidus persistens, *Petala* 5. *Nectar.* 5 cordata germen cingentia: *apicibus* globosis. *Caps.* 4 - valvis: *receptaculis* parietalibus.

PENTAGYNIA.

159. STATICE.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 527. De Neck. el. bot. n. 200. Borkh. tent. n. 444. Willd. Enum. pl. hort. berol. I. p. 333. (Armeria.)

Cal. communis polyphyllus: proprius 1 - phyllus integer plicatus scariosus. Petala 5. Caps. evalvis 1 - sperma calyce tecta. Recept. paleaceum.

160. LINUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 528. De Neck. el. b. n. 1824. Borkh. tent. n. 300.

Cal. 5 - phyllus persistens. Petala 5 evanida. Caps. supera 5 - valvis 10 - locularis. Sem. solitaria.

161. DROSERA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 531. De Neck. el. bot. n. 838. Borkh. tent. n. 51.

Cal. profunde 5 - fidus. Petala 5. Caps. supera 1 - locularis 3 - 4 - valvis polysperma.

POLYGYNIA.

162. MYOSURUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 538. De Neck. el. b. n. 1094. Borkh. tent. n. 122.

Cal. 5 - phyllus deciduus basi porrectus. Petala 5: unque tubuloso nectarifero. Sem. numerosa nuda.

CLASSIS V.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

78. MYOSOTIS, *Mausohr*, *Vergifsmeynnicht*.

1) *M. arvensis* caule ramoso foliisque ovato-lanceolatis hirsutis, calycibus corollam - aequantibus: fructiferis clausis, seminibus glabris. *Acker - Mausohr*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 747. Ejusd. Enum. p. 176. Pers. syn. pl. I. p. 156. Hoffm. Germ. I. p. 85. De Vest. Man. bot. p. 430.*)

M. annua Moench, *hass. n. 153.*

Ann. Flor. Majo — Julio.

Hab. in arvis, agris, pratis siccis, in ruderalis.

Caulis palmaris, pedalis, erectus, ramosissimus, subangulosus, pilis rigidis scabris obsessus. *Folia* ovato-lanceolata integra, utrinque hirsutissima: *radicalia et caulina inferiora* obtusiora, petiolata, in petiolum decurrentia, *superiora* sessilia. *Flores* coerulei aut albi, pedunculati in racemo secundo dichotomo. *Calyx* ovatus, acuminatus, hirsutissimus, corollam adaequans, aut ea parum brevior.

Varietas *caule* digitali minus ramoso, *foliisque* angustioribus in siccissimis, et alia *caule* multo altiore, ramosiore, magis diffuso, *foliis* lineari - lanceolatis, *racemo* conjugato (*M. sylvatica*.) in sylvaticis umbrosis passim occurrunt.

Varietas *corollis luteis* teste Ill. Willdenowio (*Sp. pl. I. p. 747. sub. var. β*) in Episcopatu herbipolitano indigena mihi quidem nondum obviam fuit, sed plura ejus specimina, ni fallor, im Sinngrund, nescio quo loco lecta in Herbario paterno vidi.

2) *M. palustris* caule ramoso foliisque lanceolatis subglabris, calycibus ovalibus obtusis glabris longitudine tubi corollae: fructiferis subclausis, seminibus glabris. *Sumpf - Mausohr, Wasservergiftmeinnicht.*

(*Roth. Germ. I. p. 87. II. p. 221. Gmel. Flor. bad. I. p. 409. Wib. Werth. p. 176. G. M. Sch. Flor. der Wetter. I. p. 257. Sturm. D. Flor. I. 5. Knorr. thes. t. H. 1.*)

M. scorpioides L. *sp. pl. ed. Willd p. 146. Eiusd. Enum. p. 175. Pers. syn. pl. p. 156. Smith. Brit. Vol. I. p. 212. Hoffm. Germ. p. 85. De Vest. Man. bot. p. 430.*

M. perennis Moench. *hass. n. 154.*

Perenn. Flor. Aprili — Julio.

Hab. in palustribus, ad scaturigines, et ripas ubique frequens.

A praecedente: *radice* perenni, *caule foliisque* magis succulentis, laete viridibus fere glabris, *corollis* majoribus elegantissimis pallide coerulescentibus, (interdum rubellis) *fauce* lutescente constanter dif- fert.

Variet. *corollis* niveis prope dem Wasserfall legit *D. stud. Neuwirth*. Ibidem etiam et in variis regionibus ad Moeni ripas observavi.

3) *M. Lappula* caule subramoso foliisque lanceolatis hirsuto, calycibus corollam subaequantibus: fructiferis patentibus, seminibus echinatis. *Kletten-saamiges Mausohr*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 749. Ejusd. Enum. p. 176. Pers. syn. pl. p. 157. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 431.*)

Ann. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in ruderatis, agris, vineis, ad muros et vias.

Caulis pedalis et altior, erectus, teres, scaber, inferne simplex, superne ramosus. *Folia* alterna, sessilia, scabra, lanceolata, integerrima. *Flores* spicato-racemosi, coerulei. *Semina* pilosa aculeis glomulis.

Variat floribus albis.

79. LITHOSPERMUM, Steinsaame, Steinhirse.

1) *L. arvense* seminibus rugosis, corollis calycem vix superantibus. *Acker-Steinsaame, Schminkwurz.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. p. 751. Ejusd. Enum. p. 177. Pers. syn. pl. l. p. 158. Hoffm. Germ. l. p. 86. De Vest. Man. bot. p. 436.*)

Ann. Flor. Aprili — Julio.

Hab. in ruderatis, arvis, agris, inter segetes, et ad vias ubique frequens.

Ra-

Radix ramosa, intus albida, extus rubra, tinctoria. *Caulis* palmaris, pedalis, sesquipedalis, erectus, ramosus, scaber. *Folia* alterna, sessilia, scabra, lanceolata, acuta, integerrima. *Flores* parvi subsessiles in racemis terminalibus secundis foliosis. *Calyces* profunde partiti, punctis nigris obsessi, hirsuti, corollas subaequantes. *Corollae* albidae, versus tubi basin annulo violaceo notatae. *Semina* rugosa, nigra.

2) *L. officinale* seminibus laevibus, corollis calycem vix superantibus. *Offizineller Steinsaame, Perlhirse, Sonnenhirse, wilder Thee.*

(*L. sp.* pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 157. *Hoffm.* Germ. l. c. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 29. *Herb. Blackw.* t. 436. *Sturm.* D. Flor. I. 5. *De Vest.* Man. bot. p. 435.)

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in locis lapidosis, et nemorosis montosis. (Hinc inde ad vias inter vineas prope *Veitshöchheim* pone hortum aulicum, ibidem ad margines sylvae *Edelmannsholz* raro. Prope *Karlstadt* inter vias des *Steinberges*, et in lapidosis siccissimis inter *Mühlbach* et *Karlsburg*. Raro etiam inter hortos et in eorum ejectamentis circa *Wirzburgum*, et in agris prope *Lindflur*.)

Caulis 1 - 2 - pedalis et altior, erectus, rigidus, teretiusculus, deorsum scaber, superne praecipue valde ramosus, dichotomus. *Folia* sessilia, alterna, lanceolata, acuminata, integerrima, subrugosa, punctis hirtis scabra, viridia, siccitate nigricantia. *Flores* parvi, lutei s. albi, subsessiles in racemum secundum dispositi. *Corollae* calycem scaberrimum vix excedentes. *Semina* nitidissima, margaritacea, alba.

3) *L. purpureo - coeruleum* seminibus laevibus, corollis calycem longe superantibus. *Blaurother Steinsaame.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 754. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. p. 158. Hoffm. Germ. l. c. Jacq. Fl. austr. t. 14. De Vest. Man. bot. p. 436.*)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in montosis sterilibus, et nemorosis. (Juxta dem grossen Holz prope *Mühlhausen*. In sylvaticis prope *Wipfeld* versus *Klingenstein*, inque sylvis *Millert* et *Neusee* rarius. Passim in montibus *Soden* - et *Reißenberg* prope *Sachsenheim*, prope der *Sejfriedsburg* infra *Geminden*. In montosis sylvaticis infra *Veitshöchheim*, circa der *Waldskugel*, et in monte *dürrbaccensi* versus sylvam hinc inde.)

Caules plurimi, inaequali - longi, plerumque pedales et sesquipedales, subteretes, hirsuti, superne ramosi: *exteriores* decumbentes steriles, *interiores* sub florescentia erecti, deflorati iterum decumbentes. *Folia* alterna in petiolum brevissimum decurrentia, saepe perfecte sessilia, oblongo - lanceolata, integra, hirsuta. *Flores* subsessiles, spicato - racemosi. *Corollae* purpureo - coeruleae aut violaceae, calycem multoties superantes. *Semina* nitida, alba.

80. ANCHUSA, Ochsenzunge.

1) *A. officinalis* foliis lanceolatis, spicis imbricatis secundis. *Gemeine Ochsenz.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 756. Ejusd. Enum. p. 177. Pers. syn. pl. I. p. 159. Hoffm. Germ. I. p. 86.*)

p. 86. *Herb. Blackw.* t. 500. *Sturm D. Flor.* I. 18.
De Vest Man. bot. p. 431. *Knorr. thes.* II. t. B. 2.)

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in pratis siccis, ruderatis, ad vias et ripas ubique.

Caulis sesqui - 2 - pedalis, erectus, subangulosus, hirsutus, superne ramosus. *Folia* alterna, linearia, lanceolata, integra, utrinque hirsuta: *inferiora* in petiolum brevem decurrentia, *superiora* sessilia. *Spicae* terminales, conjugatae, secundae, apice incurvae. *Flores* primo rubri, demum violacei.

Varietatem caule humiliori, foliis angustioribus hirsutioribus, et laciniis calycinis angustissimis atque magis hirsutis in *Insula* versus *dem Siechhaufse*, ad ripas *Moeni* versus *Thüngersheim*, in sterilibus sabulosis prope *dem blauen Thurm* versus *Thüngen*, prope *Volkach*, *Dettelbach*, alibi que pluries vidi. (*A. angustifolia*, *Lehm.*) In horto nostro botanico culta nullam amplius ab *A. officinali* differentiam ostendit.

81. CYNOGLOSSUM, *Hundszunge*.

1) *C. officinale* foliis lato - lanceolatis basi attenuatis tomentosis sessilibus, staminibus corolla brevioribus. *Gemeine Hundsz.*

(*L. sp. pl. ed. Willd.* I. p. 760. *Ejusd. Enum.* p. 180. *Pers. syn. pl.* I. p. 159. *Hoffm. Germ.* I. p. 87. *Herb. Blackw.* t. 249. *Sturm D. Flor.* I. 9. *De Vest, Man. bot.* p. 432.)

Bienn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in pratis, ad vias, muros, ripas et in ruderatis.

Her-

Herba odoris taediosi, canini aut murini, narcotici, siccitate evanescentis. *Caulis* sesquipedalis, 2-pedalis, erectus, teres, villosus, superne ramosus: *foliis* multis lato-lanceolatis basi attenuatis integerimis utrinque mollibus sparsis amplexicaulibus dense obsessus. *Racemi* densi, secundi, apice reflexi. *Corollae* sordide purpureae, calycibus villosis parum longiores.

Variat raro floribus albis.

82. PULMONARIA, *Lungenkraut*.

1) *P. officinalis* foliis radicalibus ovato-cordatis. *Gemeines Lungenkr. Hirschkohlr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 768. Ejusd. Enum. p. 182. Pers. syn. pl. I. p. 161. Hoffm. Germ. I. p. 88. Schkuhr. bot. Handb. t. 30. Herb. Blackw. t. 376. De Vest Man. bot. p. 436. Knorr. thes. II. t. P. 2.*)

Perenn. Flor. Martio - Majo.

Hab. in sylvis, praecipue montosis fere ubique.

Caulis plures palmares, pedales, erecti, angulati, hirti, simpliciusculi. *Folia* integra, scabriuscula, albo-maculata: *caulina* ovato-oblonga alterna subdecurrentia, *radicalia* latiora atque longiora ovato-cordata, longe petiolata, magisque maculata. *Flores* breviter pedunculati, terminales, racemosi, primo purpurei, demum coerulei.

Variat *foliis* immaculatis.

2) *P. angustifolia* foliis radicalibus lanceolatis. *Schmalblättriges Lungenkraut.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. p. 160. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man bot. l. c.*)

Perenn. Flor. Martio — Majo.

Hab. in sylvis et nemorosis apricis satis frequens.

Folia semper immaculata, magis acuminata: *radicalia* ovato - lanceolata in petiolum decurrentia, *caulina* subcordato - aut ovato - lanceolata, sessilia. Coeterum cum praecedente convenit.

Varietatem floribus sordide flavis in monte Sodenberg semel vidi.

83. SYMPHYTUM, Wallwurz, Beinwell.

1) *S. officinale* foliis ovato - lanceolatis decurrentibus. *Gemeine Wallwurz, Schwarzwurz, Großer Beinwell.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 770. Ejusd. Enum. p. 183. Pers. syn. pl. I. p. 161. Hoffm. Germ. I. p. 89. Herb. Blackw. t. 252. Schkuhr botan. Handb. t. 30. Sturm D. Flor. I. 17. De Vest. Man. bot. p. 434.*)

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in umbrosis humidis, in pratis, ad ripas et in sylvis ubique.

Caulis 2 - pedalis, erectus, angulatus, subramosus, scaber, foliis decurrentibus undique alatus. *Folia* scabra, rugosa, integra, ovato - lanceolata: *radicalia* petiolata, in petiolum decurrentia, et *caulinis* latiora. *Flores* terminales in racemis conjugatis basi dichotomis, unilateralibus, antrorsum nutantibus.

Co-

Corollae purpureae, carneaе, aut albae, rarius pallide luteae.

Variat *calycibus* patentibus. (*S. patens.*)

84. BORAGO, *Boretsch, Boragen.*

1) *B. officinalis* foliis omnibus alternis, calycibus patentibus. *Gemeiner Boretsch, Gartenboragen.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 776. Ejusd. Enum. p. 185. Pers. syn. pl. I. p. 162. Hoffm. Germ. I. p. 90. Herb. Blackw. t. 36. Schkuhr bot. Handb. t. 31. Sturm D. Flor. I. 8. De Vest. Man. bot. p. 431. Knorr. thesaur. I. t. B. 1.*)

Ann. Flor. Junio — Octobri.

Hab. in cultis, inter hortos et in eorum ejectamentis quasi sponte.

Caulis pedalis et altior, erectus, dichotomus, hispidus. *Folia* alterna, sessilia, in caulem subdecurentia, ovato-oblonga, obtusa, rugosa, hispida, scabra, laete viridia. *Racemi* terminales, bifidi, secundi, nutantes. *Corollae* formosae, cyanae, quandoque albidae aut carneaе; *staminibus* radiisque nigris.

85. ASPERUGO, *Scharfkraut.*

1) *A. procumbens* calycibus fructus complanatis, caule procumbente. *Liegendes Scharfkr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 778. Ejusd. Enum. p. 185. Pers. syn. pl. I. p. 162. Hoffm. Germ. I. p. 91.*)

Ann. Flor. Aprili — Junio.

Hab. in cultis, ruderatis solo pinquiori, et ad hortorum ejectamenta hinc inde.

Caules sesquipedales, 2 - pedales, procumbentes, quandoque scandentes, debiles, diffusi, angulosi, dichotomi, scabri. *Folia* alterna, in petiolum decurrentia, oblonga, acuta, integra, scaberrima. *Flores* parvi, cyanei, solitarii aut gemini, axillares: *pedunculis* brevibus erectis post florescentiam recurvis. *Calyx fructus* maximus compresso - planus, scaber, nitidus, profunde lobatus.

86. LYCOPSIS, *Krummhals, Wolfsgesicht.*

1) *L. arvensis* foliis lanceolatis hispidis, calycibus florescentibus erectis. *Acker - Krummh.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 780. Ejusd. Enum. p. 186. Pers. syn. pl. I. p. 163. Hoffm. Germ. I. p. 91. Schkuhr. bot. Handb. t. 31. De Vest. Man bot. p. 434.*)

Ann. Flor. Junio — Septembri.

Hab. in agris, praecipue arenosis passim frequens.

Caulis palmaris, pedalis et altior, erectus, sulcatus, ramosus, undique setuloso - hispidus. *Folia* alterna, sessilia, amplexicaulia, angusto - lanceolata, margine subsinuato - dentata, saepe undulata, utrinque asperrima. *Racemi* terminales, gemini, secundi, apicé incurvi, inferne laxiores. *Corollae* cyaneae tubo incurvato - flexo albo.

2) *L. pulla* foliis lanceolatis hirsutis integerrimis, calycibus fructescentibus inflatis pendulis. *Schwarzbrauner Krummhals.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 779. Pers. syn. pl. p. 162. Hoffm. Germ. l. c. Jacquin Flor. austr. t. 188. De Vest. Man. bot. p. 433.*)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab.

Hab. inter segetes, in agris arenosis. (Inter segetes prope *Gresihal* specimina aliquot legit *Pater meus def.* In agris ad *Lengfurth* quoque detexit *cl. D. Lehmann*.)

Radix repens. *Caulis* digitalis, palmaris, erectus, simplex, hirsutus. *Folia* lanceolata, acuminata, hirsuta, alterna, sessilia, semiamplexicaulia: *radicalia* in caespitem congesta obtusa. *Racemi* terminales, breves, incurvati, densi, multiflori; *pedunculis* brevissimis tomentosiss. *Calyx* pilis rigidis obsessus, oblongus, inferne ventricosus: *fructescens* inflatus, pendulus. *Corollae* calyce duplo majores, obsolete 5-fidae, purpureo - fuscae: extus sub limbo foveis 5 et squamis faucis setosis.

87. ECHIUM, *Natterkopf*.

1) *E. vulgare* caule tuberculato - hispido, foliis caulinis lanceolatis hispidis, spicis lateralibus pilosis deflexis. *Gemeiner Natterkopf, Frauenkrieg.*

(*L. sp. pl. ed. Willd.* I. p. 787. *Ejusd.* Enum. p. 187. *Pers. syn. pl.* I. p. 164. *Hoffm. Germ.* I. p. 91. *Schkuhr. bot. Handb.* t. 32. *Sturm D. Flor.* I. 18. *Herb. Blackw.* t. 299. *De Vest. Man. bot.* p. 437. *Knorr. thes.* II. t. E.)

Bienn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in ruderatis, muris, saxosis, in colibus graminosis siccis ubique copiose.

Caulis 2 - 3 - 4 - pedalis, erectus, firmus, teres, ramosus, scaberrimus, tuberculis callosis setiferis nigris adpersus. *Folia* tuberculata, hispida, lanceolata, alterna, sessilia: *radicalia* petiolata, in petiolum decurrentia. *Spicae* longae, densae, pyramida-

tae, rigidae, apice incurvae. *Corollae* ante explicationem amoene purpureae, demum coeruleae, rarissime albae.

2) *E. violaceum* corollis stamina aequantibus, tubo calyce brevioris, caule ramosissimo. *Violetter Natterkopf*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 788. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Roth. Germ. I. p. 82. II. p. 211. De Vest. Man. bot. p. 438. Moench. Meth. p. 422.*)
Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in versuris. (In via ab oppidulo *Ebern* versus *Gereuth* specimen unicum legi.)

Caule ramosissimo, magis diffuso, *staminibus* corollam aequantibus purpureis, *stylo* albo piloso, atque *calycibus* tubum *corollae* constanter *violaceae* aequantibus a praecedente distinctum.

88. ANDROSACE, *Mannsschild, Mannsharniseh.*

1) *A. septentrionalis* foliis lanceolatis dentatis glabris lucidis, perianthiis angulatis corolla brevioribus. *Nördliches Mannssch.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. p. 798. Ejusd. Enum. p. 190. Pers. syn. pl. I p. 169. Hoffm. Germ. ed. 1791. p. 67. De Vest. Man. bot. p. 451. Moench. Method. p. 426. Wib. Werth. p. 180.*)

Ann. Flor. Maj. Junio.

Hab. in montosis, in agris arenosis. (In monte *Nicolai* pluries invenit *cl. Antec. Heilm.* Ad margines agrorum prope *Gerbrunn* legit *Amiciss. Kopp.* Inter segetes prope *Himmelsporten, Bütthardt,*

hardt, et den *Erlacher Höfen* plagulas nonnunquam planta hac dense obsitas vidi.)

Scapi plures, 3 - 4 - unciales, palmares, stricti, teretes, nudi, glabri, simplicissimi. *Folia* omnia radicalia in orbem congesta, ad terram procumbentia, lanceolata, glabra, dentata, lucida, petiolata, in petiolum decurrentia. *Flores* albi: *pedunculis* brevibus tenuibus filiformibus simplicibus 1 - floris in apice scapi umbellatis. *Involucrum* 1 - phyllum, 8 - 10 - fidum: *laciniis* angustis lanceolatis glabris pedunculis brevioribus. *Calyx* sub 5 - gonus longitudine tubi corollae.

2) *A. elongata* foliis lanceolatis dentatis, umbella fructifera elongata, corollis calyce angulato brevioribus. *Verlängertes Mannsschild*.

(*L. sp. pl. ed. Willd.* p. 797. *Ejusd. Enum.* p. 189. *Pers. syn. pl. l. c.* *Hoffm. Germ. I.* p. 92. *De Vest. Man. bot. l. c.* *Jacq. austr. t.* 330.)

Ann. Flor. Maj. Junio.

Hab inter segetes, in arenosis. (Perraro inter segetes et ad margines agrorum prope *Schnackwerth*, *Vasbühl*, *Untereussenheim* et *Neu - Bessingen*. Copiosius in arenosis ad *Tauberrettersheim*, *Kirchschembach*, et *Gerbrunn*.)

Scapi plurimi, simplicissimi, filiformes, nudi, 2 - 4 - unciales. *Folia* cinerea, lanceolata, inaequaliter et acute dentata, glabra, in petiolum decurrentia: omnia radicalia. *Involucra* inaequali - longa, integra, pedunculis breviora, acuminata. *Pedunculi* plures, umbellati, post florescentiam elongati, scapum aequantes, divaricati. *Corollae* calyce angulato breviores, albae: *laciniis* plerumque emarginatis.

89. PRIMULA, *Schlüsselblume*.

1) *P. officinalis* scapo multifloro, floribus omnibus nutantibus, corollarum limbo concavo. *Gemeine Schlüsselbl.*

(*Hoffm.* Germ. I. p. 93. *Roth.* Germ. I. p. 89. II. p. 229. *Wibel* Werth. p. 180. *Gmel.* Bad. I. p. 439. *Schikuhr.* Handb. t. 33. *Sturn* D. Flor. I. 14.)

P. veris sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 800. *Ejusd.* Enum. p. 190. *Pers.* syn. pl. I. p. 169. *De Vest.* Man. bot. p. 448.

P. veris officinalis, *Lim.*

Perenn. Flor. April. Majo.

Hab. in pratis, pomariis et ad sepes ubique.

Folia omnia radicalia, in orbem congesta, ovata, obtusa, in petiolum decurrentia, subcrenulata, rugosa, subtus pubescentia. *Scapi* plerumque plures, digitales, sesquidigitales et altiores, erecti, teretes, pubescentes, simplicissimi. *Flores* odorati, terminales, nutantes, umbellati: *pedunculis* 1 - floris. *Corollae* luteae: *limbo* brevi suberecto concavo, *tubo* oblongo superne obsolete 5 - gono longitudine calycis. *Calyx* pubescens, parum inflatus. *Involucrum* parvum, polyphyllum.

2) *P. elatior* scapo multifloro, floribus exterioribus nutantibus, corollarum limbo plano. *Hohe Schlüsselbl. Wald - Schlüsselbl.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 801. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. I. p. 169. *Hoffm.* Germ. l. c. *Sturn* D. Flor. l. c. *Knorr.* thes. I. t. S. 9.)

P. inodora Hoffm. Germ. ed. 1791. p. 67. *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. I. p. 270. *Walther.* Flor. v. Gies-
fsen. p. 221.

P. sylvestris Scopol. Carn. I. p. 132.

P. veris elatior Linn.

Perenn. Flor. Martio — Majo.

Hab. in sylvis ubique, etiam in pratis.

A praecedente praeter magnitudinem omnium partium adauctam differt: *foliis* minus rugosis, *floribus* inodoris, *exterioribus* umbellae nutantibus, *intermediis* erectis, *corollarum limbo* majori plano, et *tubo calyce* longiore.

3) *P. farinosa* scapo multifloro, floribus omnibus erectis, corollarum limbo plano, foliis crenatis subtus pulverulentis. *Bestäubte Schlüsselbl. Lerchenblümlein.*

(*L. sp. pl. ed. Willd.* p. 802. *EjUSD.* Enum. p. 191. *Pers. syn. pl. l. c.* *Hoffm.* Germ. p. 94. *Sturm D.* Flor. I. 14. *De Vest. Man. bot.* p. 449.)

Perenn. Flor. April. Majo.

Hab. in humidis. (Prope *Horhausen, Grettstadt* et *Theres* legit *Am. Wolff*, et in sylvaticis prope *Gerolskofen* cl. *Dr. Loesch.* copiose.)

Folia omnia radicalia in orbem digesta, oblonga, obtusa, crenata, in petiolum decurrentia, supra laete viridia, subtus farina alba obsessa. *Scapus* digitalis, erectus, glaber, superne farinosus. *Flores* terminales, erecti, umbellati, amoene purpurei. *Calyces* farinosi. *Corollarum limbus* planus, emarginatus.

90. MENYANTHES, Zottenblume.

1) *M. trifoliata* foliis ternatis. Dreiblättrige Zottenbl. Fieberklee, Bitterklee, Wasserklee.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 811. *EjUSD.* Enum. p. 193. *Pers.* syn. pl. I. p. 171. *Hoffm.* Germ. I. p. 96. *Sturm* D. Flor. I. 8. *Schkuhr.* Handb. t. 35. *Herb. Blackw.* t. 474. *De Vest.* Man. bot. p. 454.)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in paludosis, in pratis humidis, ad fossas, ad lacus. (Ad lacus et in graminosis udis fossae oppidanae, in paludosis sylvae zellensis, in palustribus prope *Dettelbach*, *Schwarzenau*, *Heidenfeld*, *Kerlstadt*, *Gemünden*, et ad rippas Moeni paludosas hinc inde copiosissime.)

Radix cylindrica, articulata, longe lateque repens. *Folia* longe petiolata, ternata: *foliolis* an aquis natan-
tibus, ovato-lanceolatis s. ovatis, glabris, crassiusculis, obsolete repandis, supra laete viridibus, subtus pallidioribus punctatis. *Scapus* palmaris, pedalis, erectus, solidus, teres, articulatus, glaber. *Flores* pedicellati, racemosi. *Corollae* formosae ex incarnato-albidae, supra fibris densissimis obsessae.

91. HOTTONIA, Wasserfeder.

1) *H. palustris* caule multifloro, pedunculis verticillatis. Gemeine Wasserf.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 812. *EjUSD.* Enum. p. 194. *Pers.* syn. pl. I. p. 171. *Hoffm.* Germ. I. p. 96. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 35. *De Vest.* Man. bot. p. 453.)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab.

Hab. in aquis stagnantibus et lente fluentibus. (In fossae oppidanae lacubus prope dem *Wasserthurm*. Ad ripas Moeni supra *Ochsenfurth*, ad lacum *erlaccensem*, in aquis stagnantibus et ad lacus prope *Dettelbach*, *Schwarzach*, *Schwarzenau*, *Heidenfeld*, *Kar'stadt* et alibi. Ante plures annos etiam prope dem *Wasserfall* vor dem *pleichacher Thore* pluries legi.)

Radix articulata, valde fibrosa, maxime repens. *Scapus* palmaris, pedalis, erectus, teres, glaber, nudus, aqua emersus. *Folia radicalia*, pectinato-pinnatifida, glaberrima, laete viridia, submersa, aut supra aquam expansa. *Flores* pedunculati, verticillati in *racemo* terminali erecto conico supra aquam elato. *Corollae* formosae, albae aut subrubicundae: *fauce tuboque* flavescente.

92. LYSIMACHIA, *Lysimachie*, *Zahlkraut*.

1) *N. Nummularia* pedunculis axillaribus solitariis folio brevioribus, staminibus glandulosis, caule repente. *Sumpf-Lysimachie*, *Pfenningkraut*, *Nagelkraut*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 821. Ejusd. Enum. p. 196. Pers. syn. pl. I. p. 172. Hoffm. Germ. I. p. 97. Schkuhr. bot. Handb. t. 36. Herb. Blackw. t. 542. De Vest. Man. bot p. 446.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. ad fossas, ad rivulos, scaturigines, et in pratis humidis ubique.

Caulis pedalis, 2-pedalis, prostratus, repens, quadrangulus, compressus, glabriusculus, simplicissimus, saepe etiam ramosus. *Folia* breviter petiolata,

ta, opposita, ovato - s. cordato - subrotunda, integerrima, laete viridia, glabra. *Pedunculi* axillares, solitarii, tetragoni, 1 flori, foliis plerumque breviores. *Corollae* magnae, luteae. *Stamina* glandulosa.

2) *L. nemorum* pedunculis axillaribus solitariis folio longioribus, staminibus eglandulosis, caule procumbente. *Wald - Lysimachie*, *Waldweiderich*, *gelber Gauchheil*.

(*L. sp. pl. ed Willd. p. 820. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. Sturm D. Flor. I. I. De Vest. Man. bot. p. 445.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in nemorosis umbrosis humidis. (In *sylvae Waldskugel* locis depressis humidis s. glareosis roridis passim. In humentibus sylvarum *Veitshöchheim*, *Gramschatz*, *Kitzingen* et *Guttenberg*. Im *Forst prope Versbach*. In nemore *Huck* prope *Wipfeld*, in *sylva stettensi*, et alibi rare.)

Caulis palmaris, pedalis, procumbens, radicans, teretiusculus, lateribus sulcatus, glaber, simpliciusculus, saepe rubicundus. *Folia* opposita, brevissime petiolata, ovata, acuta, integra, tenera, glaberrima, laete viridia, subtus punctata. *Pedunculi* solitarii, axillares, uniflori, graciles, foliis paulo longiores: *floriferi* erecti, *fructiferi* penduli. *Corollae* mediocres, luteae. *Stamina* glaberrima absque glandulis.

3) *L. vulgaris* paniculata, racemis terminalibus. *Gemene Lysim.* *Gelbes Zahlkraut*, *gelber Weiderich*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 816. Ejusd. Enum. p. 194. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. Herb. Blackw. t. 278. De Vest. Man. bot. l. c.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab.

Hab. in umbrosis humidis, et ad ripas frequens.

Caulis 2 - 3 - 4 - pedalis, erectus, durus, sublig-nosus, villosiusculus, sulcato - angulatus, ramosus. *Folia* opposita, brevissime petiolata s. subsessilia, saepe terna vel quaterna, ovato - lanceolata, integra, glabra, aut villosiuscula. *Racemi* terminales, multi-flori, oppositi, paniculati. *Corollae* saturate luteae. *Stamina* glabra, basi coalita.

4) *L. thyrsiflora* racemis lateralibus peduncu-latis brevibus. *Straußblüthige Lysimachie.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 818. Ejusd. Enum. p. 195. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in paludosis umbrosis. (Vidi specimen in Herbario cl. Antec. Heilmann in saltu kitzingensi ab eo repertum. Ipse nondum legi.)

Caulis pedalis, sesquipedalis, erectus, simplicis-simus, teres, glaber, articulatus, superne obsolete tetragonus. *Folia* opposita, sessilia, angusta, lineari - lanceolata, integerrima, supra glabra punctata, subtus villosiuscula. *Racemi* axillares, oppositi, erec-ti, breves, densi, ovati. *Corollae* parvae, luteae, interdum 6 - 7 - 10 - partitae. *Stamina* glabra, basi libera.

93. ANAGALLIS, Gauchheil.

1) *A. phoenicea* laciniis calycinis lanceolatis co-rolla brevioribus. *Rother Gauchh., rother Hühnerdarm, rothe Miere.*

(*Hoffm.*)

(*Hoffm. Germ. I. p. 98. Gmel. Bad. I. p. 456. Moench. Method. p. 512. G. M. Sch. Flor. der Wetter. I. p. 277. Herb. Blackw. t. 43. Schkuhr. Handb. t. 63. Sturm D. Fl. I. 1. Wibel. Werth. p. 181.*)

A. arvensis L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 821. *EjUSD.* Enum. p. 197. *Pers. syn. pl. I. p. 173. Smith. Brit. V. I. p. 230. De Vest. Man. bot. p. 446.*

Ann. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in agris, in hortis, et vineis ubique.

Caules digitales, palmares, quadranguli, glabri, basi praecipue ramosi, apicibus erectis. *Folia* opposita, sessilia, ovato-lanceolata, integerrima, glabra, subtus punctata. *Pedunculi* axillares, oppositi, simplicissimi, filiformes, uniflori: sub florescentia erecti, deflorati inflexi. *Corollae* constanter phoeniceae: laciniis marginibus subtilissime serrulatis, atque glandulis minutissimis obsessis. *Stamina* basi primo coalita, atque pilis brevibus articulatis instructa.

2) *A. coerulea* laciniis calycinis linearibus corollam aequantibus. *Blauer Gauchheil.*

(*Pers. syn. pl. I. p. 173. Hoffm. Germ. l. c. Gmel. Bad. I. p. 458. Moench. Meth. p. 513. G. M. Sch. Flor. der Wetter. I. p. 278. Herb. Blackw. t. 274. Wibel. Werth. p. 182.*)

A. arvensis β. L. sp. pl. ed. Willd. l. c. *Smith. Britan. l. c. De Vest. Man. bot. l. c.*

Ann. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in iisdem cum priori locis, sed frequentius.

A praecedente praeterea *caulibus* plerumque longioribus et magis ramosis, *foliis* minoribus, *corollis* paulo majoribus et constanter coeruleis differt.

94. CONVULVULUS, *Winde*.

1) *C. arvensis* foliis sagittatis utrinque acutis, bracteis a flore remotis. *Acker - Winde*. *Kornwinde*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 844. *Ejusdem* Enum. p. 202. *Pers.* syn. pl. I. p. 177. *Hoffm.* Germ. I. p. 99. *De Vest.* Man. bot. p. 456. *Knorr.* thesaur. I. t. W. 6.)

Perenn. *Flor.* *Majo* — *Julio*.

Hab. in agris, arvis, collibus graminosis, inque vineis ubique.

Caules sesquipediales, et longiores, tenues, glabri, angulati, procumbentes, repentis, volubiles. *Folia* alterna, petiolata, cordato - sagittata, integra, glabra. *Pedunculi* axillares, solitarii, teretiusculi vel tetragoni, unillori, superne incrassati, versus medium bracteis 2 oppositis angustissimis, fere setaceis notati. *Corollae* formosae, suaveolentes, albae: extus radiis purpurascensibus vel roseis: aut roseae: radiis albis. *Stamina* glandulosa.

Variat in aridis sterilibus *caulibus*, *foliis*, et *floribus* multo minoribus. *Pedunculos* etiam 2 - et 3 - flores observavi.

2) *C. Sepium* foliis sagittatis postice truncatis, bracteis floribus approximatis. *Hecken - Winde*, *Zaun - glocke*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Schkuhr.* bot. Handb.

Handb. t. 38. *Sturm* D. Flor. I. 1. *Herb. Blackw.*
t. 38. *De Vest.* Man. bot. l. c. *Knorr.* thesaur. I.
t. W. i.)

Perenn. Flor. Junio — Octobri.

Hab. in dumetis, et ad sepes praecipue riparum ubique.

Caulis praelongus, angulatus, glaber, volubilis, ascendens. *Folia* alterna, petiolata, glabra, cordato-sagittata, sinuata, dependentia. *Pedunculi* axillares, solitarii, uniflori, tetragoni, petiolis breviores apice *bracteis* 2 oppositis cordato-lanceolatis, magnis calycem superantibus instructi. *Corollae* magnae, speciosae, niveae. *Glandula* crocea, interdum albida, nitida ad basin germinis.

95. CAMPANULA, *Glockenblume.*

Foliis laevioribus, angustioribus.

1) *C. rotundifolia* foliis radicalibus reniformibus, caulinis linearibus. *Rundblättrige Glockenblume, Buschglocke.*

(*L. sp. pl. ed. Willd.* I. p. 892. *Ejusd. Enum.* p. 209. *Pers. syn. pl.* I. p. 138. *Hoffm.* Germ. I, p. 100. *De Vest.* Man. bot. p. 461.)

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in pascuis, nemoribus et ad muros ubique frequens.

Caulis pedalis, erectus, subangulatus, glaber, ramosus, multiflorus. *Folia radicalia* longe petiolata, reniformi-cordata, obtusa, crenulata, sub florescentia plerumque jam emortua: *caulina infima* breviter petiolata alterna ovato-lanceolata, *reliqua* angusta line-

linearia acuminata sessilia. *Flores* coerulei, raro al-
bidi, terminales, subpaniculati subnutantes: *pedun-*
culis capillaribus inaequalibus unifloris. *Calycis seg-*
menta subulata, triquetra, laevia, corolla duplo bre-
viora.

Varietatem *caule* humiliori unifloro in monte juxta
Retzbach prope *der englischen Anlage* observavi.

Variat quoque *caule* elongato gracili, *foliis radica-*
libus oblongis, *caulinis* angustioribus linearibus. (*C.*
tenuifolia Hoffm. Pers.)

2) *C. patula* foliis strictis subvillosis: radicalibus
lanceolato - ovalibus, panicula patula, calyce basi
denticulato. *Ausgebreitete Glockenbl.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 896. *Ejusd.* Enum.
p. 210. *Pers.* syn. pl. p. 189. *Hoffm.* Germ. l. c.
De Vest. Man. bot. p. 462.

Bienn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in pratis, collibus graminosis, ad
marginem sylvarum, et agrorum fere ubique.

Caulis pedalis, sesquipedalis, erectus, angulatus,
inferne simplex atque scaber, superne ramosus gla-
briusculus. *Folia radicalia* oblonga, obtusa, s. lan-
ceolato - ovalia, in petiolum decurrentia: *caulina* al-
terna, sessilia, angustiora, lineari - lanceolata, am-
plexicaulia, obsolete crenata: *omnia* pallide viridia,
utrinque villosiuscula. *Flores* coerulei aut pallide e
purpureo coerulei, pedunculati, paniculati. *Panicu-*
la terminalis, patentissima. *Calycis segmenta* angu-
stissima, fere setacea, corolla multo breviora, basi
utrinque denticulo praedita. *Corollae* ad medium 5-
fidae, patentes: *laciniis* acutis.

Variat segmentis calycinis edentatis.

3) *C. Rapunculus* foliis undulatis: radicalibus lanceolato - ovalibus, panicula coarctata. *Rapunzel-Glockenblume*, *Acker - Rapunzel*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. p. 101. Schkuhr. botan. Handb. t. 39. De Vest. Man. bot. p. 463.*)

Bienn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in pratis siccioribus, ad colles et sepes ubique.

Radix fusiformis, alba, esculenta. *Caulis* 2 - 3 - pedalis, erectus, angulatus, inferne hirsutus, superne glabriusculus: *ramis* brevibus erectis. *Folia* scabra, denticulata, undulata: *radicalia* ovato - lanceolata, obtusa, *caulina* alterna sessilia lineari - lanceolata acuta. *Panicula* terminalis, erecta, longa, compacta, multiflora. *Pedunculi* longitudine varii, terni aut bini, uniflori. *Corollae* ventricosae, coeruleae aut e purpureo - coeruleae, in cultis saepe magis violaceae aut albae. *Calycis segmenta* angustissima, setacea, acutissima, basi interdum denticulata.

4) *C. persicifolia* foliis radicalibus obovatis, caulinis lanceolato - linearibus sessilibus subserratis remotis. *Pfirsblättrige Glockenbl. Waldglocke.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 897. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c. Knorr. thesaur. I. t. G. I.*)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in pratis, ad dumeta, et in montosis sylvaticis passim frequens.

Caulis sesquipedalis, 2 - 3 - pedalis, erectus, angulatus, glaber, simplex. *Folia* glabra: *radicalia* et
cau-

caulina inferiora petiolata, in petiolum decurrentia, obovata, subserrata aut obsolete crenulata: *reliqua* alterna, sessilia, lanceolata, angustiora, remota, integriuscula. *Pedunculi* ex axillis superioribus solitarii, uniflori, breves, angulati. *Corollae* magnae, speciosae, patentes, coeruleae aut violaceo - coeruleae, quandoque, praesertim in cultis albae. *Calycis segmenta* subulata, patentia, corolla multo breviora.

Foliis scabris, latioribus.

5) *C. rapunculoides* caule ramoso, foliis cordato - lanceolatis serratis, floribus secundis nutantibus sparsis. *Rapunzelartige Glockenbl. Zaun - Rapunzel.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 901. Ejusd. Enum. p. 211. Pers. syn. pl. p. 190. Hoffm. Germ. p. 102. De Vest. Man. bot. p. 464.*)

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in arvis, nemoribus, in cultis et ad sepes frequens.

Radix valde repens, dulcis, esculenta. *Caulis* pedalis, sesquipedalis, erectus, teretiusculus, hispidulus, superne ramosus. *Folia* cordato - lanceolata, inaequaliter serrata, supra glabriuscula, subtus magis scabra: *infima* longius petiolata, *superiora* sessilia alterna ovato - lanceolata. *Flores* terminales, spicati, longe pedunculati, sparsi, secundi, nutantes, coerulei. *Calycis segmenta* lanceolata, integerrima, scabra, reflexa, hirsuta.

6) *C. Trachelium* caule angulato, foliis cordato - lanceolatis acute serratis calycibusque hispidis,
pe-

pedunculis axillaribus trifidis. *Nesselblättrige Glockenblume, Halskraut, Zöpfleinkraut.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 903. *Ejusd.* Enum. p. 212. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 101. *De Vest.* Man. bot. p. 465.)

Perenn. Flor. Jul. — Augusto.

Hab. in dumetis, ad sepes, in pomariis et nemoribus ubicunque.

Caulis 2 - 3 - pedalis, erectus, angulatus, hispidus, strictus, simplex, ut plurimum cortice rubello s. sordide viridi vestitus. *Folia* hirsuta, scabra, *Urticæ dioicæ* foliis similia: *inferiora* longius petiolata, ovato - cordata, profunde et inaequaliter serrata, *media* brevius petiolata ovato - lanceolata, inaequaliter serrata, in petiolum decurrentia, *suprema* subsessilia lanceolata obsolete serrata. *Pedunculi* ex axillis superioribus, ramosi, plerumque 2 - 3 - fidi, rarius solitarii uniflori. *Corollæ* nutantes, magnæ, coerulescæ, raro albidae, intus villosæ. *Calycis segmenta* lanceolata, hispida, ciliata.

7) *C. glomerata* caule angulato simplici, foliis ovatis crenatis scabris, floribus sessilibus, capitulo terminali glomerato. *Geknaulte Glockenbl. Büschelglockenbl. kleines Halskraut.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 102. *De Vest.* Man bot. l. c.)

Perenn. Flor. Junio — Septembri.

Hab. in collibus herbidis, in montibus sylvaticis, nemoribus, pratis et ad sepes ubique fere.

Caulis semipedalis, pedalis, erectus, angulatus, scaber, simplex. *Folia* firma, scabra, minutim serrulata,

lata, quandoque integerrima, subtus pallida: *radicalia* longe petiolata cordato - lanceolata, *caulina* breviter petiolata, alterna, ovato - lanceolata, *suprema* sessilia, amplexicaulia. *Flores* violaceo - coerulei, sessiles, subterni, in capitulum terminale densum subglobosum congesti.

8) *C. Cervicaria* foliis lanceolato - linearibus undulatis hispidis, floribus aggregatis axillaribus terminalibusque. *Hirsch - Glockenbl. Mittleres Halskraut.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 904. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 466.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in montosis dumetosis. (Raro in ruinis arcis *Karlsburg* inter fruticeta. In monte *Sodenburg*, et hinc inde circa arcem *Homburg* inter *Karsbach* et *Sachsenheim*. Prope *Traustadt* auf dem *Zabelstein*, in monte *Salzburg* versus *Neustadt* etiam invenit *cl. Antec. Heilm.*)

Caulis 1 - 2 - 3 - pedalis, erectus, simplex, angulatus, subtomentosus, hirsutus. *Folia* lanceolata, acuta, obtuse et inaequaliter serrata, undulata, hirsuta, scaberrima, subtus pilis albidis hispida: *radicalia* petiolata et latiora, *caulina* alterna, sessilia, semiamplexicaulia, angustiora atque acutiora. *Flores* parvi, sessiles, violaceo - s. atro - coerulei, extus hirti in axillis superioribus glomerati. *Calyces* hirsutissimi.

Capsulis obtectis, calycis sinibus reflexis.

9) *C. Speculum* caule ramosissimo diffuso, floribus solitariis, capsulis prismaticis. *Spiegel - Glockenbl. Frauenspiegel, Venusspiegel.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 912. Ejusd. Enum. p. 214. Pers. syn. pl. p. 193. Hoffm. Germ. p. 103.*)

Prismatocarpus speculum *Wib. Werth. p. 184. Moench. Method. p. 496.*

Pentagonia speculum *De Vest. Man. bot. p. 468. Ann. Flor. Junio — Augusto.*

Hab. inter segetes. (Prope Himmelsporten; Zell, Veitshöchheim etc. in monte Galgenberg; prope Gerbrunn, Bergtheim, Geldersheim alibique frequens.)

Caulis digitalis, palmaris et altior, erectus, debilis, sulcatus, glaber, a basi jam ramosissimus, diffusus. *Folia* alterna, oblonga, obtusa, obsolete rariter crenulata, saturate viridia: *infima* petiolata, in petiolum decurrentia, scabriuscula: *reliqua* sessilia, semiamplexicaulia, subundulata, glabra. *Flores* copiosi in apicibus caulis et ramorum, solitarii, subsessiles, parvi, formosi, coeruleo - violacei, rarius albi. *Corollae* subrotatae calycis segmentis breviores. *Capsulae* prismaticae.

Not. Corollis rotatis, atque valvularum stamiferarum defectu haec species a *Campanulis* quodammodo recedit.

96. PHYTEUMA, *Rapunzel.*

1) *Ph. Spicatum* spica oblonga elongata, bracteis linearibus longissimis, foliis radicalibus cordatis. *Geährte Rapunz Waldrapunzel.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 923. Ejusd. Enum. p. 214. Pers. syn. pl. I. p. 194. Hoffm. Germ. I. p. 105. Schkuhr. bot. Handb. t. 39. De Vest. Man. bot. p. 460.*)

Rapunculus spicatus Scopol. Carn. I. p. 150.
Moench. Meth. p. 494.

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in sylvaticis umbrosis humidiusculis ubicunque frequens

Radix napiformis, esculenta. *Caulis* pedalis, sesquipedalis et altior, erectus, simplicissimus, sulcatus, glaber. *Folia radicalia* longe petiolata, cordata, acuminata, obtusa, glabriuscula, duplicato - serrata, basi plerumque maculis fusco - s. atro - rubentibus notata: *caulina inferiora* in petiolum brevem decurrentia, cordato - lanceolata, serrulata, *superiora* sessilia, lanceolata, subintegerrima. *Spica* terminalis, 2 - 3 - uncialis, cylindrica, erecta, densa: *floribus* simul clausis, semiappertis, et perfecte appertis. *Corollae* coerulescentes, violaceae, ochroleucae, aut albidae, clausae in cornu longum attenuatae, primoque basi se expandentes. *Bractee* longae, lineares, subciliatae.

Variat spica subovata.

2) *Ph. orbiculare* capitulo subrotundo, foliis crenatis ciliatis: radicalibus cordato - ovatis. *Kugelförmige Rapunzel.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 921. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 459.*)

Rapunculus orbicularis Scopol. Carniol. l. c.
Moench. Meth. l. c.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in montosis nemorosis, herbidis.
(Circa der *Vogelsburg* et *Hallburg* prope oppidum

Volkach rarissime. Non procul ab arce devastato *Bodenlauben*, et intra munimenta interiora *arcis Marienburg* ante aliquot annos specimina pauca inveni.)

A praecedente *caule* humiliori, *foliis* radicalibus cordato - ovatis, omnibusque crenatis ciliatis, *capitulo* florum subrotundo s. ovato, *bracteis* brevioribus, sed latioribus, et *corollis* purpureo - violaceis vel saturate cyaneis diversum.

97. LONICERA, *Lonizere*.

1) *L. Caprifolium* caule volubili, floribus verticillatis terminalibus sessilibus, foliis summis connato - perfoliatis. *Durchwachsene Loniz. Jerichorose, Geisblatt.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 932. Ejusd. Enum. p. 220. Pers. syn. pl. I. p. 213. Hoffm. Germ. I. p. 106. Jacq. Fl. austr. t. 357. De Vest. Man. bot. p. 469.*)

Frutex. Flor. Majo — Julio.

Hab. in hortis frequens, et ad eorum sepes hinc inde quasi sponte.

Caulis lignosus, volubilis, teres, glaber, ramosus. *Folia* sessilia, connata, ovata, obtusa, glabra, integerrima, subtus glaucescentia: *summa* connato - perfoliata orbiculata. *Flores* vespere praesertim odorem aromaticum suavissimum exhalantes, terminales, verticillati, sessiles. *Corollae* flavescentes basi rubicundi aut ex niveo rubellae, interdum niveae. *Baccae* subrotundae, succulentae, fulvae.

2) *L. Periclymenum* caule volubili, capitulis ovatis imbricatis terminalibus, foliis omnibus distinctis. *Deutsche Lonizere, Specklilie, Deutsches Geisblatt.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 984. Ejusd. Enum. p. 221. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. Schkuhr. bot. Handb. t. 40. Herb. Blackw. t. 25. Schmidt Baumz. t. 107. De Vest. Man. bot. l. c.*)

Frutex Flor. Junio — Augusto.

Hab. cum priori, sed rarius.

Caulis lignosus, volubilis. *Folia* opposita, ovata, integerrima, subpubescentia, omnia perfecte distincta: *inferiora* breviter petiolata, *superiora* sessilia. *Flores* albi aut ochroleuci, extus plerumque rubicundi atque pubescentes, vespere imprimis suaveolentes, sessiles, in *capitulum terminale* ovato - subrotundum congesti. *Baccae* ovatae, succulentae, rubrae.

3) *L. Xylosteum* trunco erecto, pedunculis 2 - floris, foliis ovatis pubescentibus. *Gemeine Loniz. Heckenkirsche, Beinholz.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 986. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. p. 107. Schmidt. Baumz. t. 113. De Vest. Man. bot. p. 470.*)

Frutex. Flor. Maj. Junio.

Hab. in sylvis, nemoribus et ad sepes ubique.

Frutex 3 - 6 - pedalis, erectus, ramosissimus. *Lignum* durum, albidum. *Folia* opposita, petiolata, ovata, obtusa, integerrima, pubescentia, glaucoviridia. *Pedunculi* axillares, 2 - flori, petiolo longiores. *Corollae* albido - flavicantes, extus pubescentes, oppositi, inodori. *Baccae* globosae, rubrae, distinctae, basi connatae.

98. VERBASCUM, Wollkraut.

1) *V. Thapsus* foliis decurrentibus utrinque tomentosus, caule simplici. *Gemeines Wollkr. Him-melsbrand, Königskerze.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1001. Ejusd. Enum. p. 223. Pers. syn. pl. I. p. 214. Hoffm. Germ. I. p. 107. Schkuhr. bot. Handb. t. 42. Herb. Blackw. t. 3. et t. 502. De Vest Man. bot. p. 443. Knorr. thes. II. t. V.*)

Bienn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in locis siccis arenosis, et in ruderatis frequens. (In siccis prope dem blauen Thurn versus Thüngen copiosissime et alibi.)

Caulis 2 - 3 - 4 - pedalis, erectus, strictus, simplex, tomentosus, foliis decurrentibus alatus. Folia alterna, oblonga, integra s. obtuse crenata, longe decurrentia, utrinque maxime tomentosa: infima petiolata, majora. Spica terminalis, longa, obtusa. Pedunculi breves, fasciculati, tomentosi. Corollae magnae, pallide luteae, extus pubescentes, intus splendidae. Filamenta 3 superiora lanata, 2 inferiora longiora, glabra.

2) *V. Lychnitis* foliis cuneiformi - oblongis subtus tomentosus, caule angulato paniculato. *Lichtnelkenartiges Wollkr. Heidekerze.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1003. Ejusd. Enum. p. 224. Pers. syn. pl. p. 215. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c.*)

Bienn. Flor. Junio — Septembri.

Hab. in siccis, ruderatis, ad vias et sylvarum margines ubique.

Cau-

Caulis 2 - 3 - pedalis, erectus, angulatus, incanus, ramosus. *Folia* cuneiformi - oblonga s. ovato - lanceolata, obtuse crenulata, supra subrugosa denuadata laete viridia, subtus tomentosa canescentia: *radicalia* petiolata, *caulina* alterna sessilia. *Flores* albi s. flavicantes, breviter pedunculati, fasciculati, in spicas terminales paniculatas laxas dispositi. *Filamenta* plumosa.

3) *V. album* foliis cordato - oblongis subtus farinosis canescentibus, caule angulato ramoso. *Weißes Wollkraut*.

(*Mill. Dict. n. 3. Moench. Method. p. 447. G. M. Sch. Flor. der Wetter. I. p. 296. Walth. Flor. v. Giefs. p. 226.*)

V. Lychnitis β. *L. sp. pl. ed. Willd.*

Bienn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in ruderalis, saxosis, ad muros et vias passim cum priori.

Praecedenti maxime affine, a quo tamen differt: *foliis* cordato - oblongis, subtus farinosis, *spica* ramosiore, *floribusque* minoribus constanter albis.

In horto nostro botanico per multos annos cultum nulli succubuit mutationi.

4) *V. pulverulentum* foliis ovato - oblongis subserratis utrinque pulverulentis, caule subtereti paniculato. *Bestäubtes Wollkr. Stautkerze*.

(*Pers. syn. pl. l. c. Smith Britan. Vol. I. p. 251. Gmel. Bad. I. p. 498. Spreng. Hal. p. 74.*)

V. Lychn. α. sp. pl. ed. Willd. l. c.

Bienn. Flor. Jun. Julio,

Hab.

Hab. in locis sterilibus, ruderatis, ad vias et vinearum muros hinc inde cum prioribus.

Caulis 2 - 3 - pedalis, erectus, teres s. obsolete angulatus, ramosissimus, et ut folia pulverulento-tomentosus. *Folia* sessilia, ovato-oblonga, subser-rata: *caulina* subamplexicaulia. *Panicula* erecta, valde ramosa. *Calyces* farina alba obsessi. *Corollae* majores, ut in praecedentibus, constanter luteae. *Stamina* villo albo obducta.

5) *V. nigrum* foliis cordato-oblongis undulato-crenatis utrinque villosis, caule subramoso. *Schwarzes Wollkr. Schwarze Kerze.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 104. Ejusd. Enum. p. 225. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. p. 108. De Vest. Man. bot. l. c.*)

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in nemorosis montanis, ad sepes ad vias, inque ruderatis.

Caulis 2 - 3 - pedalis, erectus, striatus, angulosus, villosus, simpliciusculus, plerumque e viridi ruber. *Folia* utrinque villosa, scabriuscula, rugosa, undulata, obtuse crenata: *radicalia* et *caulina infima* petiolata, cordato-oblonga, acuta, magna lataque, *media* brevissime petiolata, ovata, acuminata, *suprema* sessilia. *Flores* mediocres, aurei, ad faucem maculis purpureis picti, pedunculati, fasciculati in *spicis* terminalibus densis simplicibus. *Stamina* purpurascencia, medio villosa: *antheris* croceis.

99. DATURA, Stechapfel.

1) *D. stramonium* capsulis ovatis spinosis. *Ge-meiner Stechapfel, Dornapfel, Igelkolben.*

(*L.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1008. *Ejusd.* Enum. p. 226. *Pers.* syn. pl. I. p. 216. *Hoffm.* Germ. I. p. 109. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 43. *Herb. Blackw.* t. 313. *De Vest.* Man. bot. p. 455. *Knorr.* thesaur. I. t. S. 13.)

Ann. Flor. Junio — Septembri.

Hab. in cultis, ruderatis et ejectamentis ubique.

Caulis 1 - 2 - 3 - pedalis et altior, erectus, teres, glaber, nitidus, ramosus: *ramis* patulis dichotomis. *Folia* alterna, petiolata, magna, ovata, acuta, sinuato - dentata, saturate viridia, utrinque glabra. *Flores* speciosi, magni, albi, breviter pedunculati, plicati, in dichotomiis et apicibus solitarii. *Capsulae* magnae, erectae, ovatae, 4 - sulcatae: *spinis* rigidis obsessae.

Planta narcotica, venenata.

100. HYOSCYAMUS, *Bilsenkraut.*

1) *H. niger* foliis amplexicaulibus sinuatis, floribus sessilibus venosis. *Schwarzes Bilsenkraut. Schlafkraut.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1010. *Ejusd.* Enum. p. 227. *Pers.* syn. pl. I. p. 217. *Hoffm.* Germ. I. p. 109. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 44. *Sturm.* D. Flor. I. 3. *Herb. Blackw.* t. 550. *De Vest.* Man. bot. p. 455. *Knorr.* thes. I. t. B. 3.)

Ann. bienn. Flor. Majo — Augusto.

Hab. in ruderatis, ad muros et ad vias frequens.

Radix fusiformis, carnosa. *Caulis* palmaris, pedalis, sesquipedalis, solo pinquiori 3 - 4 - pedalis, erect-

erectus s. oblique adscendens, plerumque simplex, saepius magis minusve ramosus, teres, crassiusculus, villosus, subviscosus. *Folia* alterna, sessilia, amplexicaulia, ovato - oblonga, sinuato - dentata, villosa, viscosa. *Flores* sessiles, erecti, in *spicam* terminalem secundam foliatam congesti. *Calyx* urceolatus, villosus, viscidus. *Corollae* sordide flavescens, venis purpureis reticulatae, extus pubescentes, intus glabrae.

Planta exceptis seminibus tota venenata, narcotica.

101. ATROPA, *Wolfskirsche*.

1) *A. Belladonna* caule herbaceo, foliis ovatis integris. *Tödtende Wolfsk. Tollkraut, Tollkirsche, Wolfsbeeren.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1017. Ejusd. Enum. p. 231. Pers. syn. pl. I. p. 218. Hoffm. Germ. I. p. 109. Jacq. Fl. austr. t. 309. Schkuhr bot. Handb. t. 45. Herb. Blackw. t. 564. De Vest. Man. bot. p. 458.*)

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in sylvis, praesertim montosis frequens. (In sylvis *Waldskugel, Güttenberg, Irtenberg, Veitshöchheim, Gramschatz* alibique copiose.)

Caulis 3 - 5 - pedalis, erectus, teres, minute pubescens, trichotomus: *ramis* dichotomis. *Folia* petiolata, ovata s. ovato - lanceolata, integerrima, nervosa, molliuscula, sordide viridia: *radicalia* maxima, *caulina* minora ad ramos geminata: *altero* majore. *Flores* purpureo - sordide violacei, extus pubescentes: *pedunculis* axillaribus et lateralibus, solitariis, teretibus,

bus, unifloris, nutantibus. *Baccæ nigrae, nitidae, ærasa æmulantes, succo violaceo repletæ.*

Omnes plantæ partes maxime venenatæ, narcoticae, lethales.

102. *PHYSALIS, Schlutte.*

1) *Ph. Alkekengi* foliis geminis integris acutis, caule inferne ramoso. *Gemeine Schl. Judenkirsche, Judendocke, Blaskirsche.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1022. Ejusd. Enum. p. 232. Pers. syn. pl. I. p. 220. Hoffm. Germ. I. p. 110. Schkuhr. Handb. t. 45. Herb. Blackw. t. 161. De Vest. Man. bot. p. 448. Knorr. thes. I. t. J. 4.)*

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. ad vias, in vineis. (Ad viam versus *Veitshöchheim* non procul a porta oppidana, et alibi. In *vineis* melioris indolis ubique fere.)

Caulis pedalis, sesquipedalis, oblique ascendens vel magis erectus, teres, striatus, subvillosus, inferne subramosus atque nudus. *Folia* gemina, petiolata, ovata, acuminata, integra. *Flores* sordide albidæ s. flavescentes, pedunculatæ, axillares, solitariæ. *Calyx fructifer* maxime inflatus, rubro - croceus continens *baccam* subrotundam nitidam coccineam.

103. *SOLANUM, Nachtschatten.*

1) *S. Dulcamara* caule fruticoso scandente, foliis superioribus hastatis, racemis oppositifoliis cymosis. *Bittersüßer Nachtsch. Bittersüß, Je länger Je lieber.*

(*L.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1028. Ejusd. Enum. p. 234. Pers. syn. pl. I. p. 224. Hoffm. Germ. I. p. 110. Herb. Blackw. t. 34. Sturm. I. 18. De Vest. Man. bot. p. 447. Knorr. thes. I. t. H. 3.*)

Frutex. Flor. Junio — Septembri.

Hab. in sylvis, nemoribus, et ad ripas dumosas ubique.

Caules plures, praelongi, suffruticosi, ramosi, tenues, angulosi, procumbentes aut scandentes. *Folia* petiolata, alterna, integra, glabra: *inferiora* plerumque cordata aut ovata acuminata in petiolum decurrentia, *superiora* hastata aut 3-loba, saepe sinuata. *Cymae* axillares, nutantes, multiflorae, 2-fidae. *Corollae* formosae, violaceae: *laciniis* primo patentibus, dein reflexis. *Antherae* subcoalitae, citrinae. *Baccae* ovatae, rubrae, succulentae, fatuae, nauseosae.

Planta suspecta, dosi majori vim narcoticam atque purgantem ostendit.

2) *S. nigrum* caule herbaceo, foliis ovatis dentato-angulatis, racemis distichis nutantibus. *Schwarzer Nachtsch. Sautodt.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1035. Ejusd. Enum. p. 236. Pers. syn. pl. p. 224. Hoffm. Germ. I. c. Sturm D. Flor. I. 1. Herb. Blackw. t. 107. Knorr. thes. II. t. S. 3. De Vest Man. bot. I. c.*)

Ann. Flor. Junio — Novembri.

Hab. in cultis, ruderatis, ad sepes et vias ubicunque.

Caulis herbaceus, pedalis, sesquipedalis, erectus, teres, nodosus, ramosus. *Folia* petiolata, alterna, ovata, acuta, angulata, glabra. *Racemi* laterales, nu-

nutantes, 2 - fidi. *Corollae* albae. *Baccae* globosae, nigrae, nitidae, glabrae, subdulces, fatuae, nauseosae.

Variat *caule foliisque* magis villosis, et *baccis* luteis. (s. *luteum*.)

Planta narcotica, in dosi majori adhibita perniciosa.

3) *S. tuberosum* caule herbaceo, foliis pinnatis. *Knolliger Nachtsch. Grundbirn, Erdäpfel.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1033. Eiusd. Enum. p. 235. Pers. syn. pl. p. 226. Herb. Blackw. v. 587. 523. a. b. De Vest. Man. bot. l. c. Knorr. thesaur. II. t. S. 9. S. 10.*)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in Peru, unde 1585 in Europam venit. (Colitur cum plurimis varietatibus ubique.)

Planta ob *tubera esculenta* ubicunque notissima. *Folia* pinnata: *foliolis* rugosis integerrimis. *Pedunculi* subdivisi. *Corollae* satis magnae, albae, albidae, ex albido - violaceae aut coeruleae. *Baccae* magnae, globosae, nitidae, virides.

104. CHIRONIA, *Chironie.*

1) *Ch. Centaurium* foliis ellipticis 3 - nerviis, caule dichotomo corymboso, calycis laciniis subulatis subpatulis, corollae limbo plano, floribus basi squamis cinctis. *Gemeine Chironie, Tausendguldenkraut, Erdgalle, Fieberkraut, rother Auring.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1068. Hoffm. Germ. I. p. III. De Vest. Man. bot. p. 453. Smith. Britan. Vol. I. p. 257. Sturm D. Flor. I. 12. Herb. Blackw. t. 452. Knorr. thes. I. t. T. 9.*)

Erythraea Centaurium Pers. syn. pl. I. p. 283.
Willd. Enum. p. 247.

Centaurium minus Moench. Meth. p. 449. Tournef. elem. de Botan. I. p. 102. II. t. 48.

Gentiana Centaurium Linn. sp. pl. I. p. 332.
Roth. Germ. I. p. 112. T. II. p. I. p. 287. Scopol. Carn. I. p. 180.

Ann. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in pascuis, pratis, in sylvis et nemoribus copiose.

Caules plures, palmares, pedales, erecti, subquadranguli, glabri, superne plus minusve ramosi, dichotomi. *Folia* opposita, sessilia, elliptico-oblonga, integerrima, laevia, 3 - 5 - nervia: *radicalia* in orbem congesta. *Flores* terminales, sessiles, erecti, fasciculato-corymbosi, basi squamis (1 - 2) cincti. *Calyx* pentagonus. *Corollae* eleganter rubellae. *Antherae* defloratae spiraliter tortae.

2) *Ch. Gerardi* pumila ramosissima: ramulis patentissimis, foliis ovalibus, calycis laciniis corollaeque limbo erectis, floribus basi squamis destitutis. *Gerardische, kleine Chironie, kleines Tausendguldenkraut.*

(Schmidt. Fl. bohem I. n. 131. Gmel. Bad. I. p. 523. G. M. Sch. Fl. d. Wetter. I. p. 313.)

Chir. ramosissima Hoffm. Germ. l. c. Erhart.

Ch. pulchella Spreng. Fl. hal. p. 74. Smith. Brit. Vol. I. p. 258.

Chir. Centaur. β. L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1068.

Erythraea ramosissima Pers. syn. pl. l. c.

Gentiana Centaur. γ. Linn.

Ann. Flor. Junio — Augusto.

Hab.

Hab. in pascuis, ad vias, inque sylvaticis rarius.

Plantula 1 - 2 uncialis, erecta, ramosissima: ramulis tenuissimis, patentissimis. Folia brevialia, laevia. Flores e dichotomia caulis erecti, pedicellati, absque squamis. Calyx ad basin usque 5 - fidus: laciniis subulatis erectis, longitudine tubi. Corollae amoene rubellae: limbo erecto. Antherae tortae.

3) *Ch. inaperta* pumila simplex ramosaque: ramulis patentibus, foliis ovatis, calycis laciniis subulatis subpatulis, corollae limbo acuto connivente. *Ungeöffnete Chironie, kleinstes Tausendguldenkraut.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1069. Hoffm. Germ. l. c. Spreng. Fl. hal. p. 75.*)

Chir. Vaillantii Schm. Fl. boh. I. n. 132.

Erythraea inaperta Pers. syn. pl. I. p. 283. β.

Ann. Flor. Junio — Augusto.

Hab. passim cum prioribus, sed rarius. (In pratis humidis, ad fossas et rivulos versus *Bischofsheim* et *Messelhausen*, prope *Oberschwarzach*, *Handthal*, *Schönaich*, *Büchold* alibique cum praecedente pluries inveni.)

A priori, cui maxime affinis, corollis imprimis semper clausis, acutis constanter differt.

105. RHAMNUS, Weegdorn.

1) *Rh. catharticus* spinis terminalibus, floribus 4 - fidis dioicis, foliis serratis, baccis 5 - spermis. *Purgirender Weegd. Kreuzdorn, Kreuzbeerdorn, Hirschdorn.*

(*L.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1092. Ejusd. Enum. p. 249. Pers. syn. pl. I. p. 238. Hoffm. Germ. I. p. 112 Herb. Blackw. t. 135. De Vest. Man. bot. p. 472.*)

Cervispina cathartica Moench. Meth. p. 686.

Frutex. Flor. Maj. Junio.

Hab. in hortis, ad sepes, in nemorosis. (Ad sepes hortorum circa urbem passim, ad sepes et in nemorosis prope *Rimpar, Gramschatz, Lengfeld, Gerbrunn, Kitzingen, Karlstadt, Stetten*, inter *Randersacker* et *Theilheim*, in *sylva gramschatzensi* versus dem *Dürrhof*, prope *Abb. Heidenfeld* in den *Lacken*, alibique.)

Frutex 5 - 8 - pedalis, erectus, (quandoque arbuscula) ramosissimus: ramis alternis rigidis, teretibus, adultioribus spina valida terminatis. Folia fasciculata, opposita, petiolata, ovata, serrata, nervosa, juniora pubescentia, adultiora glabra, supra splendentia. Flores in alis foliorum aggregati, parvi, pedunculati, ex albo aut luteo - virides, 4 - fidi, rarius 5 - fidi, dioici, 4 - andri, nonnunquam 5 - andri. Bacca pififormis, succosa, nigra, glaberrima, dulcescens, nauseosa, purgans.

2) *Rh. Frangula inermis*, floribus 5 - fidis hermaphroditis, foliis integerrimis, baccis 2 - spermis. *Glatter Weegd. Faulbaum, Pulverholz, Zapfenholz, Schießbeere.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1098. Ejusd. Enum. p. 250. Pers. syn. pl. p. 239. Hoffm. Germ. p. 112. Schkuhr. bot. Handb. t. 46. Herb. Blackw. t. 152. De Vest. Man. bot. p. 473.*)

Frangula Alnus Moench. Meth. suppl. p. 271.

Frutex. Flor. Maj. Junio.

Hab.

Hab. in hortis, sylvis et ad sepes fere ubique.

Frutex aut arbor mediocris erectus, ramosissimus: ramis alttrnis, inermibus, apicibus nutantibus. Folia petiolata, opposita, nervosa, integerrima glaberrimaque, ovato-lanceolata, laete viridia, subtus pallidiora. Flores in alis foliorum aggregati, pedunculati, subnutantes, parvi, hermaphroditi, 5-fidi, albidi vel ex albido viridescentes, saepius rubelli. Baccae pisiformes, glaberrimae, 2-spermae, rubellae, demum nigrae, nauseosae, drasticae.

106. E V O N Y M U S, *Spindelbaum.*

1) *E. europäus* floribus plerisque 4-fidis 4-andris, petalis acutis, ramis laevibus. *Gemeiner Spindelb. Pfoffenhüthlein, Pfefferröschen.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1130. Ejusd. Enum. p. 255. Pers. syn. pl. I. p. 243. Hoffm. Germ. I. p. 113. Schmidt Baumz. t. 71. Schkuhr. bot. Handb. t. 48. De Vest. Man. bot. p. 474.*)

E. vulgaris Roth. Germ. T. I. p. 104. T. II. P. I. p. 266. Scopol. Carn. I. p. 166. Moench. Method. p. 71.

Frutex. Flor. Maj. Junio.

Hab ad sepes, in sylvis nemoribusque fere ubique.

Frutex 4-9-pedalis, erectus, ramosissimus: ramis oppositis glabris viridibus teretibus, junioribus tetragonis. Folia opposita, petiolata, ovato-lanceolata, serrata, glabra. Pedunculi axillares, compressi, dichotomi, divaricati. Flores omnes, excepto primario, 4-fidi, 4-andri, ex viridi-flavescentes.

Capsulae nauseosae, valde purgantes, quadrangulae: *angulis* obtusis, maturitate amoene rubrae. *Semina* ovata, alba, arillo croceo.

107. R I B E S, *Krausbeerè.**Inermia.*

1) *R. rubrum* inerme, racemis glabris pendulis, floribus planiusculis. *Rothe Krausb. Johannisbeere, Johannistrauben.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1153. Ejusd. Enum. p. 262. Pers. syn. pl. I. p. 251. Hoffm. Germ. I. p. 113. Schkuhr. bot. Handb. t. 48. Sturm D. Flor. I. 4. De Vest. Man. bot. p. 475. Herb. Blackw. t. 285. Schmidt. Baumz. t. 93. Knorr. thes. I. t. J. 5.*)

Grossularia rubra Scopol. Carn. I. p. 167.

Frutex. Flor. April. Majo.

Hab. in hortis et ad eorum sepes ubique.

Frutex 3 - 5 pedalis, erectus: *ramis* glabris inermibus. *Folia* petiolata, alterna, 5 - loba, serrata. *Racemi* simplices, multiflori, nutantes: *fructiferi* penduli. *Flores* luteo - virides. *Baccae* globosae, acidae, dulcescentes, rubrae, saepe etiam incarnatae, vel albae.

2) *R. nigrum* inerme, racemis laxis pilosis, floribus campanulatis. *Schwarze Krausb. Schwarze Johannisbeere, Wanzenstrauch.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1156. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. p. 114. De Vest. Man bot. l. c. Herb. Blackw. t. 285. Knorr. thesaur. I. t. J. 6. Schmidt. Baumz, t. 91.*)

Frutex. Flor. Maj. Junio.

Hab.

Hab. in hortis et ad sepes rarius.

Praeter magnitudinem partium omnium adauctam ab antecedente differt: *foliis* ex subrotundo triangularibus 3 - 5 - lobis acutiusculis rugosis subtus glandulosis villosis - pubescentibus cum tota planta olidis, *petiolis* basi ciliatis, *racemis* pilosis, *floribus* oblongis campanulatis, *baccis* majoribus nigris.

Aculeata.

3) *R. Grossularia* ramis aculeatis, pedunculis unifloris, bracteis binis, baccis hirsutis. *Stachlige Krausb. Stachelbeere.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1153. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. p. 252. Hoffm. Germ. l. c. Sturm D. Flor. I. 4. Schmidt. Baumz. t. 99. Knorr. thes. II. t. G. De Vest. Man. bot. p. 476.*)

Frutex. Flor. April. Majo

Hab. in hortis, sepibus et ad muros ubicunque.

Fruticulus 2 - 3 - 4 - pedalis, ramosissimus: *ramis* erectis aculeatis. *Aculei* sub gemmis solitarii, bini aut terni decidui. *Folia* petiolata, 3 - loba, incisa, subpubescentia. *Ciliae* petiolorum pilosae, quasi pennatae. *Flores* breviter pedunculati, penduli, solitarii, saepe etiam gemini, rubicundi, extus hirsuti. *Baccae* pendulae, hispidae.

4) *R. reclinatum* ramis subaculeatis reclinatis, pedunculi bractea triphylla. *Bogige & niederliegende Krausb. Rothe Stachelbeere.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Pers. syn. pl. l. c. De Vest. Man. bot. p. 476. Gmel. Bad. I. p. 538.*)

Frutex. Flor. April. Majo.

Hab. in hortis et ad sepes passim cum antecedente.

A priori ramis imprimis reclinatis, minus aculeatis, baccisque majoribus rubris discrepat.

5) *R. Uva crispa* ramis aculeatis, pedunculis 1 - floris, bracteis connato - tubulosis, baccis glabris. *Glatte Krausb. Glatte Stachelbeere, Klosterbeere.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. Herb. Blackw. t. 277. Schmidt, Baumz. t. 100 De Vest. Man. bot. l. c.*)

Grossularia Uva Scopol. Carn. I. p. 168.

Frutex. Flor. April. Maio.

Hab. cum prioribus.

Maxime affine praecedentibus, a quibus differt: bracteis monophyllis in tubum quasi connatis, pilis petiolorum glandulosis, baccisque glabris. Flores albidii.

108. HEDERA, *Epheu, Wintergrün.*

1) *H. Helix* foliis ovatis lobatisque, umbellis erectis. *Wald - Epheu, Mauertorbeer.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1179. Ejusd. Enum. p. 266. Pers. syn. pl. I. p. 252. Hoffm. Germ. I. p. 114. Schkuhr. bot Handb. t. 49. Herb. Blackw. t. 188. De Vest. Man. bot. p. 476.*)

Frutex. Flor. Septembr. Octobri.

Hab. in nemorosis montosis umbrosis, in muris vetustis et hortis ubique.

Frutex truncis ramisque praelongis, scandentibus, arboribus murisque radiculis aut fulcris arcte adhaerentibus, longe lateque se spargentibus, aut ad ter-

ram

ram procumbentibus repentibus. *Folia* petiolata, sparsa, sempervirentia, coriacea, obscure viridia, lucida: *inferiora* 3 - 5 - loba, *summa* et *floralia* cordata vel ovata, indivisa. *Umbellae* terminales, densae, multiflorae, globosae: *floribus* viridibus. *Baccae* globosae, laeves, succulentae, nigrae.

109. VITIS, Weinstock.

1) *V. vinifera* foliis lobatis sinuatis nudis. *Gewöhnlicher Weinst. Weinrebe, Weintraube.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1180. Ejusd. Enum. p. 267. Pers. syn. pl. I. p. 252. Hoffm. Germ. I. p. 115. Herb. Blackw. t 153. Knorr. thes. I. t. W. 10. De Vest. Man. bot. p. 475.*)

Frutex. Flor. Majo — Julio.

Hab. in orbis 4 partibus temperatis. (In hortis et vineis cum innumeris variationibus ubique abundissime colitur.)

Folia petiolata, lobata, dentata, supra glabra, subtus pubescentia aut tomentosa, mox utrinque nuda. *Flores* parvi, virides, suaveolentes. *Baccae* ratione magnitudinis, figurae et coloris maxime variant.

2) *V. laciniosa* foliis quinatis: foliolis multifidis. *Schlitzblättriger Weinstock, Petersilientraube.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1181. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. p. 253. Moench. Method. p. 75.*)

Frutex. Flor. Junio,

Hab. cum praecedente, sed rarius.

Foliola multifida: *laciniis* dentatis incisus acuminatis supra nudis obscure viridibus subtus pallidioribus laeviter pubescentibus.

110. T H E S I U M, *Leinblatt.*

1) *Th. Linophyllum* panicula foliacea, foliis lineari - lanceolatis nervosis. *Wahres Leinbl.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1211. Ejusd. Enum. p. 273. Pers. syn. pl. I. p. 211. Hoffm. Germ. I. p. 116. Schkuhr. bot. Handb. t. 51. De Vest. Man. bot. p. 476.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in montosis sterilibus, lapidosis et in nemorosis. (Hinc inde in dorsis *der Steinberge et montis dürrbaccensis.* In monte *zellensi* passim, versus pagum *Zell* et infra *Unterzell.* In monte *Nicolai* prope *Capellam* et versus *der Waldskugel.* In montosis prope *Randersacker, Theilheim* et *Gerbrunn.* Ad margines sylvarum *Irtenberg, Waldskugel, Gramschatz, Kitzingen* et alibi.)

Caulis palmaris, pedalis, primo decumbens, dein erectus, plerumque simplicissimus, glaber, teres, superne angulatus. *Folia* sessilia, sparsa, trinervia, lineari - lanceolata, integerrima, glabra, rigidula. *Panicula* racemosa, terminalis, laxa, composita. *Flores* intus albi, extus viridiusculi: *pedunculis* alaribus alternis erectis plerumque unifloris, mox 2 - 3 - floris, basi bracteatis.

Variationem *calycibus* 4 - fidis, et *staminibus* 4 prope dem *Schwamberg* apud *Kitzingen* et in dumetosis prope *Nüdlingen, Arnshausen* et *Knetzgau* pluries inveni.

Variat *caule stricto* (*Th. intermedium* *Schrad. spicil. Fl. germ. I. p. 27.*) et *flaccido* (*Th. montanum* *Schrad. l. c. Hoffm. Germ. I. p. 116.*)

III. VINCA, *Sinngrün*, *Immergrün*.

1) *V. minor* caulibus procumbentibus, foliis elliptico - lanceolatis, floribus pedunculatis. *Kleines Sinngrün*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1232. Ejusd. Enum. p. 274. Pers. syn. pl. I. p. 267. Hoffm. Germ. I. p. 116. Schkuhr. bot. Handb. 1. 51. Herb. Blackw. t. 59. De Vest. Man. bot. p. 454.*)

Pervinca minor Scop. Carn. I. p. 170.

Perenn. Flor. Aprili — Junio.

Hab. in dumetosis umbrosis, in sylvaticis et ad sepes. (In sylvis Waldskugel, Guttenberg et Kitzingen. Ad sepes prope der Aumühle alibique non infrequens.)

Caulis procumbens, radicans, teres, tenuis, glaber, ramosus; *ramis* et apicibus floriferis erectis. *Folia* opposita, petiolata, elliptico - lanceolata, integerrima, firma, nitida, glaberrima, sempervirentia. *Flores* speciosi, coerulei aut violacei, inodori, axillares: *pedunculis* solitariis erectis unifloris. *Corollae* *tubus* intus villosus.

Variationem *foliis* ex albo - variegatis etiam sponte crescentem vidi.

112. VIOLA, *Veilchen*.

Acaules.

1) *V. hirta* acaulis, foliis cordatis serratis petiolisque piloso - hispidis, bracteis infra medium pedunculi, calycibus obtusis. *Rauhhaariges Veilchen*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1162. *Ejusd.* Enum. p. 263. *Pers.* syn. pl. I. p. 254. *Hoffm.* Germ. II. p. 168. *De Vest.* Man. bot. p. 439. *Sturm* D. Flor. I. II.)

Perenn. Flor. Mart. Aprili.

Hab. in pascuis, nemoribus, dumetis et ad colles ubique.

Folia cordato-oblonga, serrata, venosa, utrinque piloso-hispida. *Petioli* radicales, erectiusculi, hispidi. *Pedunculi* radicales, erecti, uniflori, glabri, infra medium bracteis 2 subulatis praediti, inferne teretes, superne tetragoni. *Flores* nutantes, coerulei, inodori.

2) *V. odorata* acaulis, stolonibus reptantibus, foliis cordatis petiolisque glabris, bracteis supra medium pedunculi, calycibus obtusis. Wohlriechendes Veilch. Märzveilchen.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1163. *Ejusd.* Enum. p. 264. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Sturm* D. Fl. I. II. *Herb. Blackw.* t. 55. *De Vest.* Man. bot. l. c. *Knorr.* thes. I. t. V.)

Perenn. Flor. Martio — Majo.

Hab. ad sepes, in pascuis, pomariis, dumetis et in nemorosis abunde.

Stolones repentes, radicanter, foliosi. *Folia* cordata, crenata, glabra, subtus levissime pubescentia; petiolis glabris. *Pedunculi* radicales, glabri, supra medium bracteati, uniflori, apice incurvi. *Flores* purpureo-violacei, fragrantis, odore gratissimo.

Variat floribus albis, carneis et plenis.

3) *V. palustris* acaulis, foliis reniformibus petiolisque glabris, bracteis supra medium pedunculi, radice repente. Sumpf-Veilch.

(*L.*

(*L. sp. pl. ed Willd. l. c. Ejusd. Enum. p. 263.*
Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest.
Man. bot. l. c. Sturm D. Flor. l. c.)

Perenn. Flor. Aprili — Junio.

Hab. in paludosis, pratis uliginosis, ad fossas, ad ripas. (Ad ripas Moeni infra *Heidingsfeld*, prope *Ochsenfurth*, *Zell*, *Karlstadt*, *Gemeinden* etc. In graminosis udis sylvae *Guttenberg*, in sylvae *homburgensi* versus *Böttingen*, prope *Gräfsendorf*, in nemore *waldbronnensi* alibique.)

Radix repens absque stolonibus. *Folia* in cespitem densum congesti, reniformi - cordata, crenata *petiolisque* glabra. *Pedunculi* radicales, teretes, glabri, tetragoni, foliis longiores, supra medium bracteati, uniflori, apice incurvi. *Flores* dilute coerulei vel violacei, venis plerumque purpureis picti, inodori.

Caulescentes,

4) *V. canina* caule adultiore adscendente canaliculato, foliis oblongo - cordatis acutis, stipulis ciliato - dentatis, calycibus acutis. *Flunds - Feilch.*

(*L. sp. pl. ed Willd. p. 1164. Ejusd. Enum. p. 264.*
Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest.
Man. bot. p. 440. Sturm D. Flor. l. c.)

Perenn. Flor. April. Majo.

Hab. in pratis siccis, in montosis nemorosis, ad vias atque sylvarum margines ubicunque.

Caulis primo declinatus, adultior adscendens, glabriusculus, simplex aut parum ramosus, angulatus, hinc canaliculatus. *Folia* oblonga, cordata, acuta, glabra, crenata: *radicalia* longe petiolata in cespitem

congesta, *caulina* brevius petiolata alterna. *Stipulae* lanceolatae, serratae, ciliatae, ad petiolorum basin. *Pedunculi* erecti, tetragoni, glabri, partim radicales, partim caulini axillares, apicem versus *bracteis* 2 subulatis ciliatis praediti. *Flores* speciosi, dilute coerulei, inodori: *caulini* superiores plerumque apetalii.

5) *V. persicifolia* caule erecto, foliis ovato-lanceolatis serratis, stipulis dentatis. *Pfirsblättriges Veilchen*.

(*Roth*, Germ. T. II. p. 271. *Hoffm.*, Germ. ed. 1791. p. 311. *G. M. Sch.* Flor. der Wetter. Anh. p. 8. *Röhling* Deutschl. Flor. p. 140. *Schweigg.* spec. Flor. erl. p. 59. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 269.)

V. montana β. *L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1165. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.*, Germ. ed. 1804. II. p. 169. *Spreng.* Hal. p. 80. *De Vest.* Man. bot. p. 440.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in umbrosis nemorosis, montanis, in pratis humidis. (In locis editioribus sylvarum *Guttenberg*, *Stetten* inque graminosis humidiusculis prope *Haßfurth* et *Marienburghausen* raro. In pratis humidis prope *Werneck* pluries invenit *Am. Wolff.*)

Radix repens. *Caulis* palmaris et altior, erectus, simplex, teres, glaber. *Folia* alterna, petiolata, in petiolum decurrentia, ovato-lanceolata, glaberrima, serrata, superiora angustiora, brevius petiolata, integerrima. *Stipulae* oppositae, profunde inciso-serratae. *Pedunculi* terminales et axillares, praelongi, tenues, glabri, erecti, uniflori, apicem versus *bracteis* 2 lanceolatis notati. *Flores* inodori, dilute coerulei aut coeruleo-albidi.

A *Viola montana*, quae in hisce regionibus peregrina est, foliis praecipue ovato - lanceolatis, quae nunquam, ut in illa, cordato - oblonga evadunt, constanter differt.

Per plurimos jam annos ambo hae plantae in horto botanico absque ulla mutatione crescunt.

6) *V. mirabilis* caule triquetro adscendente, foliis reniformi - cordatis, floribus caulinis apetalis, radicalibus corollatis. *Wunderbares, verschiedenblüthiges Veilchen.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1167. Ejusd. Enum. p. 265. Pers. syn. pl. p. 255. Hoffm. Germ. p. 169. De Vest. Man. bot. p. 440. Jacq. Austr. t. 19.*)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in umbrosis, nemorosis humidiusculis. (In sylvis *Guttenberg* et *Waldskugel*, in sylva *stettensi*, in nemorosis sic dicti *Neusee* et *Millert* prope *Waldbrunn*, in sylvaticis prope *Wüstenzell*, *Neubrunn*, *Wolfsmünster* et alibi raro. Etiam in sylva prope *Versbach* invenit *cl. D. Lehmann.*)

Caulis sesquidigitalis et altior, triqueter, adscendens, glaberrimus. *Folia* reniformi - cordata, acuta, subcucullata: *petiolis* triquetris. *Stipulae* lanceolatae, integrae. *Flores* pedunculati, albidi: *caulini* apetali fertiles, *radicales* corollati abortientes.

7) *V. tricolor* caule angulato diffuso, foliis oblongis dentato - crenatis, stipulis lyrato - pinnatifidis, corollis calyce glabro duplo majoribus. *Dreifärbiges Veilch. Tag - und Nacht - Veilch. Dreifaltigkeitskraut, Freisamkraut.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1168. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 441. Sturm D. Flor. I. II. Knorr. thes. I. t. D.*)

Ann. Flor. Majo — Octobri.

Hab. in cultis et ad hortos quasi sponte.

Caulis ramosissimus, diffusus, angulatus, glaber, *Folia* alterna, petiolata, oblonga, glabra, serrata vel crenata. *Stipulae* magnae, pinnatifidae: *lacinia terminali* maxima. *Pedunculi* longi, solitarii, uniflori, axillares, striati, nudi. *Bractea* minima. *Corollae* mox unicolores, mox bi- aut tricolores, speciosae, calyce glabro duplo aut ultra longiores,

8) *V. arvensis* caule angulato sulcato diffuso, foliis ovato - oblongis serratis, stipulis basi incis, calyce pubescente corolla sublongiore. *Acker - Veilchen.*

(*Pers. syn. pl. p. 255. Hoffm. Germ. p. 170. Röhl. Deutschl. Fl. l. c. Moench. Method. p. 230. Roth. Germ. T. I. p. 106. II. p. 273. G. M. Sch. Flor. der Wetter. I. p. 343. Wibel. Werth. p. 186. Reber. Prodr. Flor. neomarch. p. 122.*)

Ann. Flor. Aprili — Augusto.

Hab. in agris ubique.

Caules digitales, palmares, diffusi, ramosi, glabri aut parum pubescentes, inferne praecipue angulati et sulcati. *Folia* petiolata, ovato - oblonga, acuminata, saepe magis cordata, serrata. *Pedunculi* triangulares, hirsuti. *Corollae* luteo - albae calyces pubescentes aut hirsutos vix superantes.

Plantula in horto botanico per multos annos culta nulli unquam succubuit mutationi.

113. JASIONE, *Jasione*, *Hügelblume*.

1) *J. montana* foliis lineari - oblongis undulatis.
Berg - Jasione, *gemeine Hügelbl.* *Schaafrapunzel*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 888. *EjUSD.* Enum. p. 209. *Pers.* syn. pl. II. p. 215. *Hoffm.* Germ. II. p. 167. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 266. *Sturm* D. Flor. I. 9. *De Vest.* Man. bot. p. 438.)

Ann. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in ericetis, et ad colles fere ubique.
 (Ad margines *syvae stettensis* copiosissime alibique.)

Caulis palmaris, pedalis, erectus, angulosus, scaber, ad medium fere foliosus, simplex aut apice parum divisus. *Folia* lineari-oblonga, undulata, utrinque villosa: *radicalia* maxima in cespitem congesta, *caulina* alterna sessilia angustiora. *Capitulum* terminale, solitarium, erectum, subrotundum, multiflorum: *involucro* polyphylo persistente suffultum. *Flores* numerosi, aggregati, pedicellati, amoene caerulei.

Variat *foliis* glabris et *floribus* albis.

114. IMPATIENS, *Springkraut*.

1) *I. noli tangere* pedunculis multifloris solitariis, foliis ovatis, geniculis caulinis tumentibus.
Gemeines Springkr. *wilde Balsamine*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1176. *EjUSD.* Enum. p. 266. *Pers.* syn. pl. I. p. 157. *Hoffm.* Germ. II. p. 170. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 270. *Sturm* D. Flor. I. 5. *De Vest.* Man. bot. p. 441.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab.

Hab. in nemorosis, umbrosis humentibus.
 (Hinc inde in locis demissioribus irriguis sylvarum
Waldskugel et *Guttenberg*. In sylvaticis humidis prope
Mühlhausen et im *Oelgrund* passim. In umbrosis
 ad catarrhactam prope *Triefenstein* raro *sec. cl. D.*
Lehm. Copiose in nemoribus ad *Abb. Heidenfeld*,
 et in *sylvis plurimis rhoenanis*)

Caulis 2 - 4 - pedalis, erectus, teres, glaberrimus,
 succulentus, subpellucidus, ex viridi rubellus:
ramis multis alternis *geniculisque* tumidis. *Folia* al-
 ternata, petiolata, ovata, acuminata, serrata, laete
 viridia, tenerrima. *Pedunculi* axillares, 2 - 3 - 4 -
 flori, solitarii, basi incrassati, nutantes. *Calycis fo-*
liola 2 colorata, aequalia, decidua. *Petala* lutea,
 maxime inaequalia. *Nectarium* cuculliforme apice re-
 curvo. *Antherae* leviter cohaerentes.

D I G Y N I A.

115. ASCLEPIAS, *Schwalbenwurz.*

1) *A. Vincetoxicum* foliis ovatis acuminatis tenuissime ciliatis. *Gemeine Schwalbenw. Giftwurz.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1268. Ejusd. Enum. p. 278. Hoffm. Germ. I. p. 117. De Vest. Man. bot. p. 478. Schkuhr bot. Handb. t. 55. Sturm D. Flor. I. 9. Herb. Blackw. t. 96.*)

Cynanchum Vincetoxicum, *Pers. syn. pl. I. p. 274.*

Vincetoxicum officinale *Mönch. Meth. p. 717. Perenn. Flor. Majo — Julio.*

Hab. in montosis nemorosis ubique.

Cau-

Caulis pedalis, sesquipedalis, erectus, simplex, teres, utrinque *linea* pubescente, glaber, viridis, basi purpurascens. *Folia* opposita, petiolata, cordato-ovata, acuminata, integerrima, glabra, basi et margine ciliata. *Umbellae* axillares, longe pedunculatae, subnutantes, proliferae. *Flores* albi. *Semina* lana sericea nivea aucta.

Variat *foliis* ternis et quaternis.

116. HERNIARIA, *Bruchkraut*.

1) *H. glabra* glabra, floribus sessilibus glomeratis *Glattes Bruchkr. Harnkraut, Jungferngras.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1296. Ejusd. Enum. p. 287. Pers. syn. pl. I. p. 292. Hoffm. Germ. I. p. 117. Schkuhr. bot. Handb. t. 56. Herb. Blackw. t. 320. De Vest. Man. bot. p. 525.*)

Ann. bienn. Flor. Junio — Septembri.

Hab. in arenosis, arvis et pascuis sterilibus ubique.

Caules plures, digitales, palmares, prostrati, terrae adpressi, filiformes, ramosissimi, dichotomi. *Folia* parva, opposita, subsessilia, ovata, acuta, integerrima, glabra: *altero* paulo minore, *suprema* alterna. *Stipulae* membranaceae, albae. *Flores* minuti, sessiles, glabri, virides, in axillis glomerati.

2) *H. hirsuta* hirsuta, glomerulis paucifloris. *Behaartes Bruchkr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1297. Ejusd. Enum. p. 288. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. Smith. Brit. V. I. p. 272. De Vest. Man. bot. p. 525.*)

Ann. Flor. Junio — Augusto.

Hab. cum priori, sed multo rarius.

A praecedente *caulibus foliis et calycibus pilis patentibus hirsutis glomerulisque paucifloris constantex differi.*

117. ATRIPLEX, Melde.

1) *A. hortensis* foliis triangularibus. *Garten-Melde, wilder Spinat.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. IV. p. 961. Ejusd. Enum. p. 1041 Pers. syn. pl. I. p. 293. Hoffm. Germ. II. p. 277. Schkuhr. bot. Handb. t. 349. Herb. Blackw. t. 99. et t. 552. De Vest. Man. bot. p. 522.*)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in hortis, in ejectamentis inque ruderatis. (Ad hortos circa urbem passim. Copiose intra ruinas arcis Karlsburg.)

Caulis 4 - 6 - pedalis et altior, erectus, angulosus, glaber, ramosus: ramis alternis erectis. Folia alterna, petiolata, triangularia, oblonga, plerumque integerrima, pallide viridia. Racemi terminales, multiflori, erecti. Flores parvi ex albido lutei. Fructus ex subrotundo ovati, glabri, valvulis membranaceis subrotundis integerrimis cincti.

Variat caule, foliis et racemis purpurascensibus.

2. *A. rosea* foliis incanis serratis, fructibus quadrangularibus dentatis. *Rosen - Melde.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 960. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. p. 276. Schkuhr. bot. Handb. t. 350. De Vest. Man. bot. l. c.*)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. cum antecedente ad hortos, sed rarius.

Cau-

Caulis sesquipedalis et altior, erectus, subangulosus, albidus, glaber, ramosus: *ramis* alternis, diffusis. *Folia* alterna, subsessilia, ovata, basi cuneato - truncata, sinuato - dentata, incana, glabra, farina albida tenuissima adspersa. *Flores* glomerati, axillares, sessiles. *Fructus* compressi, nervoso - reticulati, incani, subquadranguli, dentati, crenati.

3) *A. hastata* foliis cordato - triangulis sinuato - dentatis. *Spießförmige Melde*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 963. Ejusd. Enum. p. 1042. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. ed. 1791 p. 352. De Vest. Man. bot. p. 523.*)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in ruderatis et cultis.

Caulis sesquipedalis, 2 - pedalis, erectus, glaber, ramosissimus, angulosus: *angulis* albis. *Rami* alterni et oppositi, sulcati, divaricati: *infimi* semper fere procumbentes. *Folia* opposita et alterna, petiolata, cordato - triangula, subhastata, sinuato - denticulata, glabra, glauco - viridia, subtus plerumque albida, farinosa: *suprema* lanceolata integerrima. *Spicae* terminales, multiflorae. *Flores* parvi, viridescentes, farinosi, glomerati. *Fructus* deltoideus, sinuato - denticulatus.

4) *A. patula* foliis ovato - lanceolatis subintegris. *Weitschweifige Melde*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 964. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. p. 277. Schkuhr. bot. Handb. t. 347. De Vest. Man. bot. p. 523.*)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in cultis, ruderatis ad vias et pagos frequens.

Caulis palmaris, pedalis, sesquipedalis et altior, ramosissimus, diffusus, obsolete tetragonus, striatus, glaber, cum *ramis* procumbens. *Folia* opposita alternave, petiolata, glabra, glauco-viridia: *inferiora* hastata, oblonga, obtusa, *superiora* deltoidea, obsolete dentata, *suprema* lanceolata, integerrima. *Spicae* terminales et axillares. *Flores* exigui ex albo viridescentes. *Fructus* triangulus, disco denticulatus.

Variat caule ramisque erectis.

118. CHENOPODIUM, Gänsefuß.

Foliis angulosis.

1) *Ch. bonus Henricus* foliis triangulari-sagittatis integerrimis, spicis compositis aphyllis. *Dorf-Gänsef.* *Guter Heinrich*, *Feldspinat*, *Schmergelkraut*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1299. Ejusd. Enum. p. 288. Pers. syn. pl. I. p. 294. Hoffm. Germ. I. p. 117. De Vest. Man. bot. p. 519. Schkuhr. bot. Handb. t. 56. Herb. Blackw. t. 311.*)

Perenn. Flor. Majo — Augusto.

Hab. in ruderatis, ad vias, ad muros et in fimetis frequens.

Caulis pedalis, sesquipedalis, sulcatus, inferne parum ramosus, superne simplex, uti foliorum dorsa, petioli, atque spicae farina unctuosae undique adspersae. *Folia* alterna, longe petiolata, integerrima, saturate viridia, supra glabra. *Spicae* racemosae compositae: *inferiores* axillares, *superiores* in racemum longum aphyllum congestae. *Flores* ex viridi flavescentes, glomerati, foemineis plurimis immixti.

2) *Ch. urbicum* foliis triangularibus subhastatis denticulatis, racemis confertis strictissimis longissimis subaphyllis cauli approximatis. *Stadt - Gänsef.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. I. p. 118. De Vest. Man. bot. l. c.*)

Ann. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in ruderatis, in cultis praesertim solo pinquiori, ad fimeta, ad agrorum margines inque plateis passim.

Caulis pedalis, sesquipedalis, erectus, sulcatus, glaber, ramosus, interdum simplex, lineis saepe rubellis notatus. *Folia* alterna, petiolata, triangularia, in acumen longum terminata, medio praecipue denticulata, versus apicem integerrima, glabra, non pulverulenta, tenuia, ex flavicanti - s. albido viridia. *Racemi* longi, strictissimi, tenues, cauli fere adpressi. *Flores* parvi, virides.

3) *Ch. rubrum* foliis cordato - triangularibus obtusiusculis sinuato - dentatis, racemis erectis compositis subfoliosis caule brevioribus. *Rother Gänsef. Mistmelde.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1300. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 520.*)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in ruderatis, fimetis, in cultis et ad sepes rarius.

Caulis 1 - 2 pedalis, erectus, plus minusve ramosus, diffusus, angulosus, striis lineisque rubris notatus. *Folia* alterna, petiolata, rhomboideo - triangularia, sinuato - dentata, basi producta, laete viri-

dia subfarinosa. *Racemi* erecti, alares et terminales, longi, compositi, stricti. *Calyces* semper fere rubelli.

Planta tota fere in ultimo vegetationis stadio aut gelu tacta *rubra* evadit. *Racemi* dum viridi - purpurei.

4) *Ch. murale* foliis ovatis acutis nitidis dentatis, racemis erectis ramosis nudis terminalibus et axillaribus. *Mauer - Gänsef. Mauermelde.*

(*L. sp. pl. ed Willd. p. 1301. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c.*)

Ann. Flor. Junio — Septembri.

Hab. in ruderatis, in cultis, hortorum ejectamentis et ad muros ubique fere.

Caulis semipedalis, pedalis, erectus, ramosissimus, divaricatus, angulatus, glaber, hinc inde farina adpersus. *Folia* alterna, petiolata, crassiuscula, triangulari - ovata, basi producta, inaequaliter sinuato - dentata, glabra, splendentia: *denticulis* ovatis acutis plerumque rubellis. *Racemi* axillares et terminales, erecti, ramosissimi, cymosi, aphylli. *Flores* fasciculati, virides. *Calyces* subpentagoni.

5) *Ch. album* foliis rhomboideo - ovatis erosis postice integris: superioribus oblongis integerrimis, racemis erectis ramosis subaphyllis. *Weißer Gänsefuß.*

(*L. sp. pl. ed Willd. p. 1302. Ejusd. Enum. p. 289. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c. Herb. Blackw. t. 553.*)

Ann. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in ruderatis, cultis et ad vias ubique.

Cau-

Caulis pedalis, sesquipedalis, in cultis saepe 2 - pedalis et altior, erectus, ramosus, sulcatus, farina alba adpersus, saepe etiam in siccioribus proveniens inferne rubellus. *Folia* alterna, petiolata, rhomboideo - ovata s. triangularia, sinuato - dentata, quasi erosa, basi integerrima: *superiora* ex *ramea* oblongo - lanceolata integra; *omnia* farina alba unctuosa subtus praedita. *Racemi* terminales, erecti, compositi, candicantes, subaphylli. *Flores* conglomerati. *Calyces* pentagoni, albide farinosi.

Variat *foliis* integris angustioribus atque colore magis viridi. (*Chenop. viride* L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1303. *Pers. syn. pl. Hoffm. Germ. et aliorum.*)

6) *Ch. hybridum* foliis cordatis acuminatis angulato - dentatis, paniculis ramosissimis divaricatis nudis. *Unächter Gänsef. Schweinsmelde, stechapfelblättriger Gänsef.*

(L. sp. pl. ed. Willd. p. 1303. *Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. p. 119. De Vest. Man bot. l. c.*)

Ann. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in cultis inque ruderalis frequens.

Caulis 2 - 3 - pedalis, erectus, ramosus, angulatus, glaber, viridis. *Folia* alterna, petiolata, magna, cordata, sinuato - dentata, longe acuminata, glabra, splendentia, laete viridia, iisque *Daturae stramonii* valde similia. *Panicula* terminalis, aphylla, ramosissima: *fructifera* patentissima. *Flores* parvi, viridiusculi, extus subfarinosi. *Calyces* obtuse pentagoni.

Planta suspecta, odore peculiari.

7) *Ch. glaucum* foliis oblongis sinuato - repandis subtus glaucis, racemis simplicibus glomeratis aphyllis. *Grauer Gänsef. Eisengraue Melde.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1305. Ejusd. Enum. p. 290. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 521.*)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in hortis inque eorum ejectamentis, in oleraceis, ruderatis, ad ripas.

Caulis palmaris, pedalis et altior, angulatus, glaber, diffusus, erectus, vel prostratus. *Folia* petiolata, alterna, ovato - s. cordato - oblonga, obtusiuscula, sinuato - repanda, glabra, supra viridia nitida, subtus albido - glauca: *summa* cuneiformi - lanceolata. *Racemi* breves, glomerati, nudi. *Flores* viridescentes vel magis glauci. *Calyces* rotundati.

Foliis integris.

8) *Ch. olidum* foliis rhombico - ovatis integerrimis, floribus axillaribus conglomeratis, caule diffuso. *Stinkender Gänsefuß, Hundsmelde, Buhkraud.*

(*Smith. Britan. Vol. I. p. 277. Hoffm. Germ. l. c. Spreng. halens. p. 87.*)

Chenopod. Vulvaria L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1305. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. I. p. 294. De Vest. Man. bot. p. 521.

Atriplex olida Herb. Blackw. t. 100.

Ann. Flor. Julio — Septembri.

Hab. ad vias, plateas et ad muros frequens.

Planta tota pulverulento - canescens et odorem peculiarem piscium salsorum subpueritorum spirans.

Cau-

Caules palmares, ramosi, divaricati, decumbentes. *Folia* alterna, petiolata, integerrima, obtusa, crassiuscula, glabra. *Flores* conglomerati, axillares, viridi - albi.

9) *Ch. polyspermum* foliis oblongo - ovatis integerrimis, cymis dichotomis aphyllis axillaribus, caule infra decumbente. *Vielsamiger Gänsefuß, Fischmelde.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1305. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. p. 295. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 521.*)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in cultis et ruderalis ubique.

Caulis pedalis, decumbens s. erectiusculus, debilis, ramosus, diffusus, angulosus, glaber, albido - viridis, saepe rubellus. *Folia* alterna, petiolata, oblongo - ovata, integerrima, glabra, laete viridia. *Racemi* cymosi, terminales et axillares; dichotomi, aphylli. *Flores* virides, conglomerati, sessiles.

119. B E T A , *Mangold.*

1) *B. vulgaris* floribus congestis, foliis inferioribus ovatis. *Gemeiner Mang. rothe Rübe.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1308. Ejusd. Enum. p. 291. Pers. syn. pl. I. p. 295. De Vest. Man. bot. p. 525. G. M. Sch. Flor. der Wetter. I. p. 359. Herb. Blackw. t. 235.*)

Bienn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in Europae australioris maritimis. (Colitur cum pluribus variationibus in agris et hortis ubique.)

Radix rapiformis, magnitudine varia, intus plerumque sanguinea aut flavicans. *Folia* magna, plana, viridia aut fusco - rubra, glabra, splendentia. *Flores* viridescentes, congesti. *Calycis foliola* basidentata.

2) *B. Cicla* floribus ternis, spicis lateralibus longissimis. *Weißer Mangold, Dickrübe, Runkelrübe.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1309. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. De Vest. Man. bot. l. c. G. M. Sch. Flor. der Wetter. I. p. 360.*)

Bienn. Flor. Julio — Septembri.

Hab. in Lusitania ad Tagum. (Colitur ubique cum priori.)

Radix subcylindrica, saepe praemagna, intus ex viridi - alba, annulis rubris. *Caulis* altus, 5 - 8 - pedalis, crassus: ramis virgatis. *Folia* ampla, undulata: *petiolis nervisque* albidis. *Flores* terni. *Calycis foliola* absque dentibus,

120. ULMUS, Ulmbaum, Ulme.

1) *U. campestris* foliis duplicato serratis basi inaequalibus, floribus subsessilibus congestis 5 - andris 4 - andrisque, samaris glabris. *Gemeiner Ulmbaum, Feld - Ulme, Rüster.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1324. Ejusd. Enum. p. 294. Pers. syn. pl. I. p. 291. Hoffm. Germ. I. p. 121. Schkuhr. bot. Handb. t. 57. De Vest. Man. bot. p. 525.*)

U. nuda Ehrh. Beitr. 6. p. 86.

Arbor. Flor. Martio — Majo.

Hab.

Hab. in sylvis hinc inde, ad pagos et ambulacra frequens.

Arbor procerà, longævà, *cortice* fusco - cinereo rimoso. *Lignum* durum, tenax. *Folia* alterna, breviter petiolata, ovata, acuminata, scabra, supra laete viridia nitida, subtus pallidiora, pubescentia, duplicato - serrata, basi uno latere in petiolum longius decurrentia. *Flores* fusco - rubri longe ante foliorum eruptionem ad latera ramorum in umbellulas densas congesti, sessiles. *Samaræ* glabræ, monospermae.

Variat *cortice* ramulorum suberoso alato. (*U. suberosa* Ehrh. Beitr. 6. p. 87. *L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1324. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. I. p. 291. et alior.*)

2) *U. effusa* foliis duplicato serratis basi inaequalibus, floribus pedunculatis effusis 8 - andris, samaris ciliatis. *Langstieliger Ulmb. Schwarzer Rüster, Rauhlinde.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1325. Ejusd. Enum. p. 295. Pers. syn. pl. p. 291. Hoffm. Germ. p. 121. De Vest. Man. bot. p. 526.*)

U. octandra Schkuhr bot. Handb. t. 57. b.

U. ciliata Ehrh. Beitr. 6. p. 88.

U. montana Smith. Britan. Vol. I. p. 282.

Arbor. Flor. Aprili.

Hab. in sylvis, in hortis, ad pagos et ambulacra.

Arbor praecedente procerior, in sylvis vero densis et ad sepes saepe frutex. *Lignum* minus solidum. *Folia* latiora, atque minus aspera. *Flores* flavescentes rubello mixti, semper fere 8 - fidi, 8 - andri, rarius

rius 7 - 9 - andri, ad ramorum latera in racemos breves effusi: *pedunculis* capillaribus, *fructiferis* longioribus. *Samarae* margine pulchre ciliatae.

121. GENTIANA, *Enzian*.

1) *G. Pneumonanthe* corollis 5 - fidis campanulatis acuminatis, floribus pedunculatis, foliis linearibus obtusis. *Lungen - Enzian*, *Lungenblume*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1336. Ejusd. Enum. p. 196. Pers. syn. pl. I. p. 284. Hoffm. Germ. I. p. 123. Frölich. de Gentian. Dissert. p. 44. De Vest. Man. bot. p. 482.*)

Perenn. Flor. August. Septembri,

Hab. in pratis humidis, ad ripas. (In graminosis udis *sylvarum Guttenberg, Kitzingen*, et ad ripas Moeni udas supra *Ochsenfurth* rarissime. Im *Oelgrund* prope *Sachsenheim*, ad ripas Moeni et ad paludem vulgo *Moos* prope *Haßfurth* raro. In pratis humidiusculis satrapiae *Ebern*, et in der *Anspach* prope *Abb. Heidenfeld*.)

Caulis palmaris et pedalis, erectus simplex, obsolete quadrangulus, glaber. *Folia* opposita, sessilia, linearia, obtusa, integerrima, striata, subtus pallidiora: *inferiora* minima lanceolato - ovata. *Flores* pauci terminales et axillares, oppositi, pedunculati, 5 - fidi, campanulati, formosi, plicati, coerulei, punctati: *plicis* virescentibus.

2) *G. germanica* corollis 5 - fidis hypocrateriformibus acutis fauce barbatis, foliis ovato - lanceolatis. *Deutscher Enz*.

(*L.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1346. De Vest. Man. bot. p. 486. G. M. Sch. Flor. der Wetter. I. p. 365. Spreng. Hal. p. 83.*)

G. Amarella Pers. syn. pl. I. p. 266. Smith. Brit. Vol. I. p. 287. Hoffm. Germ. I. p. 124. Fröl. de Gent. Diss. p. 86.

Ann Flor. Augustio — Octobri.

Hab. in pratis et pascuis montosis. (In monte Nicolai, in montosis graminosis circa dex Waldskugel, in monte zellensi, in saxosis inter vineas prope Zell, Randersacker, Retzbach, Thüngersheim etc. In collibus siccis prope Bütthardt, Büchold, Sachsenheim, Stetten, Heidenfeld, Ochsenfurth alibi que non raro.)

Caulis digitalis, palmaris, erectus, angulosus, glaber, ramosus: ramis oppositis brachiatis plerumque 1 - saepe multifloris internodiis longioribus. *Folia radicalia* in petiolum decurrentia, obovata, obtusa, terrae incumbentia, emarcescunt: *caulina* opposita, sessilia, ovato - lanceolata, *suprema* subcordata acuta. *Flores* terminales et axillares erecti: *pedunculis* brevibus angulatis. *Corollae* purpureo - coeruleae, in fauce *squamis* 5 membranaceis albidis apice multifido - capillaribus auctae.

3) *G. ciliata* corollis 4 - fidis: laciniis serratis medio inciso - ciliatis, foliis lanceolatis linearibusque. *Gefranzter Enz. Himmelsstengel.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1351. Pers. syn. pl. p. 287. Hoffm. Germ. p. 125. Jacq. Austr. t. 113. Fröl. d. Gent. Diss. p. 109. De Vest. Man. bot. p. 485.*)

Perenn, Flor. August, Septembri.

Hab.

Hab. in montosis siccis. (In monte circa *arcem Marienburg*, in monte *Nicolai* prope der Capelle, in montosis prope *Zell*, *Dürnbach* et alibi frequens.)

Caulis digitalis, flexuosus, adscendens s. suberectus, tetragonus, glaber, saepe purpurascens, uniflorus, simplex, perraro ramosus. *Folia* opposita, integerrima, glabra: *radicalia* ovata obtusa minima, *caulina* basi connata lanceolata obtusiuscula, *suprema* linearia acuta. *Flos* terminalis solitarius: *pedunculo* subtetragono, superne incrassato. *Corolla* hypocrateriformis, saturate coerulea, immaculata, 4 - fida: *laciniis* medio inciso - ciliatis.

4) *G. campestris* corollis 4 - fidis hypocrateriformibus obtusis fauce barbatis, calycis laciniis 2 maximis. *Feld - Enziam*.

(*L. sp. pl. ed. Willd.* p. 1348. *Pers. syn. pl.* p. 286. *Hoffm. Germ.* l. c. *Fröhl. d. Gent. Diss* p. 91. *De Vest. Man. bot.* p. 487.)

Ann. Flor. Augusto — Octobri.

Hab. in montosis graminosis, in pratis elatis siccis. (In montosis prope dem *Hexenbruch* versus *Waldbüttelbronn*. In monte *zellensi* infra pagum *Zell*. In monte *Stein* et prope *Dürnbach* prope dem *Schenkenschloß*. In collibus prope der *Waldskugel*. In monte *Adelsberg* prope *Zwing* alibique haud frequens.)

Caulis 2 - 3 - uncialis, palmaris, erectus, acute tetragonus, basi plerumque purpurascens, simplex, uniflorus aut inferne ramosus: *ramis* oppositis unifloris. *Folia radicalia* conferta, terrae incumbentia, cuneiformia, caulinis multo minora, emarcida: *caulina*

lina oblonga sessilia. *Pedunculi* terminales, erecti, acute tetragoni, internodiis caulinis breviores. *Corollae* hypocrateri - s. infundibiliformes, quadri - et quinquefidae, coeruleo - violaceae: *syttamis* 4 - 5 multipartito - capillaribus albidis in fauce. *Calyx* campanulatus, ventricosus, 4 - fidus: *laciniis* 2 oppositis reliquis 2 multo majoribus.

5) *G. cruciata* corollis hypocrateriformibus 4 - fidis imberbibus, floribus verticillatis sessilibus, caulibus ancipitibus basi attenuatis. *Kreutz - Enzian*, *Sybillenwurz*.

(*L. sp. pl.* ed *Willd.* p. 1334. *Ejisd.* Enum. l. c. *Pers. syn. pl.* p. 284. *Hoffm. Germ.* p. 122. *Jacq. Fl. austr.* t. 372. *Fröhl. d. Gent. Diss.* p. 28. *De Vest, Man. bot.* p. 486.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in montosis apricis, sylvaticis. (Per raro in monte Nicolai versus der Waldskugel, inque collibus graminosis ibidem Ad viam inter Kleinschensfurth et den erlacher Seen. In sylvaticis montosis prope Ober - et Unterleinach, ad margines sylvae mühlhufanae, et im Gesprait prope Prosselsheim. Etiam in monte Reissenberg hinc inde provenit.)

Caules plures spithamaei, adscendentes, simplices, teretes, basin versus ancipites. *Folia* opposita, decussata, connato - vaginantia, lato - lanceolata, obtusa, 5 - nervia. *Flores* sessiles, s. brevissime pedunculati, verticillati. *Corollae tubus* longus superne ampliatus albidus, *limbus* brevis 4 - fidus amoene coeruleus, *fauces* punctis viridi - coeruleis sparsus. *Laciniae* ovatae, acutiusculae: *dentibus* interjectis parvis triangulis acute 2 - fidis, lacinulatis.

UMBELLATAE.

122. ERYNGIUM, Mannstreu.

1) *E. campestre* foliis amplexicaulibus pinnato-laciniatis, caule superne ramosissimo. *Feld-Mannstreu, Brackenuistel.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 2358. Ejusd. Enum. p. 298. Pers. syn. pl. I. p. 299. Hoffm. Germ. J. p. 126. Jacq. Flor. austr. t. 155. Schkuhr. Handb. t. 59. Herb. Blackw. t. 297. De Vest. Man. bot. p. 489.*)

Perenn. Flor. Julio — Septembri.

Hab. in pascuis siccis, locis sterilibus, in versuris et ad vias frequens.

Planta tota rigida atque pungens. *Caulis* pedalis, sesquipedalis, erectus, teres, glaber, striatus, superne ramosissimus. *Folia* glabra, nitida, radicalia bipinnata: *foliis* pinnatifidis dentato-spinosis, *caulina inferiora* breviter petiolata pinnato-vaginantia, *suprema* amplexicaulia, pinnata: *foliis* spinosis. *Flores* parvi, albi, sessiles, paleis setaceis rigidis longioribus interstincti in *umbellas terminales* capitatas multifloras congesti. *Involucrum* 5-phyllum: *foliis* inaequalibus lanceolatis spinosis umbella ipsa duplo vel triplo longioribus.

123. HYDROCOTYLE, Wassernabel.

1) *H. vulgaris* foliis peltatis orbiculatis, umbellis 5-floris. *Gemeiner Wassern. Sumpfnabelkraut.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1360. Ejusd. Enum. p. 299. Pers. syn. pl. I. p. 301. Hoffm. Germ. I.*

p. 126. *Schkuhr. bot. Handb. t. 59. De Vest. Man. bot. p. 488.*)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in paludosis, ad fossas, ripas et lacus. (Ad moeni ripas versus *Heidingsfeld*, prope *Ochsenfurth*, *Kitzingen*, *Haßfurth*, *Hürblach*, *Wipfeld* alibique rarissime. Ad lacum *erlaccensem* apud *Erlach*, et ad lacus fossae oppidanæ prope dem *Wasserthurm* raro.)

Caules tenues, filiformes, teretes, articulati, glabri, repentes, radicanes. *Folia* alterna, longe petiolata, peltata, orbiculata, glabra, emarginata, crenata, laete viridia, subtus venoso - reticulata. *Pedunculii* axillares, teretes, glaberrimi, nudi. *Umbellae* exiguae, simplices, sub - 5 - florae, saepe proliferae: *floribus* albidis vel rubicundis. *Involucrum* 2 - 4 - 5 - phyllum: *foliis* subulatis.

124. SANICULA, *Sanikel.*

1) *S. europaea* foliis radicalibus simplicibus, involucris pinnatifidis, floribus omnibus sessilibus. *Gemeiner Sanik.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1356. Ejusd. Enum. p. 299. Pers. syn. pl. I. p. 303. Hoffm. Germ. I. p. 126. Schkuhr. bot. Handb. t. 60. Herb. Blackw. t. 63.*)

Caucalis Sanicula Roth. Germ. I. p. 121. II. p. 310. De Vest. Man. bot. p. 492.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in nemoribus et sylvis umbrosis ubique frequens.

Caulis pedalis, sesquipedalis, erectus, teres, sulcatus, subnudus, simplex, nitidus, glaber. *Folia radicalia* longius petiolata, orbicularia, nitida, glabra, 5 - loba: *lobis* cuneiformibus 2 - 3 - fidis inciso-serratis, *caulinum* solitarium plerumque, minus, conforme. *Umbella* terminalis 4 - 5 - fida: *umbellulis* inaequalibus 3 - fidis multifloris capitatis. *Flores* ex albido rubelli, hermaphroditi, masculi et foeminei, sessiles, conglomerati. *Involucrum* universale 3 - 5 - phyllum: *foliolis* inaequalibus trifidis dentatis: *partiale* consimile, brevius.

125. ASTRANTIA, Sterndolde, Astrenz.

1) *A. major* foliis quinquelobis: lobis trifidis. Große Sterndold. Schwarze Meisterwurz.

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1368. Ejusd. Enum. p. 300. Pers. syn. pl. I. p. 34. Hoffm. Germ. I. p. 127. De Vest. Man. bot. p. 490. Schkuhr: bot. Handb. t. 60. Herb. Blackw. t. 470.*)

A. nigra Scopol. Carniol. I. p. 188.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvaticis umbrosis. (In *sylva gram-schatzensi* invenit *cl. Dr. Kuster* et ego in *Steigerwald* versus *Michelau*.)

Radix ramosa, extus nigra. *Caulis* sesquipedalis et 2 - pedalis, erectus, striatus, glaber, parum ramosus. *Folia* longe petiolata, subrotunda, glabra, *inferiora* palmato - quinqueloba: *lobis* incisiss argute serratis, *intermedio* trifido, *superiora* subtrifida. *Umbellae* terminales, parvae. *Involucrum* *partiale* speciosum, polyphyllum: *foliolis* albidis s. ex albo purpurascensibus venosis in stellam quasi positis pedunculis

lis longioribus. *Flosculi* radii plerumque masculi, disci hermaphroditi. *Stamina* corollulas longe superantia.

126. BUPLEURUM, *Haasenoehr.*

1) *B. rotundifolium* involucro nullo, foliis perfoliatis ovatis acutis. *Rundblättriges Haasenoehr, Durchwachs, Durcherech.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1369. Ejusd. Enum. p. 300. Pers. syn. pl. I. p. 304. Hoffm. Germ. I. p. 127. Herb. Blackw. t. 95. Sturm D. Flor. I. 5. De Vest. Man. bot. p. 509.*)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. inter segetes, in vineis, ruderatis et ad vias.

Planta tota nitida, glabra. *Caulis* pedalis, sesquipedalis, ramosissimus, teres, pallide viridis aut rubellus. *Folia* alterna, perfoliata, integerrima, laete viridia, rore glauco quasi obducta, nervosa. *Umbellae* terminales, longe pedunculatae, 6 - 7 - radiatae. *Umbellulae* 6 - 8 9 - florum: *floribus* exiguis luteis subsessilibus. *Involucella* 3 - 4 - 5 - phylla: *folioliis* ellipticis integerrimis acutis.

2) *B. falcatum* involucro sub - 5 - phyllo, involucellis 5 - phyllis acutis, foliis lanceolatis falcatis. *Sichelblättriges Haasenoehr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1372. Ejusd. Enum. p. 301. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. Jacq. Austr. t. 158. De Vest. Man. bot. l. c.*)

Perenn. Flor. Julio — Septembri.

Hab. ad vias, ad sepes, in montosis saxosis et nemorosis frequens.

Caulis 2 - 3 - pedalis, erectus, subflexuosus, ramosus, rigidiusculus, teres, substriatus, glaber. *Folia* alterna, sessilia, linearia, acuta, subfalcata, rigida, integerrima, glabra, nervosa: *radicalia* latiora, obovata, in petiolum decurrentia. *Umbellae* terminales, multifidae: *floribus* exiguis, flavis. *Involucrum* nullum aut 2 - 5 - phyllum: *foliis* brevibus inaequalibus lineari - lanceolatis. *Involucellum* 5 - phyllum: *foliis* aequalibus lanceolatis concavis.

3) *B. longifolium* involucro sub - 5 phyllo, involucellis 5 - phyllis ovatis, foliis ovatis amplexicaulibus. *Langblättriges Haasenohr*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Ejusd. Enum. p. 300. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in montosis, siccis. (Ad vineas im *Teufelskeller*, ad montem *Kallenstein* prope *Karlenburg*, in monte *Hohwann* prope *Haßfurth* et in monte *Reißenberg* prope *Sachsenheim* perraro.)

Caulis sesqui - 2 - pedalis, erectus, teres, obsolete striatus, parum ramosus, glaberrimus. *Folia* integerrima, glabra, venosa: *radicalia* et *caulina* inferiora ovato - lanceolata in petiolum decurrentia, superiora breviora angustiora cordato - lanceolata sessilia, amplexicaulia. *Umbellae* terminales, multiflorae. *Flores* pedicellati lutei. *Involucrum* foliolis 3 - 5 obovatis obtusis, *involucellum* foliolis 5 ovatis, acuminatis, flosculis aequalibus.

127. TORBYLIUM, Zirmet, Drehkraut.

1) *T. maximum* umbellis confertis, foliolis lanceolatis inciso - serratis. *Großer Zirm*.

(*L.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1382. Pers. syn. pl. I. p. 314. Hoffm. Germ. I. p. 128. Jacquin. Austr. t. 142.*)

Caucalis maxima De Vest. Man. bot. p. 492.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in ruderatis. (Inter rudera arcis *Karlsburg* et prope eam passim.)

Caulis 3 - pedalis et altior, erectus, sulcatus, dichotomus, hispidus. *Folia* scabra pinnata: *radicalia* foliolis ovato - oblongis lobatis crenatis, *caulina* foliolis elongatis, omnibus fere lanceolatis serrato - incis. *Umbellae* terminales et laterales, oppositifoliae: *pedunculis* longis asperis. *Involucra* et *involucella* foliolis linearibus subulatis. *Flores* radiati, albi.

Plantam hanc praeter locum natalem indicatum, ubi cum *cl. D. Geist* saepissime eam legi, ante plures annos etiam ad sepes vinearum in *Pfaffenberg* sponte crescentem per longum tempus observavi. Anno praeterito autem frustra eam ibi quaesivi.

128. CAUCALIS, *Haftdolde*.

1) *C. grandiflora* involucris singulis 5 - phyllis: foliolo unico duplo majore, petalis exterioribus maximis. *Großblüthige Haftd.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1383. Ejusd. Enum. p. 302. Pers. syn. pl. I. p. 306. Hoffm. Germ. I. p. 129. Jacq. Austr. t. 54. De Vest. Man. bot. p. 493.*)
Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. inter segetes et ad vias siccissimas. (Inter segetes prope *Estenfeld, Muhlhausen, Poppenhausen, Thüringersheim* et *Retzbach*. In via inter

Randersacker et Thwilheim, in agris requietis prope *Oberpleichfeld* copiose, alibique.)

Caulis palmaris, erectus, teres, sulcatus, glaber, ramosus: *ramis* diffusis. *Folia* tripinnata, basi vaginantia, glabra, subtus subhirsuta. *Umbellae* magnae, planae, 2 - 3 - 6 - radiatae: *pedunculis* glabris striatis. *Involucra* et *involucella* plerumque 5 - phylla dimidiata: *foliulis* lanceolatis mucronatis inaequalibus margine albis. *Involucrum* saepe nullum. *Petalum exterius* corollarum radii maximum, profunde bipartitum, niveum. *Flores* disci exigui, aequales, saepissime steriles. *Semina* magna, ovata, sulcato - striata, aculeis rigidis confertis praedita.

2) *C. latifolia* umbellis 3 - fidis, umbellulis 5 - spermis, foliis pinnatis serratis. *Breitblättrige Hostdolde*.

(*L. sp. pl. ed. Willd.* p. 1384. *Ejusd. Enum. l. c.* *Pers. syn. pl. l. c.* *Hoffm. Germ. l. c.* *Jacq. hort. t. 128.* *De Vest. Man. bot. p. 494.*)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. inter segetes, in cultis. (Ad hortos extra urbem, in vineis versus dem *Galgenberg*, in monte *Kreinberg* ad vias, inter segetes versus *Eivelstadt*, *Veitshöchheim*, *Rimpar*, *Oberdürrbach* et alibi.)

Caulis pedalis, sesquipedalis, erectus, ramis pedunculisque angulatus striatus setulosus scaber. *Folia* impari - pinnata: *petiolis* membranaceis striatis scabris amplexicaulibus. *Foliola* lanceolata, inciso - serrata, hirta. *Umbellae* 2 - 5 - radiatae, terminales et axillares oppositifoliae. *Involucrum* 2 - 3 - 4 phyllum: *foliulis* ovatis acuminatis margine membranaceis. *Involucellum* sub - 5 - phyllum: *foliulis* angustis

stis obtusis albidis longitudine fere flosculorum. *Flores* radii fertiles, disci minores masculi steriles. *Corollae* rubellae aut albae. *Semina* ovata setis purpureis retrorsum scabris obsessa.

3) *C. daucooides* umbellis 3 - fidis, umbellulis 3 - spermis, involucrio subnullo, involucello 3 - phyllo, foliis tripinnatis. *Mohrenartige Haftd.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejused.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. bot. l. c. *Jacq. Austr.* t. 157.)

Ann. Flor. Majo — *Julio.*

Hab. in agris, in vineis, ad vias. (In hortis et vineis prope urbem hinc inde frequens. In monte zellensi. In agris prope *Estensfeld, Bergtheim, Geldersheim, Rimpf* alibique.)

Caulis palmaris, erectus, flexuosus, angulatus ramisque divaricatis patentibus setuloso - hirsutus. *Folia* tripinnata, glabra, basi costisque pilis rigidis sparsis pellucidis obsessis. *Foliosa* linearia, acutiuscula, profunde et tenuissime incisiva. *Umbellae* longius pedunculatae, terminales, 3 - 5 - radiatae. *Umbellulae* floribus plerumque 5 sessilibus parvis rubicundis aut albidis, tribus modo fertilibus. *Involucrum* caducum, in planta juniore monophyllum, in adulta ejus loco congeries pilorum. *Involucella* dimidiata, lanceolata - linearia, ciliata, persistentia. *Semina* ovato - oblonga, dorso gibba, setis reduncis rigidis nitidis muricata.

4) *C. leptophylla* umbella 2 - fida, involucrio subnullo, involucellis 5 - phyllis. *Kleinblättrige Haftdolde.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1386. *Ejusd.* Enum. p. 303. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. bot. l. c. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 61.)

Ann. bienn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in hortis, inter segetes. (Inter segetes, ad hortos extra urbem passim, in agris prope *Arnstein, Karlstadt, Bätthardt* et alibi.)

A praecedente, cui simillima, differt: *caule* demissiore, *foliis, petiolis, pedunculisque* undique pilis rigidis obsessis, *umbellis* ut plurimum 2 - fidis, *involutellis* 5 - phyllis, *corollis* minoribus, *fructibus* duplo minoribus hispidis *setis* confertioribus subuncinatis praeditis.

5) *C. stricta* umbellis confertis multifidis, involucris polyphyllis, foliis bipinnatis, ramis erectiusculis. *Steife Haftd.*

C. Anthriscus *L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1388. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. I. p. 130. *De Vest.* Man. bot. p. 493. *Roth.* Germ. I. p. 120. II. p. 309.

Tordylium Anthriscus *Linn.* *Jacq.* Austr. t. 261. *Torilis* *Gärtn.*

Bienn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in ruderalis, ad sepes, ad vias ubique.

Caulis 2 - 3 - pedalis, erectus, teres, rubelle striatus, pilis retroflexis scaber: *ramis* alternis erectis. *Folia* magna, pilosa, scabra, maculis purpureis saepe adspersa, bipinnata: *foliolis* pinnatifidis inciso - serratis lanceolato - ovatis. *Umbellae* confertae, longe pedunculatae, planae, plerumque 6 - radiatae,
ter-

terminales: *floribus* ex albido rubellis, *intermediis* plerumque sterilibus. *Involucrum* polyphyllum: *foliis* subulatis umbellae adpressis. *Involucella* dimidiata polyphylla subulata inaequalia. *Semina* setis rigidis rubellis uncinatis hispida.

6) *C. divaricata* caule ramosissimo, involucre subnullo, seminibus ovatis, stylis reflexis, foliis decompositis: foliolo extimo lineari - lanceolato. *Spar-rige Haftdolde*.

C. arvensis L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1387. *Pers.* syn. pl. I. p. 306. *De Vest.* Man. bot. p. 494.

C. helvetica Murr. system. veget. p. 276. *Jacq.* hort. vind 3. p. 12. t. 16.

Torilis divaricata Moench. Meth. supplement. p. 34. *Wib.* Werth. p. 193.

T. helvetica Gmel. Flor. bad. I. p. 617.

Ann. bienn. Flor. Jun. Julio.

Hab. inter segetes. (Inter segetes et stipulas circa urbem hinc inde, prope *Rimpar*, *Lengfeld*, *Det-telbach*, *Homburg*, *Neubrunn* et alibi.)

Caulis palmaris, pedalis, subdecumbens, striatus, aculeolis scaber, ramosissimus: *ramis* rigidis divari-catis. *Folia* tripinnata, scabra, tenuissime divisa: *la-ciniis* foliorum superiorum extimis maxime elongatis. *Umbellae* parvae, longe pedunculatae, 8 - 10 - radiatae: *floribus* albidis, *intermediis* plerumque masculis sterilibus. *Fructus* oblongi, exsulci, setulis nigris hamosis asperis undique obsessi.

129. DAUCUS, Möhre, Mohrrübe.

1) *D. Carota* involucre pinnatifido. *Gelbe Möh-re*, *gelbe Rübe*, *Vogelnest*.

(L.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1389. *EjUSD.* Enum. p. 304. *Pers.* syn. pl. I. p. 306. *Hoffm.* Germ. I. p. 130. *Herb. Blackw.* t. 546.)

Caucalis Carota Roth. Germ. I. p. 119. II. p. 304. *De Vest.* Man. bot. p. 493.

Bienn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in pratis, in collibus et ad vias ubique frequens. (Colitur praeterea cum pluribus variationibus in hortis et agris.)

Radix fusiformis, lutescens s. albida, aromatica, dulcis, in cultis major ac magis succulenta. *Caulis* erectus, striatus, hispidus, dichotomus. *Folia* tripinnata, villosa, laciniata: *pinnis* supremis lineari-lanceolatis. *Petiolis* subtus nervosi. *Umbellae* terminales, densissimae, multiradiatae, planae aut convexae, post anthesin nidi avis adinstar contractae. *Flores* albi: *petalis* bifidis. *Flosculus* centralis saepe sterilis carnosus purpureus. *Involucra* et *involucella* polyphylla, plerumque pinnatifida.

130. CONIUM, Schierling.

1) *C. maculatum* caule ramosissimo nitido maculato, foliis supradecompositis. *Gefleckter Schierling*, *Blutschierling*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1395. *EjUSD.* Enum. p. 305. *Pers.* syn. pl. I. p. 308. *Hoffm.* Germ. I. p. 131. *Jacq.* Austr. t. 156. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 62. *Herb. Blackw.* t. 451 et 573.)

Coriandrum maculatum Roth. Germ. I. p. 130. II. p. 343.

Sium Conium De Vest. Man. bot. p. 513.

Bienn. Flor. Jul. Augusto.

Hab.

Hab. in hortis, ad sepes, pagos et in ruderalis passim frequens.

Planta venenata narcotica odore foetido murino, et sapore nauseoso. *Radix* fusiformis, simplex aut divisa, alba, rugosa. *Caulis* 2 - 5 - pedalis, solo piquiori ad humanam altitudinem accedens, erectus, strictus, fistulosus, teres, sulcatus, glaber, nitidus, purpureo-maculatus, ramosissimus. *Folia*, radicalia praecipue, praemana, patentia, glabra, nitida, saturate viridia, subtus pallidiora, supradecomposita: *caulina* alterna minora tripinnata: *pinnis* oppositis, *foliis* subpinnatifidis lanceolatis inciso-serratis, *extremis* confluentibus. *Petioles* subteretes, fistulosi, glabri, striati, plerumque maculati, basi vaginati. *Umbellae* terminales, planiusculae, multiflorae, multiradiatae. *Umbellulae* consimiles: *floribus* albis, omnibus fertilibus. *Involucrum* 3 - 4 - 7 - phyllum: *foliis* latioribus ovato-lanceolatis acuminatis inaequalibus reflexis basi coalitis. *Involucella* dimidiata, 3 - 4 - phylla, basi coalita. *Petala* cordata inflexa subaequalia. *Semina* matura fuscescentia, striato-crenulata.

131. SELINUM, *Silge*.

1) *S. palustre* sublactescens, caule sulcato solitario, foliis quadruplicato-pinnatis: pinnulis pinnatifidis, involucri polyphylo: foliolis margine membranaceis, stylis post anthesin divaricatis. *Sumpf-Silge*, *wilder Bertram*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1397. Ejusd. Enum. p. 305. Pers. syn. pl. I. p. 309. Hoffm. Germ. I. p. 132. Jacq. Austr. t. 152. Schkuhr. bot. Handb. t. 63.*)

Perenn. bienn. Flor. Junio — Augusto.

Hab.

Hab. in paludosis, ad ripas, ad lacus, (In fossa oppidana hinc inde, ad ripas Moeni prope *Karlstadt, Gemeinden, Haßfurth.* Ad lacum versus *Karlstadt,* in uliginosis prope *Heidenfeld, Ochsenfurth,* alibique rarius.)

Radix subfusiformis, simplex aut parum ramosa, valida, longa, extus fusco - flavicans, intus albida, vere praecipue, uti caulis et folia, succo lacteo tenaci amarissimo repleta. *Caulis* 2 - 3 - 4 - pedalis, erectus, superne ramosus, teres, sulcatus, fistulosus, glaber, inferne plerumque rubicundus. *Folia* magna, glabra, quadruplicato - pinnata: *foliis* oppositis semipinnatis linearibus apicibus plerumque purpurascenscentibus: *summa* minora sessilia. *Petioli* lati, striati, vaginati, marginibus apicibusque rubelli. *Umbellae* terminales, magnae, planae, multiradiatae: *flosculis* albis aut subrubellis, *omnibus* fertilibus. *Involucrum* 8 - 10 - phyllum: *foliis* lanceolatis reflexis margine membranaceis. *Involucella* consimilia: *foliis* exterioribus coeteris plerumque paulo longioribus.

2) *S. carvisolium* caule sulcato acutangulo, foliis tripinnatis: foliis lanceolatis trifidis simplicibusque apice calloso - mucronulatis, involucreo caduco, pistilis fructus reflexis. *Kümmelblättrige Silge, Pferdkümmel.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1398. Ejusd. Enum. p. 306. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm Germ. l. c. Jacq. Austr. t. 16. Hoffm. Germ. ed. 1791. t. 3. De Vest. Man. bot. p. 499.*)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in pratis et nemorosis humidis, ad fossas, lacus et ripas fere ubique.

Radix subfusiformis, magis minusve crassa, fusca, superne ramosa. *Caulis* 2 - 3 - pedalis, erectus, parum ramosus, glaber, sulcatus, angulis acutis alatus. *Folia* alterna, glabra, laete viridia, tripinnata: *pinnis* ovato - lanceolatis simplicibus marginibus albidis subciliatis apice mucronatis, *impari* 2 - 3 - fido. *Petiolis* sulcati, basi membranacei, e vagina brevi orientes. *Umbellae* terminales, planae, multiradiatae, conformes, versus maturationem seminum plerumque convexae. *Involucrum* polyphyllum maxime deciduum. *Involucella* foliolis 9 - 12 brevibus, gracilibus, subulatis, persistentibus. *Flores* omnes fertiles, albi, ante explicationem dilute rubelli.

3) *S. Cervaria* caule striato ramoso, foliis duplicato - pinnatis: foliolis cordato - ovatis subtrilobis inciso - serratis: serraturis mucronatis, seminibus oblongis. *Hirsch - Silge*, *Hirschwurz*, *große Bergpetersilie*.

(*Pers.* syn. pl. p. 309. *De Vest.* Man. bot. p. 499. *Scapol.* Carniol. I. p. 201. *Roth.* Germ. I. p. 132. II. p. 354.)

Athamanta Cervaria L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1401. *Hoffm.* Germ. I. p. 133. *Jacq.* Austr. t. 69.

Cervaria nigra Borck, *G. M. Sch.* Fl der Wetter. I. p. 388.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in montosis sylvaticis, et collibus apricis fere ubique.

Radix aromatica, acris, longa, teretiuscula, crassa, extus nigra, intus alba, superne setis nigris praedita. *Caulis* 2 - 3 - 4 - pedalis, erectus, firmus, sulcato - striatus, glaber, ramosus. *Folia radicalia* nume-

merosa, *caulina* alterna, magna, rigidiuscula, glabra, subtus reticulato - venosa, bipinnata: *foliolis* oppositis ovatis 2 - 3 - lobatis simplicibusque argute serratis mucronatis. *Petiole* foliorum radicalium praelongis, caulinarum breves vaginati. *Umbellae* terminales, magnae, planiusculae, multiradiatae. *Umbellulae* distinctae, multiflorae. *Petala* alba, subaequalia, ante explicationem rubella. *Involucra involucellaque* polyphylla: *foliolis* lanceolatis deflexis.

4) *S. Oreoselinum* caule striato dichotomo, foliis tripinnatis: foliolis ovato - acutis inciso - serratis divaricatis *Petersilienartige Silge, kleine Bergpetersilie, Berghirschwurz, Grundheil, Augenwurz.*

(*Pers. syn. pl. l. c. De Vest. Man. bot. p. 500. Scopol. Carn. I. p. 201. Roth. Germ. I. p. 133. II. p. 355. Schkuhr. bot. Handb. t. 64.*)

Athamanta Oreoselinum L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1403. *Ejusd. Enum. p. 307. Hoffm. Germ. I. p. 133. Jacq. Austr. G. M. Sch. Flor. der Wetter. I. p. 376.*

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in nemorosis montosis, in collibus arenosis apricis fere ubique.

Radix subfusiformis, prima aetate magis simplex, dein ramosa, teretiuscula, extus luteo - fusca, intus alba, superne setis fuscis coronata, vere imprimis succum lacteum tenacem amarum siccitate in massam resinosa fuscam pellucidam transeuntem continens. *Caulis* 2 - 3 - pedalis, erectus, teres, striatus, glaber, viridis aut ex rubello viridis, superne dichotomus. *Folia* alterna, vaginantia, rigidiuscula, glabra, divaricata, sursum et retrorsum flexa, quasi refracta,

fracta, tripinnata: *foliolis* lanceolatis subtrifidis incisibus mucronibus cartilagineis albidis. *Umbellae* terminales, amplae, planiusculae, multiradiatae. *Umbellulae* convexae, multiflorae. *Involucra* et *involucella* polyphylla: *foliolis* reflexis lanceolatis plerumque integris, raro apicem versus incisibus. *Petala* subaequalia, alba.

132. ATHAMANTA, *Hirschwurz*.

1) *A. Libanotis* foliis bipinnatis planis: foliolis ovatis incisibus, imis decussatis. *Weisse Hirschwurz*, *Feihrauchwurz*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1400. Ejusd. Enum. p. 307. Pers. syn. pl. I. p. 310. Hoffm. Germ. I. p. 132. Jacq. Austr. t. 392. De Vest. Man. bot. p. 491.*)

Libanotis Riviniana Scopol. Carn. I. p. 193.

L. Athamantina Borck. G. M. Sch. Flor. der Wetter. I. p. 427.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in montosis siccis. (Copiose in monte Kalbenstein prope Karlensburg. In montibus Kalmut et Hohwann prope Haßfurth rarius. In saxosis prope Subzthal hinc inde.)

Radix subfusiformis, longa, lignosa, aromatica, acris, amara, superne setis longis nigricantibus persistentibus praedita. *Caulis* pedalis, 2 - pedalis, erectus, glabriusculus, angulatus, sulcato - striatus, simpliciusculus aut ramosus. *Folia* supra glabra, subtus pallida, villosiuscula, bipinnata: *pinnis* cuneiformibus pinnatifidis subconfluentibus, *pinnulis* in formam crucis quasi decussatis: *posterioribus* longioribus.

Pe-

Petioli subcompressi, sulcato - striati, basi membranacei vaginati. *Umbellae* terminales, densae, multiflorae, hemisphaericae. *Involucra* polyphylla: *foliolis* subulatis albide canescentibus. *Involucella* consimilia. *Petala* subaequalia, sordide alba. *Fructus* villosus.

133. PEUCEDANUM, *Haarstrang*.

1) *P. officinale* foliis quinquies tripartitis: foliolis linearibus longissimis indivisis. *Gemeiner Haarstrang*, *Sausenichel*, *Schwefelwurz*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1405. Ejusd. Enum. p. 308. Pers. syn. pl. I. p. 310. Hoffm. Germ. I. p. 133. Schkuhr. bot. Handb. t. 63.*)

Selinum officinale *De Vest. Man. bot. p. 498.*

S. Peucedanum *Roth. Germ. I. p. 133. II. p. 356.*

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in montosis, nemorosis. (Ad margines ejus *sylvae vitihoechheimensis* partis, quam *Eaëlmannsholz* vocant, raro. Frequentius ad margines nemoris supra vineas prope *Gerbrunn*. Hinc inde im *Haag* prope *Karlstadt* et ad *sylvam stettensem*. In monte *Hohwann* prope *Hassfurth*, im *Huck* prope *Klingenstein*, et in nemorosis montosis prope *Röttingen* alibique rarius.)

Radix longa crassaque, cylindrica, extus nigricans, intus lutescens succo lacteo resinoso repleta. *Caulis* 2 - 3 - pedalis, erectus, teres, glaber, striatus, geniculatus, ramosus, et, uti tota planta, laete viridis. *Folia* ampla, rigidiuscula, glaberrima, quinquies tripartita: *foliolis* angustis linearibus planis integerrimis mucronulatis; *radicalia* copiosa, *caulina* alterna. *Umbellae* terminales, magnae, multiradiatae:

pri-

primaria praecipue caulem terminans speciosa ac brevius pedunculata. *Radii exteriores* interioribus multo longiores. *Involucrum* foliolis 3 - 4 brevibus angustissimis setaceis maxime caducis. *Involucella* breviora, polyphylla, persistentia. *Petala* parva, flava, inflexa, apicibus denticulis 2 - 3 instructa.

2) *P. Silaus* foliolis pinnatifidis: laciniis oppositis decurrentibus, involucro sub - 2 - phyllo. *Wiesener - Haarstr. Silau.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1406. Ejusd. Enum. p. 309. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. Jacq. Austr. tab. 15.*)

Sium Silaus Roth. Germ. I. p. 129. II. p. 340. G. M. Sch. Flor der Wetter. I. p. 411. Moench Meth. p. 89.

Crithmum Silaus Wibel. Werth. p. 197. Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in pratis humidiusculis, in pomariis, et ad ripas fere ubique.

Radix longa, fusiformis, crassiuscula, fibrosa, extus fusco - lutea, intus albida. *Caulis* 2 - 3 - pedalis, erectus, ramosus, striatus, glaber, superne sulcatus. *Folia* nitida, glabra, atro - viridia, tripinnata: *foliolis* pinnatifidis lanceolatis incisus acutis mucronatis decurrentibus. *Petioli* vaginantes, membranacei, striati, glabri. *Umbellae* terminales, multiradiatae, inaequales: *umbellulis* exterioribus elongatis. *Involucrum* 2 - 3 - phyllo, plerumque nullum. *Involucella* polyphylla: *foliolis* angustis, subulatis, apice plerumque rubellis, *umbellulis* brevioribus. *Corollae* exiguae, aequales, pallide flavae.

134. LASERPITIUM, *Laserkraut*.

1) *L. latifolium* foliolis oblique cordatis dentatis, dentibus mucronatis. *Breitblättriges Laserkraut*, *weißer Inzian*.

(*L.* sp. pl. ed. Willd. I. p. 1414. *Ejusd.* Enum. p. 310. *Pers.* syn. pl. I. p. 312. *Hoffm.* Germ. I. p. 134. *De Vest.* Man. bot. p. 502. *Jacq.* Austr. t. 146. *Schulz.* bot. Handb. t. 67. *Roth.* Germ. I. p. 134. II. p. 361.)

Perenn. *Flor.* Jul. Augusto.

Hab. in montosis nemorosis. (In monte *Hohwahn* prope *H. Fürth*, *Wolff.* In nemorosis hinc inde prope *der Hallburg* apud *Volkach* et in monte *Schwammberg*, *Heilm.* Juxta sylvam *Burgerwald* prope *Röttingen* et ad sylvam inter *Rimbach* et *Gerolshofen* rarissime. Passim etiam in nemorosis ad *Gerbrunn* et in sylvâ *ritihochheimensi*.)

Radix praelonga, crassa, cylindrica, divisa in plura crura, fragrans, aromatica, amara, extus fusca, intus alba, vere lactescens, superne setis brevibus obsessa. *Caulis* 2 - 3 - pedalis, erectus, crassiusculus, firmus, teres, sulcatus, glaber. *Folia* ampla, laete viridia, utrinque glabra: *radicalia* duplicato pinnata, *caulina* pinnata. *Foliola* basi oblique cordata, ovata, apicem versus duplicato - crenata: *dentibus* remotiusculis mucronatis. *Umbellae* terminales, magnae, multiradiatae, convexiusculae: *radiis* inaequalibus. *Umbellulae* multiflorae: *floribus* albis aut dilute carneis. *Involucrum* polyphyllum: *foliolis* lanceolatis reflexis. *Involucella* polyphylla: *foliolis* brevibus et angustioribus.

135. HERACLEUM, *Bärenklau*.

1) *H. Sphondylium* foliolis quinis oblongis pinnatifidis dentatis. *Gemeiner Bärenklau, Bärwurz, Bartsch, Heilkraut.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1421. Ejusd. Enum. p. 311. Pers. syn. pl. I. p. 314. Hoffm. Germ. I. p. 135. De Vest. Man. bot. p. 497. Schkuhr. bot. Handb. t. 67. Jacq. Austr. t. 173. Herb. Blackw. t. 540.*)

Sphondylium Branca Scopol. Carniol. I. p. 204. Moench. Method. p. 83.

Bienn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in pratis, nemoribus et ad sepes ubique frequens.

Radix cylindrica, ramosa, extus fusco - flavicans, intus albida. *Caulis* pro solo diverso natali montoso sicco aut humido vel riguo pedalis, 2 - pedalis aut 4 - 5 - pedalis, magis minusve ramosus, erectus, crassus, sulcatus, articulatus, scaber, hirtus, fistulosus. *Folia* ampla, hirsuta, scabra, pinnata: *foliolis* plerumque quinis oblongis obtusis serratis pinnatifidis lobatis: *impari* majore 3 - partito: *lobo intermedio* 3 - fido. *Vaginae* foliorum praemagnae, ventricosae, striato - sulcatae, hirsutae. *Umbellae* mannae, planae, multiradiatae, terminales, plerumque tres: *duabus* oppositis, *intermedia* longius pedunculata. *Umbellulae* multiflorae: *floribus* albis, rarius rubellis, in radio irregularibus majoribus. *Involucra et involucella* polyphylla: *foliolis* lanceolatis caducis.

156. *LIGUSTICUM*, *Liebstöckel*.

1) *L. Levisticum* foliis multiplicibus: foliolis superne incisis. *Gemeiner Liebst. Labestock.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1424. Ejusd. Enum. p. 312. Pers. syn. pl. I. p. 314. Hoffm. Germ. I. p. 136. De Vest. Man. bot. p. 508. Schkuhr. bot. Handb. 1. 68. Herb. Blackw. t. 275.*)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in montosis Europae australioris. (In hortis, ad sepes et in vineis hinc inde quasi sponte. Ad sepes vinearum des oberen *Grombühls* per plures annos observavi.)

Planta tota maxime aromatica, fragrans. *Radix* crassa, fusiformis, subramosa, extus ferruginea, intus albida. *Caulis* 4 - 6 - pedalis, erectus, crassus, teres, striatus, superne ramosus, et, ut omnes partes, glaberrimus. *Folia* alterna, magna, duplicato - ternata: *foliolis* cuneiformibus, lucidis, 3 - lobis, superne incisis. *Folia suprema* pinnata: *foliolis* simplicibus aut plus minusve incisis. *Vaginae* petiolorum concavae, striatae, glabrae, amplexicaules. *Umbellae* terminales, mediocres, convexae, densae, multi-radiatae: *flosculis* pallide luteis. *Involucra* et *invollucella* polyphylla: *foliolis* latis, lanceolatis, membranaceis, reflexis.

157. *ANGELICA*, *Engelwurz*.

1) *A. sylvestris* foliolis aequalibus ovato - lanceolatis serratis. *Wilde Engelw. Gemeine Angelik.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1429. Ejusd. Enum. p. 313. Pers. syn. pl. I. p. 315. Hoffm. Germ. I. p. 137. Schkuhr. bot. Handb. t. 68.*)

Se-

Selinum Angelica Roth. Germ. I. p. 133. II. p. 358. *De Vest.* Man. bot. p. 501.

S. pubescens Moench. Method. p. 80.)

Imperatoria Angelica Borck. G. M. Sch. Flor. der Wetter. I. p. 378.

Perenn. bienn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvis, pratis sylvaticis, et ad ripas. (In locis demissioribus sylvae *Waldskugel*, in pratis ad sylvam *grauschatzensem*. In udis circa *Abb. Heidenfeld* alibique abunde.)

Radix magna, crassa, ramosa, cylindrica, fragrans, aromatica, extus albido - fusca intus albida. *Caulis* 3 - 4 - pedalis, erectus, teres, crassus, fistulosus, laeviter striatus, glaber, ramosus, tere glauco obductus. *Folia* ampla, glabra, subglauca, tripinnata: *foliis* ovato - lanceolatis aequalibus distinctis acute serratis, *serraturis* mucronatis; *summa* plerumque opposita, trifoliata. *Vaginae* amplae, ventricosae, membranaceae: *suprae* saepe pendulae. *Umbellae* terminales, inaequales, hemisphaericae, magnae, multiradiatae. *Umbellulae* densae, multiflorae: *floribus* subaequalibus, ex albido - s. ex viridirubellis, *intermediis* plerumque sterilibus. *Involucrum* sub - 2 - phylum, saepe nullum. *Involucella* polyphylla: *foliis* inaequalibus linearibus acutis parvis demum reflexis.

138. S I U M, Merk.

1) *S. latifolium* foliolis oblongo - lanceolatis aequaliter serratis, caule elongato sulcato angulato. *Breitblättriger Merk, Wassermerk.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1431. Ejusd. Enum. p. 313. Pers. syn. pl. I. p. 316. Hoffm. Germ. I. p. 137. De Vest. Man. bot. p. 513. Jacq. Austr. t. 66.*)

Coriandrum latifolium Roth. Germ. I. p. 131. II. p. 349.

Cicuta latifolia Borck., G. M. Sch. Flor. der Wetter. I. p. 391.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in fossis, aquis stagnantibus, ad rivulos. (In fossa oppidana prope dem *neuen* et *pleichacher Thore*. Ad moeni ripas supra *Ochsenfurth*, prope *Kitzingen*, *Haßfurth* et *Wipfeld* raro. Ad lacus versus *Karlstadt*, circa *Abb. Heidenfeld* et alibi.)

Caulis 2 - 4 - pedalis, erectus, profunde sulcatus, acutangulus, fistulosus, nodoso - articulatus, glaber, inferne praecipue crassus, parum ramosus: *ramis* erectis. *Folia* alterna, vaginantia, glabra, impari-pinnata: *foliolis* oblongo - lanceolatis vel ovato - oblongis sessilibus aequaliter et argute serratis, *immersis* saepe laciniatis. *Umbellae* terminales et axillares, solitariae, erectae, magnae, planiusculae, multiradiatae. *Umbellulae* convexae, multiflorae: *floribus* omnibus fertilibus. *Involucrum* polyphyllum: *foliolis* lanceolatis inaequalibus reflexis. *Involucella* consimilia, sed breviora. *Petala* subaequalia, alba.

Planta non quidem venenata, sed tamen suspecta, vaccis imprimis et vitulis noxia.

2) *S. angustifolium* foliolis inciso - lobatis serratis, umbellis pedunculatis oppositifoliis, involucris pinnatifidis, caule erecto. *Schmalblättriger Merk.*

(*L.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Jacq.* Austr. t. 67. *De Vest* Man. bot. p. 514. *Roth.* Germ. II. p. 333. I. p. 127.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in fossis, ad rivulos et ripas ubique.

Caulis basi plerumque repens et radicans, tunc erectus, 1 - 2 - 3 - pedalis, teres, glaber, substriatus, ramosus. *Folia* glabra, impari - pinnata: *radicalia* praemagna, saepe pedalia, caulina alterna, *suprema* et *ramea* parva. *Foliola* opposita, sessilia, cordato - aut ovato - lanceolata, argute et profunde inaequaliter serrata aut lobata, basi obliqua atque auriculata: *impari* plerumque trilobo. *Vaginae* breves, striatae, margine membranaceae. *Umbellae* solitariae, terminales et laterales, oppositifoliae, breviter pedunculatae, erectae, convexiusculae, multiradiatae. *Umbellulae* multiflorae: *floribus* aequalibus albis. *Involucrum* e foliolis 5 - 9 inaequalibus, partim simplicibus, partim pinnatifidis, reflexis. *Involucella* e foliolis plerumque 5 inaequalibus, integris aut denticatis.

3) *S. Falcaria* foliolis rigidis linearibus decurrentibus connatis argute serratis, caule ramosissimo. *Sichelblättriger Merk*, *Sichelkraut*, *Sichelmöhre*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1434. *Ejusd.* Enum. p. 314. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 138. *De Vest.* Man. bot. p. 514. *Jacq.* Austr. t. 257.)

Seseli Falcaria *Scopol.* Carniol. I. p. 213.

Drepanophyllum sioides *Wib.* Werth. p. 196.

Perenn. Flor. Julio — Septembri.

Hab.

Hab. in agris, arvis, campis et ad vias ubicunque.

Radix praelonga, sublignosa. *Caulis* pedalis, sesquipedalis et altior, erectus firmus, teres, laevissime striatus, glaber, valde ramosus. *Folia* duriuscula, glabra, glauco - viridia, pinnata: *foliis* longis linearibus subfalcatis acutis argute serratis profunde 2 - 3 - fidis in petiolum decurrentibus. *Petioli* alati, inferne vaginati. *Umbellae* mediocres, terminales, planae, multiradiatae. *Umbellulae* densae multiflorae: *flosculis* parvis aequalibus albis, omnibus fertilibus. *Involucra* et *involucella* e *foliis* 6 - 8 angustis linearibus acuminatis inaequalibus.

139. OENANTHE, *Rebendolde*.

1) *O. fistulosa* stolonifera, foliis caulinis pinnatis filiformibus fistulosis, involucre subnullo. *Röhriqe Rebendolde*, *Wasser - Raute*, *Wassersteinbrech*; *Tropfwurz*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1440. Ejusd. Enum. p. 316. Pers. syn. pl. I. p. 318. Hoffm. Germ. I. p. 139. De Vest. Man. bot. p. 511. Schkuhr. bot. Handb. t. 70.*)

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in fossis, in inundatis, ad ripas. (In fossis prope *Himmelsporten*, *Zell* et *Thüingersheim*. In paludosis prope *Dettelbach*, *Timmbach*, *Heidenfeld* et *Hafsfurth*. Ad ripas moeni et ad lacus prope *Karlstadt*, *Gemünden*, *Kitzingen*, *Ochsenfurth* et alibi non infrequens.)

Radix stolonibus longis geniculatis repentibus. *Caulis* sesqui - 2 - pedalis, erectus, infirmus, hinc saepe

pissime procumbens, teres, glaberrimus, striatus, ramosus, fistulosus, subinflatus. *Folia radicalia* bipinnata: *foliolis* planis cuneatis lobatis, *caulina* pinnata: *foliolis* angustis linearibus simplicibus 2-3-lobisve fistulosis. *Petioli* inflati, fistulosi, inferne vaginati. *Umbellae* terminales, longe pedunculatae, mediocres, multiradiatae: *primariae* plerumque 2-3-radiatae. *Umbellulae* subrotundae, densae, multiflorae: *floribus* albis, saepe etiam rubellis, *disci* regularibus fertilibus, *radii* inaequalibus sterilibus. *Involucrum* 1-phyllum, plerumque nullum. *Involucella* polyphylla: *foliolis* lanceolatis membranaceis albidis.

Planta venenata, pecoribus valde nociva.

140. PHELLANDRIUM, *Wasserfenchel*.

1) *Ph. aquaticum* caulis foliorumque ramificationibus divaricatis. *Gewöhnlicher Wasserf. Roßfenchel*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1444. Ejusd. Enum. p. 316. Pers. syn. pl. I. p. 318. Hoffm. Germ. I. p. 139. Schkuhr. bot. Handb. t. 71. Herb. Blackw. t. 570.*)

Ligusticum Phellandrium Roth. Germ. I. p. 123. II. p. 321. *De Vest. Man. bot. p. 507.*

Bienn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. ad fossas, lacus et ripas. (Ad fossas vor dem *Burkardsthore*, ad rivum *Studentenbach* ante urbem, ad rivum prope der *versbacher Mühle*, ad ripas Moeni et in stagnis prope *Ochsenfurth, Kitzingen, Haßfurth, Heidenfeld, Karlstadt* et alibi non infrequens.)

Caulis 2 - 3 - pedalis, erectus, inferne praecipue crassus, fistulosus, glaber, sulcatus, geniculatus: *geniculis* infimis radicantibus, *ramisque* divaricatis valde divisis. *folia* glabra, patentissima, ampla, laete viridia, tripinnata: *ramificationibus* maxime divaricatis, *pinnulisque* semipinnatis obtusis incisus. *Vaginae* striatae, margine membranaceae, caulem arcte amplectentes. *Umbellae* oppositifoliae, breviter pedunculatae, patentes, inaequales, multiradiatae. *Umbellulae* confertae, densissimae, multiflorae: *floribus* omnibus fertilibus albis subaequalibus. *Involucrum* nullum. *Involucella* foliolis 8 - 10 angustissimis fere setaceis longitudine *umbellulae*. *Semina* acria, aromatica.

Planta suspecta, pecoribus nociva.

141. C I C U T A, Wütherich.

1) *C. virosa* umbellis oppositifoliis, stipulis obtusis petiolo adnatis. *Giftiger Wüther.* *Wasserschierling,* *Parzenkraut.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1445. Ejusd. Enum. p. 316. Pers. syn. pl. I. p. 318. Hoffm. Germ. I. P. 140. Schkuhr bot. Handb. t. 71. Herb. Blackw. t. 574. a. b. c.*)

Goriandrum Cicuta Roth. Germ. I. p. 130. II. P. 347.

Sium Cicuta De Vest. Man. bot. p. 512.

Hab. in paludibus, ad fossas, lacus et ripas. (In *fossa oppidana* prope dem *neuen Thore*, et juxta dem *Wasserthurm* cum *patre defuncto* olim copiose legi. Ad rivum *Studentenbach* prope dem *Schächersgarten* cum *D. Med. Cand, Drescher* semel

mel observavi. Ad lacum trans Moenum versus *Karlstadt* legit *cl. M. D. Geist*, mihiq̄ue inde plura misit exemplaria. Ad ripas Moeni versus *Heidingsfeld* invenit *pater meus defunctus*, et *cl. Prof. Heilmann* prope *Ochsenfurth* et *Kitzingen*. Aliquoties etiam inveni ad *lacum erlaccensem* prope *Ochsenfurth*, ad lacus prope *Heidenfeld*, et in palude *Moos* versus *Häßfurth*. In aliis a pluribus indicatis locis e. gr. ad ripas *Moeni* prope *Unterzell*, *Retzbach* et *Gemünden*, ad *lacum frickenhusianum* prope *Wechterswinkel*, in palude prope *Holzbach* versus *Neustadt*, ad lacus prope *Geroishofen* alibique frustra eam quaesivi.)

Planta inter *umbelliferas* venenatissima. *Radix* magna, crassa, ramosa, annulata, *fibris* multis longis albidis subverticillatis praedita, *loculamentis* pluribus succum croceo - lutescentem venenatissimum, vere praecipue, continentibus. *Caulis* 2 - 4 - pedalis, erectus, crassus, teres, fistulosus, leviter striatus, geniculatus, ex glauco viridis, saepius purpurascens, ramosus: *ramis* erectis firmis divaricatis dichotomis, inferne alternis, superne oppositis. *Folia* maxima, profunde viridia, glaberrima, tripinnata: *foliolis* subsimplicibus lanceolatis planis argute serratis decurrentibus, *terminalibus* profunde trilobis. *Petio- li* basi vaginati, striati: *stipulis* linearibus obtusis. *Umbellae* magnae, plano - concavae, multiradiatae, densae, laterales, oppositifoliae. *Umbellulae* hemisphaericae, multiflorae: *floribus* albis regularibus. *Involucrum* foliolo uno alterove, plerumque nullum. *Involucella* polyphylla: *foliolis* linearibus acutis brevibus inaequalibus patentibus. *Semina* viridia, subglobosa, compressiuscula, sulcato - striata, *stylis* divaricatis coronata.

142. AETHUSA, Gleife.

1) *Ae. Cynapium* foliolis pinnatifidis nitidis decurrentibus. *Hunds - Gleife*, *Hundspetersilie*, *Tollpetersilie*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1446. Ejusd. Enum. p. 317. Pers. syn. pl. I. p. 319. Hoffm. Germ. I. p. 140. Schkuhr. bot. Handb. t. 72. Herb. Blackw. t. 517.*)

Coriandrum Cynapium Roth. Germ. I. p. 130. II. p. 346.

Sium Cynapium De Vest. Man. bot. p. 512.

Ann. Flor. Jul. Augusto,

Hab. in cultis, ruderatis et ad sepes ubique.

Radix fusiformis, alba. *Caulis* 2 - 4 - pedalis, erectus, ramosus, teres, striatus, nebula violacea quasi obductus, inferne saepe rubellus. *Vaginae* striatae, margine membranaceae, apice bidentatae. *Folia* alterna, triplicato - pinnata, atrovirentia, subtus nitentia, petiolata, *suprema* sessilia. *Pinnae* lineares, pinnatifidae. *Umbellae* longius pedunculatae, mediores, planiusculae, multiradiatae, terminales aut laterales oppositifoliae. *Umbellulae* radiatae, multiflorae. *Petala* alba, bifida. *Involucrum* nullum. *Involucella* dimidiata: *foliolis* 3 - 5 linearibus angustis pendulis umbellula longioribus.

Planta venenata, ab ignaris facile cum *Apio* *Petroselino* commutanda.

143. CORIANDRUM, Koriander.

1) *C. sativum* fructibus globosis. *Garten - Korwahrer Koriander*.

(*L.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1448. *Ejusd.* Enum. p. 317. *Pers.* syn. pl. I. p. 319. *Hoffm.* Germ. I. p. 141. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 72. *Roth.* Germ. I. p. 130. II. p. 346. *Herb. Blackw.* t. 176.)

Sium Coriandrum De Vest. Man. bot. p. 513.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in hortis passim, et in ejectamentis hinc inde quasi sponte.

Planta tota odore nauseoso, cymices redolens. *Caulis* 2 - 3 - pedalis, erectus, teres, glaber, ramosissimus. *Folia* glabra laete viridia: *radicalia* pinnata: *foliolis* ovatis inciso - dentatis, *caulina* bipinnata: *foliolis* linearibus angustis obtusis. *Umbellae* terminales, planae, radiatae: *floribus* albis, interdum rubicundis. *Involucrum* monophyllum, lineare, plerumque nullum. *Involucella* minima, triphylla, dimidiata. *Fructus* laevissime striatus, flavo - griseus.

144. SCANDIX. Körbel.

1) *Sc. pecten* foliis tripinnatis: foliolis multipartitis linearibus. *Nadelkörbel*, *Kammkörb.* *Venuskamm*, *Hechelkraut*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1449. *Ejusd.* Enum. p. 317. *Pers.* syn. pl. I. p. 319. *Hoffm.* Germ. I. p. 141. *Jacq* Austr. t. 263. *Wibel.* Werth. p. 199. *Roth.* Germ. I. p. 122. II. p. 315. *De Vest.* Man. bot. p. 505.)

Ann. Flor. Majo — Julio.

Hab. in hortis, ad sepes et inter segetes passim.

Caulis palmaris, erectus, teres, striatus, pilosus, ramosus, divaricatus. *Folia* alterna, laete viridia, pilo-

pilosiuscula, supradecomposita, tenuissime divisa. *Vaginae* tumidae, margine membranaceae, ciliatae. *Umbellae* terminales, 2 - 3 - radiatae. *Umbellulae* pauciflorae: *flosculis* albis, *exterioribus* petalis majoribus, *interioribus* abortivis. *Involucrum* nullum. *Involucella* foliolis 5 - 7 lanceolatis integris aut apice 2 - 3 - fidis. *Fructus* striatus, basi incrassatus, in *rostrum* unciale aut sesquiunciale retrorsum setulis scabrum terminatus.

145. CHAEROPHYLLUM, Kälberkropf.

1) *Ch. sylvestre* caule striato: geniculis tumidiusculis, seminibus laevibus. *Wilder Kälberkropf*, *Eselskörbel*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1452. Ejusd. Enum. p. 318. Pers. syn. pl. I. p. 320. Hoffm. Germ. I. p. 142. Jacq. Austr. t. 149. Schkuhr. bot. Handb. t. 73. Roth. Germ. I. p. 123. II. p. 319.*)

Scandix sylvestris *De Vest. Man. bot. p. 505.*

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in pratis, in pomariis, et ad sepes ubique frequens.

Caulis 2 - 3 - pedalis, erectus, fistulosus, teres, striatus, ramosus, superne glaber, inferne scabriusculus: *geniculis* subincrassatis subpubescentibus. *Folia* tripinnata: *pinnis* lanceolatis pinnatifidis acutis margine et nervo subtus hirsutis. *Vaginae* striatae, glabrae, ciliatae. *Umbellae* terminales, majusculae, planiusculae, multiradiatae, ante anthesin nutantes. *Umbellulae* multiflorae: *flosculis* albis parum radiatis. *Involucrum* 2 - 4 - phyllum, valde caducum. *Involucella* foliolis 5 - 6 - 7 - inaequalibus lanceolatis ciliatis,

tis, primo erectis, demum deflexis. *Semina* oblonga, acuminata, non striata, glabra, nitida, nigra.

2) *Ch. temulum* caule maculato scabro: geniculis tumidis, seminibus striatis. *Giftiger Kälberkropf, Taumelkörbel, Gefleckter Körbel.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1454. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. p. 320. Hoffm. Germ. l. c. Jacquin. Austr. t. 65.*)

Scandix temula Roth, Germ. I. p. 122. II. p. 317. *De Vest. Man bot. p. 506. G. M. Sch. Flor. der Wetter. I. p. 415.*

Scandix nutans Moench, Method. p. 101.

Myrrhis temula Gärtn. I. p. 109. t. 23. *Wibel. Werth. p. 199.*

Bienn. Flor. Junio — Augusto,

Hab. in ruderatis, dumetis, pratis et ad sepes ubique.

Caulis 2 - 3 - pedalis, erectus, solidus, ramosus, teres, substriatus, pilosus, purpureo - maculatus: *geniculis* tumidis. *Folia* hirsuta costis purpurascens; *inferiora* petiolata, *superiora* sessilia 2 - 3 - pinnata: *pinnis* ovatis obtusis pinnatifidis. *Vaginae* genicula arcte amplectentes, striatae, scabrae, plerumque fuscae. *Umbellae* terminales, convexo - planiusculae, mediocres, multiradiatae, ante anthesin nutantes, dein erectae. *Flosculi* irregulares, albi, disci abortientes. *Involucrum* foliolis 2 - 3 caducis. *Involucella* foliolis 5 - 6 - 8 lanceolatis hirsutis ciliatis. *Semina* ovato - oblonga, immatura laevia, matura striata, nigricantia, nitida.

Planta valde suspecta, venenata.

3) *Ch. bulbosum* caule laevi geniculis tumido basi hirsuto. *Knolliger Kälberkr. Rübenkörbel.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1453. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. Jacq. Austr. tab. 63.*)

Scandix bulbosa Roth, Germ. I, p. 123. II, p. 318. *De Vest. Man. bot. p. 505. Moench Method, p. 101. G. M. Sch. Flor der Wetter. I. p. 417.*

Myrrhis bulbosa Wibel, Werth. p. 199.

Bienn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in pratis, pomariis, ad sepes, ad ripas, et in dumetosis passim.

Caulis 3 - 4 - 5 - pedalis, erectus, fistulosus, teres, substriatus, articulatus, ramosus, laete viridis, maculis plerumque ferrugineis purpureisque adspersus: *articulis* 3 infimis piloso - scabris, reliquis tumidis incrassatis lineatis glabris. *Folia* glabra, petiolicis nervisque subtus pilosa, tripinnata: *pinnulis* tenuissime divisis acutis. *Vaginae* praelongae, striatae, margine membranaceae. *Umbellae* terminales, planiusculae, mediocres, multiradiatae: *floribus* albis. *Involucrum* nullum aut foliolo uno alterove. *Involucella* foliolis 5 - 6 inaequalibus lanceolatis reflexis. *Semina* oblonga, profunde striata, stylis distantibus coronata.

4) *Ch. hirsutum* caule striato hirsuto, foliolis incisissimis hirsutis, fructu stylis elongatis divaricatis coronato. *Rauhaariger Kälberkropf, Sumpfkälberkr.*

(*L. sp. pl. ed Willd. p. 1455. Ejusd. Enum. l. c. Hoffm. Germ. l. c. Jacq. Austr. t. 148.*)

Ch. palustre Pers. syn. pl. I. p. 320.

Scandix hirsuta Roth. Germ. I. p. 122. II. p. 315.
De Vest. Man. bot. p. 506.

Myrrhis hirsuta Wib. Werth. p. 200.

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in humidiusculis, ad ripas. (In fossa oppidana prope dem *burkarder Thore* am Kanal, ad moeni ripas infra *Himmelstadt* et *Gemünden*. Ad *Werram* versus *Stetten*, et ad ripas *Salae* prope *Schunderfeld* raro. In fossa oppidana oppiduli *Karlstadt* cum *cl. D. Geist* etiam legi.)

Caules plerumque plures, 1 - 2 - 3 - pedales, erecti, teretes, aequales, fistulosi, succulenti, fere diaphani, pilis albidis hirti, superne ramosi. *Folia* 3 - 2 - pinnata, hirsuta: *pinnis* incisiss acutis. *Vaginae* latae, subcarnosae, pilosae, margine membranaceae. *Umbellae* terminales, convexae, densae, majusculae, multiradiatae, ante anthesin nutantes. *Umbellulae* multiflorae: *floribus* allidis s. ex albedo rubellis irregularibus hirsutis, pluribus sterilibus. *Involucrum* monophyllum, plerumque nullum. *Involucella* foliolis 5 - 6 late - lanceolatis margine membranaceis albidis ciliatis. *Semina* sulcata stylis elongatis divaricatis coronata.

5) *Ch. aureum* caule aequali, foliolis incisiss, seminibus coloratis sulcatis muticis. *Goldfärbiger Kälberkr. gelber Kälbersaamen.*

(*L. sp. pl. ed. Willd.* p. 1457. *Ejusd. Enum.* p. 319. *Pers. syn. pl.* p. 321. *Hoffm. Germ.* l. c. *Jacquin. Austr.* t. 64.)

Scandix aurea Roth. Germ. I. p. 123. II. p. 319.
De Vest. Man. bot. p. 506. *Mönch. Meth.* p. 101.

Myrr-

Myrrhis aurea Gärtn. I. p. 109. t. 23. *Wibel.*
Werth. p. 200.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in pratis humidiusculis, in nemorosis, ad sepes. (Im Oelgrund versus Sachsenheim, in monte Sodenberg, ad Werram prope dem Schönhartshof, et ad Moenum prope Marienburghausen hinc inde. In pratis prope Hofheim, Eichelsdorf et Frießenhausen rarius. Ad ripas Tuberi prope Tauberrettersheim, et in humidis ad Abb. Haidensfeld.)

Caulis sesquipedalis, 2 - pedalis, erectus, angulatus, striatus, ramosus, maculis hinc inde purpureis notatus, inferne hirsutus, superne glaber: *articulis* tumidis. *Folia* ampla, pallide viridia, villosiuscula, tripinnata: *pinnis* lanceolatis acutis profunde pinnato - incis, *incisuris* dentatis. *Vaginae* membranaceae, villosae - albae. *Umbellae* terminales, mediores, planae, 6 - 8 radiatae. *Umbellulae* 5 - 8 - florum: *flosculis* albis inaequalibus radiantibus, pluribus sterilibus. *Involucrum* foliolo uno alterove, plerumque nullum. *Involucella* foliolis 5 - 7 lanceolatis ciliatis demum reflexis longitudine umbellulae. *Semina* oblonga, glabra, lutescentia.

6) *Ch. sativum* caule laevi, umbellis lateralibus oppositifoliis. *Zahmer Kälberkropf, Gartenkörbel, Körbelkraut.*

(*Pers. syn. pl.* I. p. 320. *C. Bauhin. Pin. theatr. bot.* p. 152.)

Scandix Ceresifolium L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1450. *Ejusd. Enum.* p. 318. *Hoffm. Germ.* I. p. 141. *Jacq. Austr.* t. 309. *Herb. Blackw.* t. 236. *Schkuhr. bot. Handb.* t. 73. *Roth. Germ.* I. p. 122. *De Vest. Man. bot.* p. 505.

Chae-

Chaerophyllum Ceresolium Roth. Germ. II. p. 320.
Moench. Meth. p. 102.

Ann. bienn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in cultis quasi sponte, et ad sepes hortorum passim.

Caulis 1 - 2 - pedalis, erectus, striatus, glaber, aequalis, ramosus. *Folia* laete viridia, odorata, glabra, tenera, 2 - 3 - pinnata: *pinnis* ovatis remotis inciso - pinnatifidis. *Umbellae* 4 - 5 - radiatae, *terminales* longius pedunculatae, *laterales* subsessiles. *Umbellulae* sub - 5 - florum: *flosculis* albis subaequalibus omnibus fertilibus. *Involucrum* plerumque nullum. *Involucellum* foliolis 2 - 3 parvis lineari - lanceolatis ciliatis reflexis. *Semina* subulata, tenuia, laevia, nitida, nigra.

146. ANTHRISCUS, Klettenkörbel.

1) *A. vulgaris* foliolis tripinnatis pilosis, corollis uniformibus, caule laevi. *Gemeiner Klettenkörbel.*

(*Pers. syn. pl. I. p. 320.*)

Scandix Anthriscus L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1450. *Ejusd. Enum. p. 318. Jacq. Austr. t. 154.*

Caucalis Scandicina Roth. Germ. I. p. 121. II. p. 312. *Hoffm. Germ. I. p. 130.*

C. Scandix Scopol. Carniol. I. p. 191.

C. Anthriscus De Vest. Man. bot. p. 493.

Torilis Anthriscus Moench. Meth. p. 103. *Wib. Werth. p. 192. G. M. Sch. Flor. der Wetter. I. p. 428.*

T. Scandicina Gmel. Flor. bad. I. p. 618.

Ann. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in cultis, in ruderatis, ad muros et sepes passim.

Caulis palmaris, pedalis, erectus, debilis, teres, nodosus, substriatus, nitidus, glaber, ramosus, diffusus. *Folia* pilosa, tripinnata: *pinnulis* pinnatis. *Vaginae* ciliatae, margine albae. *Umbellae* numerosae 4 - 5 - radiatae, *terminales* longius pedunculatae, *laterales* brevissime pedunculatae aut sessiles. *Umbellulae* parvae, pauciflorae: *flosculis* subinaequalibus albidis, omnibus fertilibus. *Involucrum* sub - 1 - phyllum, plerumque nullum. *Involucella* 4 - 5 - phylla: *folioliis* lanceolatis ciliatis adpressis. *Semina* ovata, oblonga, aculeolis incurvis hirta, nigra.

147. SESELI, *Sesel.*

1) *S. annuum* caule subsimplici striato vaginato: vaginis ventricosis. *Einjähriger Sesel, Bocksfenchel.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1460. Pers. syn. pl. I. p. 321. Hoffm. Germ. I. p. 143. Jacquin. Austr. t. 55.*)

Sium annuum Roth. Germ. I. p. 128. II. p. 337. *De Vest. Man. bot. p. 515.*

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in montosis nemorosis, pascuis sabulosis, in collibus asperis siccis. (In monte Nicolai versus der Waldskugel, et in asperis prope Ravenspurg versus sylvam vitihoechheimensem rarissime. In arenosis siccis prope Stalldorf, Bütthardt et Giebelstadt. In collibus siccis lapidosis in via a Thüngen versus Arnstein perraro.)

Caulis palmaris, pedalis, erectus, durus, striatus parum ramosus, glaber, glaucus, inferne rubellus. *Folia* rigidiuscula, glabra, e glauco viridia, inferiora triplicato - superiora bipinnata: *foliis* linearibus acutis pinnatifidis. *Petioli* plerumque e viridi purpurei, inferiores longi teretes basi vaginati amplexicaules, superiores breves membranacei vaginantes striati glabri subventricosi. *Umbellae* terminales, parvae, densae, multiradiatae, convexae. *Umbellulae* planae, multiflorae: *flosculis* aequalibus albis aut ex albido rubentibus, omnibus fertilibus. *Involucrum* nullum aut monophyllum breve. *Involucella* polyphylla: *foliis* lanceolatis margine membranaceis albidis inaequalibus, exterioribus umbellula plerumque longioribus.

148. PASTINACA, *Pastinak*.

1) *P. sativa* foliolis simpliciter pinnatis subtus pubescentibus. *Gzmeiner, wilder Pastinak*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1466. Ejusd. Enum. p. 320. Pers. syn. pl. I. p. 322. Hoffm. Germ. I. p. 144. Schkuhr. bot. Handb. t. 76. Herb. Blackw. t. 379.*)

Selinum Pastinaca Roth. Germ. I. p. 133. II. p. 359. *De Vest. Man. bot. p. 500.*)

Anethum Pastinaca Wib. Werth. p. 195.

Bienn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in pratis, pascuis et ruderatis ubicunque frequens.

Radix fusiformis, albida s. lutescens, aromatica, dulcis, acris, edula. *Caulis* 2 - 3 - pedalis, erectus, grassus, fistulosus, sulcato - angulosus, scabriusculus,

superne valde ramosus. *Folia* alterna, vaginantia, pinnata: *folioli*s ovatis inciso-lobatis laete viridibus supra glabris subtus scabriusculis pubescentibus, *impari* 3-lobo. *Umbellae* terminales, magnae, planae, multiradiatae. *Involucra* et *involucella* nulla. *Petala* involuta, integra, lutea. *Fructus* magnus, odoratus, aromaticus.

149. ANETHUM, Dill.

1) *A. graveolens* foliis bipinnatis: foliolis setaceis, fructibus compressis. *Gemeiner Dill*, *Cucumerkraut*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1469. *EjUSD.* Enum. p. 321. *Pers.* syn. pl. I. p. 323. *Hoffm.* Germ. I. p. 144. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 77. *Herb. Blackw.* t. 545.)

Selinum Anethum Roth. Germ. I. p. 134. II. p. 359. *De Vest.* Man. bot. p. 501.

Ann. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in hortis et eorum ejectamentis passim frequens.

Caulis 2-3-pedalis, erectus, teres, glaber, laeviter striatus, saturate viridis, dichotomus. *Folia* glabra, laevia, bipinnata: *folioli*s pinnatifidis setaceis. *Vaginae* membranaceae, amplexicaules, intus albicantes. *Umbellae* terminales, magnae, planae, multiradiatae, inaequales. *Umbellulae* multiflorae, inaequales: *floribus* regularibus. *Petala* involuta, integra, flava. *Involucrum* et *involucella* nulla.

2) *A. Foeniculum* foliis multipartito-capillari-bus deflexis, fructibus ovatis. *Fenchel - Dill*, *Fenchel*.

(*L.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. p. 145. Herb. Blackw. t. 288.*)

Ligusticum Foeniculum Roth. Germ. I. p. 124. II. p. 323. De Vest. Man. bot. p. 508.

Foeniculum vulgare Gärtn. t. 23. Moench. Method. p. 87. G. M. Sch. Fl. d. Wetter. I. p. 403.

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in cultis, in vineis, et juxta hortos rarius.

Planta praecedenti primo intuitu simillima, caulibus vero e radice pluribus et altioribus, umbellis copiosioribus minoribusque, atque odore peculiari diversa. Radix fusiformis, ramosa, alba, aromatica, dulcescens. Caules erecti, teretes, striati, glabri, rore glauco obducti, ramosissimi. Folia alterna, diffusa, ampla, atro-viridia, tripinnata: foliolis longissimis setaceis acutis glabris dependentibus supra sulcatis subtus striatis. Vaginae longae, sulcatae, basi amplexicaules. Umbellae terminales, multiradiatae, planiusculae absque involucri et involucellis. Petala minuta, lutea, apice involuta,

150. CARUM, Kümmel.

1) *C. Carvi* caule ramoso, vaginis foliorum ventricosis, involucri partiali nullo. Gemeiner Kümmel, Wiesenkümmel, Feldkümmel, Brodkümmel.

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1470. Ejusd. Enum. p. 321. Pers. syn. pl. I. p. 323. Hoffm. Germ. I. p. 145. Jacq. Austr. t. 393. Schkuhr. bot. Handb. t. 77. Herb. Blackw. t. 529.*)

Ligusticum Carvi Roth. Germ. I. p. 124. II. p. 324. *De Vest.* Man. bot. p. 508.

Seseli Carum Scopol. Carn. I. p. 215.

Aegopodium Carum Wib. Werth. p. 199.

Bin. Flor. Majo — Julio.

Hab. in pratis ubique abunde.

Radix fusiformis, fibrosa, extus pallide flavescens, intus albida, odorata, aromatica, *Caulis* pedalis et altior, erecius, teres, striatus, glaber, ramosus. *Folia* longa, glabra, bipinnata: *inferiora* petiolata alterna, *summa* sessilia opposita ad basin vaginae subventricosae *stipulis* multifidis praedita. *Foliola* linearia, multifida, infirma, decussantia. *Umbellae* terminales, numerosae, mediocres, planiusculae, multiradiatae. *Involucrum* e foliolo uno alterove setaceo, saepe nullum. *Involucella* plerumque nulla. *Petalia* inflexo - cordata, subaequalia, albida, rarius dilute carnea.

151. PIMPINELLA, *Bibernell.*

1) *P. Saxifraga* foliis pinnatis glabris, foliolis radicalibus subrotundis argute dentatis: summis linearibus. *Stein - Bibernell, Steinpetersilie, Pfefferwurz, Theriakwurz.*

(*L. sp. pl. ed. Willd.* I. p. 1471. *Ejusd. Enum.* p. 321. *Pers. syn. pl.* I. p. 323. *Hoffm.* Germ. I. p. 145. *Jacq. Austr.* t. 395. *Schkuhr. bot. Handb.* t. 78. *Roth.* Germ. I. p. 129. II. p. 341. *Herb. Blackw.* t. 472. *De Vest.* Man. bot. p. 518.)

Tragoselinum saxifragum Moench. Meth. p. 99.

Perenn. Flor. Junio — Septembri.

Hab.

Hab. in pratis siccis, in nemorosis et in collibus ubique.

Radix aromatica, acris, longa, lignosa, subramosa, extus fusco - nigra, intus albida aut coerulea, digiti minimi crassitie. *Caulis* pedalis, sesquipedalis, erectus, rigidus, teres, striatus, glaber aut villosiusculus, superne dichotomus: *ramis* divaricatis. *Folia* venosa, glabra, interdum magis minusve villosa, *radicalia* plerumque simpliciter pinnata: *foliis* sessilibus ovato - subrotundis argute serratis lobatisve, *caulina* duplicato - pinnata: *foliis* angustis lanceolatis mucronatis 2 - 3 - fidis. *Umbellae* terminales, mediocres, planiusculae, multiradiatae: *floribus* exiguis regularibus albis raro rubicundis. *Involucra* et *involucella* nulla.

2) *P. nigra* foliis pinnatis pubescentibus, foliis radicalibus subcordatis incisus obtusis dentatis, caulinis bipinnatis linearibus. *Schwarzer Bibernell.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. Roth. Germ. I. l. c. II. p. 342. De Vest. Man. bot. l. c.*)

Perenn. Flor. Julio — Septembri.

Hab. in montosis, collibus et in sylvaticis. (In monte Nicolai, et in monte zellensi rarius. Auf dem Schloßberge, et in collibus siccis circa der Waldskugel, prope Giebelstadt, Rimpar, Escherndorf alibique. In siccissimis des gramschatzer und guttenberger Waldes.)

Radix ramosa, extus atro - fusca s. nigra, intus albida, vere praecipue lacte coeruleo repleta. *Caulis* sesquipedalus, 2 - pedalis, erectus, striatus, pilosus, superne dichotomus: *ramis* parum divaricatis. *Folia* hirsuta, atro - viridia, *radicalia* pinnata: *foliis* ob-

cordatis obtusis incisus obtuse dentatis, *terminali* 3-lobo, *caulina* bipinnata: *foliis* angustis linearibus dentatis. *Vaginae* membranaceae, ventricosae, striatae, hirsutae, fusciscentes: *supremae* plerumque folio uno alterove terminatae. *Umbellae* terminales, mediocres, multiradiatae, planiusculae: *flosculis* albis, rarius rubicundis. *Involucrum* et *involutella* nulla.

3) *P magna* foliis uniformibus pinnatis, foliolis omnibus lobatis: impari trilobo. *Großer Bibernell.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. Jacq. Austr. t. 396. Roth. Germ. I. p. 129. II. p. 343. De Vest. Man. bot. p. 518.*)

Tragoselinum magnum Monch. Meth. p. 99.

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in umbrosis, in nemorosis, ad sepes et pratorum margines. (In sylvis Keitshöchheim, Waldskugel, Guttenberg, Gramschatz, im Huck prope Wipfeld alibique. In nemorosis prope Gerbrunn, Rottendorf, Versbach et Mühlhausen. Ad margines pratorum prope Mühlhausen, Seßlach, Büchold et Ebern rarius.)

Radix teretiuscula, ramosa, ex flavicante albida. *Caulis* sesquipedalis, 2 pedalis, nonnunquam 3-4-pedalis, erectus, sulcatus, glaber, ramosus. *Folia* uniformia, glabra, laete viridia, nitida, pinnata: *foliis* latis ovatis acutis lobatisque, impari trilobo: *summa* angustiora caduca. *Petioli* compressi, striati, glabri. *Umbellae* terminales, majusculae, planae, multiradiatae: *flosculis* exiguis albis. *Involucra* et *involutella* nulla.

Datur Varietas: *foliis radicalibus pinnatis, foliolo intermedio basi auriculato, foliolis caulinis palmato-pinnatifidis*, quam *cl. D. Lehmann* in *prim. Lin. Flor. herb.* p. 24 tanquam peculiarem speciem sub *Pimp. intermed.* in insulae inferioris salicetis crescentem, ubi quoque inveni, comprehendit. Ab aliis auctoribus variis nominibus allegatur e. gr. *Pimp. media Hoffm.* Germ. *Jacq. Austr.* t. 397. *P. orientalis Gouan.* Est mera varietas secundum observationes per plures annos in horto nostro botanico institutas. Prope *Aub, Rottingen, Mühlhausen* et *Kleinrindersfeld* eam pluries observavi.

4) *P. dissecta* foliis omnibus pinnatis: pinnis multipartitis, segmentis subfalcatis acutis. *Schlitzblättriger Bibern.*

(*L. sp. pl. ed. Willd.* p. 1472. *Pers. syn. pl.* p. 323. *Hoffm. Germ.* p. 146. *Roth. Germ. II.* p. 344. *De Test. Man. bot.* p. 518.)

Tragoselinum dissectum Moench. Method. p. 99. *Pereun. Flor. Jun. Julio.*

Hab. in montosis sylvaticis, ad muros antiquos. (Ad margines sylvae *vitihöchheimensis* et in asperis circa *der Waldskugel* raro. Ad muros hinc inde arcis *Reichelsperg* prope *Aub.* In siccis des *Kreutzberges* et alibi.)

Affinis *Pimp. saxifragae*, a qua *caulibus* plerumque demissioribus e radice pluribus, *foliis* majoribus, *foliolis* dissectis multipartitis, *segmentis* subfalcatis acutis constanter differt.

Foliola plantae junioris rotundiora ac minus profunde incisa sunt, sicuti planta adultior magis dissecta adparet.

5) *P. dioica* pumila, foliolis multifidis linearibus, umbellis numerosissimis paniculatis, floribus dioicis. *Niedriger Bibernell.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1474. Ejusd. Enum. p. 322. Pers. syn. pl. p. 323. Hoffm. Germ. p. 146. De Vest. Man. bot. p. 513. Jacq. Austr. t. 28. Roth. Germ. II. p. 345.*)

Cnidium tenuifolium Moench Method. p. 98.

Perenn. bienn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in siccissimis lapidosis. (In campo sterili lapidoso juxta viam versus *Veitshöchheim*, in monte *Schloßberg*, in montibus *Nico'ai* et *Dürnbach*, In asperis lapidosis prope *Gerbrunn*, *Rinpar* alibique non infrequens.)

Radix subramosa, fibris longis praedita, extus luteo - fusca, intus albida, siccata nigra, supra terram villosa. *Caulis* digitalis, palmaris, erectus, sulcatus, angulatus, pallide virescens, saepissime, praecipue versus autumnum, rubellus, a basi ramosissimus: ramis sparsis divergentibus. *Folia* pauca, radicalia duplicato - pinnata: foliolis brevibus linearibus angustis simplicibus 2 - 3 - fidisque subcanaliculatis ex lutescente viridibus s. glaucis, glabris. *Petioli* longi, sulcati, inferne vaginantes. *Folia* caulina et ramea sensim minora, pinnata: foliolis simplicibus 2 - fidisque. *Petioli* brevissimi, toti vaginati, albido - membranacei, acumine brevi utrinque donati. *Umbellae* copiosae, terminales et laterales, paniculatae, parvae, multiradiatae, longe pedunculatae. *Flosculi* albi, masculi et foeminei, rarissime hermaphroditi. *Involucra* et *involucella* nulla, aut foliolum unum alterumve breve maxime caducum.

152. *APIUM*, *Eppich*.

1) *A. graveolens* foliolis caulinis cuneiformibus incisissimis, umbellis subsessilibus. *Starkkriechender Eppich, Wassereppich, Zellerie.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I p. 1475. Ejusd. Enum. p. 322. Pers. syn. pl. I. p. 324. Hoffm. Germ. I. p. 146. Schkuhr bot. Handb. t. 78. Herb. Blackw. t. 443.*)

Sium Apium Roth. Germ. I. p. 128. II. p. 339.

S. graveolens De Vest Man. bot. p. 517.

Seseli graveolens Scopol. Carn. I. p. 215.

Bienn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in humidis umbrosis. (Ad ripas rivi Studentenbach juxta dem Schächersgarten ante aliquot annos vidi. Colitur praeterea in hortis culinis ubique.)

Radix tuberosa carnosissima, aut e fibris pluribus crassis carnosissimis composita. *Caulis* pedalis, sesquipedalis aut 2 - pedalis, erectus, glaber, ramosissimus, angulatus, sulcatus, geniculatus. *Folia* glaberrima, lucida, radicalia praelonga pinnata: foliolis ovatis s. subrotundis trifidis inciso - serratis, petiolisque crassis sulcato - angulatis, caulina alterna, breviter petiolata, ternata: foliolis cuneiformibus trifidis incisissimis. *Umbellae* mediocres, terminales et axillares, sessiles atque breviter pedunculatae, multiradiatae. *Flores* exigui: petalis subaequalibus albis. *Involucrum* et involucella nulla.

Planta spontanea suspecta, *culta* subdulcis esculenta.

2) *A. Petroselinum* foliolis caulinis linearibus, umbellis pedunculatis, involucellis minutis. *Petersilien - Eppich, Petersilie, Gartenpetersilie.*

(*L. sp. pl. ed. Willd l. c. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl l. c. Herb. Blackw. t. 172.*)

Sium Petroselinum De Vest. Man. bot. p. 517.

Bienn. Flor. Junio — Septembri.

Hab. in Sardinia. (In hortis culinariis colitur ubique.)

Radix longa, fusiformis, carnosae, alba, magis minusve crassa. *Caulis* 2 - 3 pedalis, erectus, teres, striatus, glaberrimus, ramosus. *Folia* glaberrima, lucida, *radicalia* petiolata duplicato - pinnata: *foliolis* cuneiformibus s ovatis trifidis incis; *caulina* alterna vaginis petiolata biternata: *foliolis* angustis linearibus plerumque ternatis. *Umbellae* terminales, magnae, planae, multiradiatae, longe pedunculatae. *Involucrum* nullum. *Involucella* foliolis 6 - 8 brevibus, inaequalibus, setaceis. *Flosculi* omnes fertiles: *petalis* subaequalibus ex viridi - albis.

In hortis distinguuntur: *Petroselinum crispum* (*Kräuterpetersilie*) foliis *radicalibus* amplioribus crispis, *caulinis* ovato - multifidis, *radicibusque* exiguis. *P. latifolium* (*Breitblättrige Petersilie, Wurzelperersilie.*) foliis *radicalibus* latioribus planis, *radicibus* majoribus et magis carnosis.

153. AEGOPIDIUM, Giersch, Geißfuß.

1) *Ae. Podagraria* foliis summis ternatis, inferioribus triternatis, foliolis cordatis. *Gemeiner Giersch, Gerhardskraut, Zipperleinkraut,*

(*L.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1476. Ejusd. Enum. p. 322. Pers. syn. pl. I. p. 324. Hoffm. Germ. I. p. 146. Schkuhr. bot. Handb. t. 79.*)

Ligusticum Podagraria Roth. Germ. I. p. 124. II. p. 322. *De Vest. Man. bot. p. 508.*

Seseli Aegopodium Scopol. Carniol. I. p. 215.

Podagraria Aegopodium Moench. Method. p. 90.

Perenn. Flor. Majo - Augusto.

Hab. in umbrosis humidiusculis, in nemoribus, sylvis, pomariis, et ad rivorum ripas ubique frequens.

Radix albida, stolonifera, valde repens, difficillime extirpanda. *Caulis* 2-3-pedalis, erectus, striatus, angulosus, fistulosus, glaber, ramosus. *Folia* alterna, glabra, radicalia triternata et quinata: foliolis cordatis s. obovalibus inciso-dentatis petiolisque longis triangularibus canaliculatis, caulina ternata: foliolis ovato-lanceolatis inaequaliter serratis. *Vaginae* magnae, ventricosae, striatae, glabrae, margine membranaceae. *Umbellae* terminales, longe pedunculatae, magnae, multiradiatae. *Petala* albida, subaequalia. *Involucrum* et *involucella* nulla.

TRIGYNIA.

154. VIBURNUM, Schlingbaum.

1) *V. Lantana* foliis cordatis serratis venosis subtus tomentosis. *Wolliger Schlingb. Schwindelbeerbaum, Mehlbaum.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1489. Ejusd. Enum. p. 326. Pers. syn. pl. I. p. 327. Hoffm. Germ. I. p. 147.*)

p. 147. *Jacq. Austr. t. 341. De Vest. Man. bot. p. 506.*)

Frutex. Flor. Maj. Junio.

Hab. in sylvis, ad sepes, et in hortis ubique.

Frutex 4 - 6 - pedalis, erectus: ramis oppositis divergentibus teretibus vimineis. Cortex trunci et ramorum annosiorum cinereus, molliusculus, glaber, in ramis junioribus tomentosus. Lignum albidum, tenax, subolidum. Folia opposita, petiolata, ovata, obtusa, basi cordata, rugosa, argute denticulata, venosa, utrinque pubescentia, subtus pallidiora tomentosa. Petioli tomentosi, superne compressi. Cymae terminales, planae, multiflorae, densae, ramosissimae. Corollae regulares, albae. Baccae compressae monospermae, primo viridescentes, demum rubentes, maturae nigrae nitidae succulentae. Semen compressum, cordatum, sulcatum.

2) *V. Opulus* foliis trilobis acuminato - dentatis utrinque glabris, petiolis glandulosis. *Gemeiner Schlingb. Schwelkenbaum, Wasserhollunder.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1490. Ejustd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 527. Schkuhr. bot. Handb. t. 81. Knorr. thes. II. t. S. 6.*)

Opulus glandulosa Moench. Method. p. 505. G. M. Sch. Flor. der Wetter. I. p. 431.

Frutex. Flor. Maj. Junio.

Hab. in humidiusculis nemorosis, in sylvis et ad sepes ubique.

Frutex 5 - 10 - pedalis, erectus, ramosissimus: ramis oppositis teretibus. Cortex glaber, pallide ci-
ne-

nereus, in ramis junioribus fuscescens nitidus. *Lignum* flavescens, intus rubens, perdurum, tenax, odore nauseoso. *Folia* opposita, petiolata, subcordata, triloba, acuminata, serrata, venosa, glabra, subtus pallidiora. *Petioli* glabri, supra sulcati, superne glandulis 4 - 6 sessilibus, reniformibus, fuscescentibus aut rubicundis donati. *Cymae* terminales, pedunculatae, planae, radiantes. *Corollae exteriores* magnae, rotatae, planae, abortivae, niveae, *interiores* multo minores, campanulatae, flavicantes, fertiles. *Baccae* orbiculatae, succosae, rubrae. *Semen* unicum, compressum, subcordatum.

Varietas *cymis* perfecte globosis densis, et *floribus* omnibus rotatis planis sterilibus niveis in hortis nostris satis nota. (*Fiburn. roseum hortulan. Schneeballstrauch.*)

155. SAMBUCUS, Hollunder.

1) *S. Ebulus* cymis tripartitis, stipulis foliaceis, caule herbaceo. *Zwerg - Hollunder, Krautholl. At-tich.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1494. Ejusd. Enum. p. 328. Pers. syn. pl. I. p. 328. Hoffm. Germ. I. p. 147. De Vest. Man. bot. p. 527. Schkuhr, bot. Handb. t. 83. Herb. Blackw. t. 483.*)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvaticis, ad margines agrorum, ad ripas et sepes ubique.

Radix longa, teres, subcarnosa, alba, valde repens. *Caulis* 2 - 3 - pedalis, erectus, herbaceus, mollis, fragilis, teres, striato - sulcatus, crassus, glabriusculus, inferne simplex, superne ramosus: *ramis oppo-*
sitis

sitis erectis. *Folia* opposita, impari - pinnata, petiolata, *suprema* sessilia. *Foliola* ovato - lanceolata, serrata, basi saepe glandulosa, superne glabra atroviridia, inferne pubescentia pallidiora. *Stipulae* ad foliorum basin magnae, foliaceae, cordato - ovatae, acutae. *Cymae* terminales, majusculae, planae, tripartitae: *pedunculis* ramosissimis. *Corollae* primo incarnatae, apertae albae: *antheris* rubris, demum nigris. *Baccae* globosae, glabrae, nigrae, acidulo - amaricantes, ingratae.

2) *S. nigra* cymis quinquepartitis, foliis pinnatis: foliolis ovatis serratis, caule arboreo. *Schwarzer Hollunder*.

(*L. sp. pl.* ed *Willd* p. 1495. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers. syn. pl.* l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest Man. bot.* l. c. *Herb. Blackw.* t. 151. *Knorr. thes.* I. t. H.)

Arbor et frutex. Flor. Maj. Junio.

Hab. in dumetis, sepibus, ad pagos et in hortis ubicunque.

Frutex ad arboris magnitudinem saepe accedens, ramosissimus: *ramis* oppositis medulla levi farctis cinereis punctis elevatis obsessis, *junioribus* viridibus. *Lignum* valde durum, flavum s. albidum. *Folia* opposita, petiolata, impari - pinnata: *foliolis* 5 - 7 ovatis acuminatis serratis glabris. *Stipulae* ad basin petiolorum exiguae, subulatae, caducae. *Cymae* terminales, pedunculatae, planiusculae, magnae, plerumque 5 - fidae, ramosissimae. *Flores* suaveolentes, albi. *Baccae* globosae, nigrae, subdulces.

In hortis varietates *foliis* eleganter albo - variegatis *cymisque* minoribus, et aliae *baccis* maturis viridibus et albidis existunt.

3) *S. laciniata* cymis quinquepartitis, foliis pinnatis: foliolis laciniatis, caule arboreo. *Schlitzblättriger Hollunder*.

(*Miller. dict. n. 2. Rhez. Obs. 3. p. 30. obs. 6. p. 27.*)

S. nigra β. *Linn. et omnium fere authorum.*

Hab. in hortis et ad sepes raro.

Foliis bipinnatis, pinnis ternatis, foliolis lanceolatis incisissimis, quibus facillime dignoscitur, a praecedente diversissima.

Plantam cultam constantissimam semper observavi.

4) *S. racemosa* racemis compositis ovatis, caule arboreo. *Reiher Hollunder, Trauben - Hollunder.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1496. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c. Jacq. icon. rar. t. 59.*)

Frutex. Flor. Majo.

Hab. in nemorosis montosis. (Im Käferhölzchen prope Rottendorf, im versbacher Forst versus Rimpf, in nemore sic dicto Ranger prope Mühlhausen, im kitzinger Forst versus Schwarzach, im Krimmert prope Waldbrunn, in monte Reißenberg prope Sachsenheim alibique rarius. Copiose in omnibus fere sylvis rhoenans.)

Frutex altus, ad arboris magnitudinem saepe accedens, parum ramosus. Lignum perdurum, albidum. Folia opposita, petiolata, glauco - viridia, glabra, pinnata: foliolis ovato - lanceolatis acuminatis argute serratis venis plerumque rubellis percussis. Stipulae obtusae, crassae. Racemi terminales, pedunculati, compositi, densi, ovati s. subrotundi. Co-

rollae virentes, ad basin 5 - fidae: *laciniis* reflexis. *Baccae* subrotundae, splendentes, maturae elegantissime coccineae.

156. STAPHYLAEA, *Blasennußstrauch*.

1) *St. pinnata* foliis pinnatis, stylis binis. *Fiederblättriger Blasennußstr. Pimpernuß, Paternosterbaum, wilde Pistazie.*

(*L. sp. pl. ed Willd. I. p. 1497. Ejusd. Enum. p. 329. Pers. syn. pl. I. p. 338. Hoffm. Germ. I. p. 148. De Vest. Man. bot. p. 528. Schkuhr. bot. Handb. t. 84. Schmidt. Baumz. t. 80. Knorr. thes. II. t. S. I.*)

Staphyllodendron pinnatum Scopol. Carniol. I. p. 223. *Mönch. Method. p. 64.*

Frutex. Flor. Maj. Junio.

Hab. in sylvaticis, ad sepes. (Ad sepes hinc inde rarissime. In sylvaticis prope *Theres* sponte crescentem aliquoties observavit *Am Wolff.*)

Frutex 4 - 10 - pedalis, ramosus: *ramis* erectis. *Folia* longe petiolata, opposita, impari - pinnata: *foliolis* 5 - 7 ovato - lanceolatis acutis tenuissime serratis glabris laete viridibus pedicellatis: *impari* majori latiorique. *Stipulae* ad basin petiolorum membranaceae, obtusae, deciduae. *Racemi* longe pedunculati, terminales, penduli, laxi. *Bractee* setaceae, membranaceae. *Corollae* albae, apicibus rubellae, subrotundae, floribus *Convallariae majalis* similes, sed inodora. *Styli* plerumque 2, raro 3. *Capsulae* inflatae, membranaceae. *Semina* ossea, nitida, fusca, globosa.

157. ALSINE, *Vogelkraut*, *Miere*.

1) *A. media* caule unifariam piloso, petalis bipartitis, foliis ovato - cordatis. *Gemeines Vogelkraut*, *Vogelmiere*, *Hühnerdarm*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1511. Ejusd. Enum. p. 331. Pers. syn. pl. I. p. 330. Hoffm. Germ. I. p. 149. De Vest. Man. bot. p. 529. Schkuhr. bot. Handb. t. 85. Sturm. Deutschl. Flor. I. 1. Herb. Blackw. t. 164.*)

Stellaria media Smith. Britan. Vol. II. p. 473. Spreng. Flor. hal. p. 132.)

Ann. Flor. toto fere anno.

Hab. ad muros, ad vias, ad sepes et in cultis ubique frequens.

Caules plures, digitales, palmares, procumbentes, unifariam pilosi, succulenti, ramosi, dichotomi. *Folia* opposita, cordato - ovata, integerrima, villosiuscula: *petiolis* brevibus ciliatis basin versus latioribus. *Pedunculi* terminales et axillares, filiformes, solitarii, uniflori, erecti, deslorati penduli. *Flores* parvi: *petalis* albis bifidis calyci aequalibus. *Stamina* 5, saepe etiam 4 - 6 aut plura. *Capsulae* 5 - plerumque 6 - valves.

T E T R A G Y N I A.

158. PARNASSIA. *Parnassie*.

1) *P. palustris* caule simplici unifloro unifolio. *Sumpf - Parn. Weiße Leberblume*, *Einblatt*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1516. Ejusd. Enum. p. 332. Pers. syn. pl. I. p. 331. Hoffm. Germ. I.*

p. 149. *De Vest.* Man. bot. p. 530. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 86.)

Perenn. Flor. Julio — Septembri.

Hab. in pratis udis, paludosis, ad ripas et fossas. (In humidis graminosis sylvaticis im Oelgrund et prope *Wolfsminster* raro. Ad margines *sylvae Anspach* paludosos prope *Abb. Heidenfeld* et in den *Lacken* ibidem passim. In *turfosis* prope *Kleinlangheim, Waldberg* alibique.)

Caulis digitalis, palmaris et altior, erectus, simplicissimus, sulcatus, angulosus, glaber, uniflorus, infra medium *folio solitario* sessili amplexicauli praeditus. *Folia radicalia* plura in orbem digesta, longius petiolata, cordato - subrotunda aut magis ovata, integra, glabra, nervosa, laete viridia. *Flos* terminalis, solitarius, formosus, albus: *petalis* cordatis concavis venosis. *Nectaria* petalis breviora, subcarnosa, setis apice glandulas globosas luteo - virides splendentes gerentibus pulcherrime ornata.

P E N T A G Y N I A .

159. STATICE, *Grasnelke, Sandnelke.*

1) *St. Armeria* scapo simplici capitato, foliis linearibus. *Gemeine Grasn. Nägeleingras.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 1522. *Pers.* syn. pl. I. p. 332. *Hoffm.* Germ. I. p. 150. *De Vest.* Man. bot. p. 530. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 87. *Sturm* D. Flor. I. I.)

Armeria vulgaris Willd. Enum. p. 333.

Perenn. Flor. Julio — Septembri.

Hab.

Hab. in pratis, graminosis arenosis, et in collibus ubique.

Radix longa, sublignosa, fibrosa, repens. *Scapi* plures, palmares, pedales, erecti, simplicissimi, teretes, nudi, scabriusculi. *Folia* omnia radicalia, angusta, linearia, carinata, integra, scabriuscula, graminea, firma, glauco-viridia, in cespitem densum congesta. *Capitulum* terminale, solitarium, densum, multiflorum. *Bractea* tubulosa, membranacea, maxime caduca, involucri adnata. *Involucrum* polyphyllum: *foliis* scariosis imbricatis capitulo brevioribus. *Flores* subsessiles, rosei aut pallide rubelli. *Paleae* albae, splendentes inter flores.

160. LINUM, *Lein.*

1) *L. usitatissimum* calycibus capsulisque mucronatis, petalis crenatis, foliis alternis lanceolatis. *Gewöhnlichster Lein, Flachs.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1533. Ejusd. Enum. p. 338. Pers. syn. pl. I. p. 334. Hoffm. Germ. I. p. 150. De Vest. Man. bot. p. 532. Herb. Blackw. t. 160. Knorr. thesaur. II. t. L. 9.*)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. inter segetes passim. (Colitur in agris.)

Planta glaberrima, laete viridis. *Caulis* pedalis, sesquipedalis et altior, erectus, teres, inferne simplex, superne ramosus. *Folia* alterna, lanceolata, acuminata, integerrima, trinervia. *Flores* terminales, pedunculati, speciosi: *petalis* obovatis crenatis cyaneis. *Stamina* basi connata.

Distinquuntur: a) *L. humile* (*Niedriger Flachs, Springflachs, Klang - Lein*) *caulibus* demissioribus,

fo-

foliis, floribus et capsulis majoribus perfecte maturis sponte desilientibus. b) *L. sylvestre* (*Wilder Flachs, Dreschflachs, Dorschlein*) *caulibus multo altioribus, capsulisque nunquam sponte desilientibus.*

2) *L. tenuifolium* *calycibus acuminatis, foliis sparsis lineari - setaceis retrorsum scabris. Dümblättriger Lein.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1536. Pers. syn. pl. p. 335. Hoffm. Germ. p. 151. Jacq. Austr. t. 215. De Vest. Man. bot. p. 533.*)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in montosis siccis. (Prope Rimpar, Mühlhausen, Arnstein, Karlstadt, Veitshöchheim et Kleinochsenfurth. In siccis lapidosis prope Retzbach, Arnshausen et alibi raro.)

Caules plures palmares, pedales, erecti, rigidiusculi, subpubescentes, a basi jam ramosi. Folia sparsa, angustissima, fere setacea, acuminata, glaucoviridia, margine spinulis tenuissimis retrorsum scabra. Flores satis magni in panicula terminali bifida. Corollae speciosae coeruleae aut ex violaceo - rubellae, nonnunquam albae. Calycis foliola acutissima, glandulosa, spinuloso - ciliata. Stamina basi dilatata.

3) *L. catharticum* *foliis oppositis ovato - lanceolatis, petalis acutis, caule superne dichotomo. Purgier - Lein, Wiesenflachs.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1541. Pers. syn. pl. p. 336. Hoffm. Germ. p. 152. De Vest. Man. bot. p. 534. Schkuhr. bot. Handb. t. 87. Herb. Blackw. t. 358.*)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab.

Hab. in pratis et pascuis humidiusculis inque sylvaticis ubique.

Caulis digitalis, palmaris, erectus, basi quandoque procumbens, tenuis, filiformis, glaber, inferne simplex, superne dichotomus. *Folia* opposita, sessilia, ovato-lanceolata, integerrima glabra. *Flores* terminales, parvi, erecti, ante explicationem nutantes. *Petala* cuneiformia, calyce longiora, alba: *un-que* flavo.

Herba amara cathartica.

Varietatem *floribus* triandris trigynis, et *capsulis* quadrivalvibus pluries observavi.

161. DROSERA, *Sonnenthau.*

1) *D. rotundifolia* foliis orbiculatis. *Rundblättriger Sonnenth.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1543. Ejusd. Enum. p. 340. Pers. syn. pl. I. p. 336. Hoffm. Germ. I. p. 152. De Vest. Man. bot. p. 531. Schkuhr. bot. Handb. t. 87. Herb. Blackw. t. 432.*)

Rossolis rotundifolia Moench. *Meth. p. 57.*

Rossolis septentrionalis Scop. *Carn. I. p. 232.*

Ann. Flor. Majo — Julio.

Hab. in paludosis. (In paludosis prope *Wolfsmünster, Gëmünden, Gräfendorf, Erlach, Dettelbach, Schwarzenau, Hafsfurth* alibique. Copiose praeterea in uliginosis turfosis *Rhoenae.*)

Scapus digitalis, erectus, simplex, teres, glaber, fusco-rubellus, nudus. *Folia* supra radicem in orbem congesta, longe petiolata, orbiculata, integerrima, rubella, supra concava et pilis rubris capitatis

suc-

succum glutinosum secernentibus obsessa, subtus glabra, ex viridi - albo rubicunda. *Flores* pedicellati, alterni in racemum terminalem secundum simplicem dispositi. *Petala* obovata, alba. *Styli* saepissime 6, interdum 7 - 8.

c) *D. longifolia* foliis obovatis oblongis. *Langblättriger Sonnenth.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1544. Pers. syn. pl. p. 337. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c.*)

Rossol. septentr. β. Scopol. Carn. l. c.

Ann. Flor. Majo — Julio.

Hab. cum priori, sed multo rarius. (In paludosis prope *Haßfurth* et *Kleinlangheim* raro. Etiam in *sylva homburgensi* versus *Böttingen* specimina aliquot legi.)

Praecedenti nimis affinis. Sed differt praecipue *scapis* plerumque brevioribus, *foliis* obovatis oblongis, *stigmatibus* 2 - 3 - dentatis. *Styli* nunquam 6, saepissime 7 aut 8, rarius 9.

P O L Y G Y N I A.

162. MYOSURUS, *Mäuseschwanz*,

1) *M. minimus* foliis linearibus integerrimis. *Kleinster Mäuseschw. Mausgras*,

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 1568. Ejusd. Enum. p. 345. Pers. syn. pl. I. p. 341. Hoffm. Germ. I. p. 153. De Vest. Man. bot. p. 535. Schkuhr, bot. Handb. t. 88. Sturm. D. Flor. I. II.*)

Ann. Flor. Aprili — Junio.

Hab.

Hab. in agris et ad ripas arenosas. (In agris et ad ripas prope *Himmelsporten*, *Zell*, *Thüningersheim*, *Stetten*, *Eivelstadt*, *Frickenhaußen* et alibi saepe copiose.)

Scapi plures 1 - 2 - 3 - unciales, erecti, simplicissimi, teretes, nudi, glabri, superne paulo inerasati. *Folia* supra radicem numerosa in orbem congesta, erectiuscula vel ad terram decumbentia, linearia, compressa, obtusiuscula, integerrima, subcarnosa, glabra, laete viridia. *Flos* terminalis, solitarius, erectus, parvus. *Petala* pallide flava, superne laticra, fugacia. *Receptaculum* post florescentiam elongatum, cylindricum, seminibus undique tectum, caudae murinae simile. *Stamina* saepe 6, rarius 8
S. 12,

CLASSIS VI.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

163. GALANTHUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 547. De Neck. el. bot. n. 1498. Borkh. tent. n. 100.

Cor,

Cor. supera 6 - petala: *petalis* 3 interioribus brevioribus emarginatis nectariferis, *exterioribus* oblongis concavis. *Stigma* simplex.

164. LEVCOJUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 548. De Neck. el. bot. n. 1497. Borkh. tent. n. 99.

Cor. supera 6 - petala: *petalis* apice incrassatis, *Stigma* simplex. *Stam.* aequalia: *antheris* obtusis.

165. ALLIUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 557. De Neck. el. bot. n. 1513. Borkh. tent. n. 102.

Cor. infera 6 - petala patens. *Spatha* multiflora, *Umbella* congesta. *Caps.* supera.

166. LILIUM.

L. Gen. pl. ed. Schreb. n. 558. De Neck. el. bot. n. 1531. Borkh. tent. n. 112.

Cor. 6 - petala subcampanulata: *unquibus* linea tubulosa nectarifera. *Germen* oblongum 3 - gonum, *Caps.* 3 - valvis: *valvis* pilo cancellato connexis.

167. TULIPA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 563. De Neck. el. bot. n. 1532. Borkh. tent. n. 113.

Cor. 6 - petala campanulata, *Stylus* 0. *Stigma* 3 - lobum germini 3 - gono impositum. *Semina* plana.

168. ORNITHOGALUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 566. De Neck. el. bot. n. 1536. Borkh. tent. n. 105.

Cor.

Cor. 6 - petala erecta persistens supra medium patens. *Filamenta* basi dilatata. *Stylus* brevis: *stigmatate* 3 - lobo. *Caps.* supera 3 - locularis 3 - gona. *Sem.* subrotunda nuda.

169. SCILLA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 567. De Neck. el. b. n. 1534. Borkh. tent. n. 107.

Cor. 6 - petala patens decidua. *Filamenta* subaequalia filiformia. *Stigma* simplex.

170. ANTHERICUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 570. De Neck. el. bot. n. 1537. Borkh. tent. n. 104. Persoon. Synops. plant. I. p. 367.

Cor. 6 - petala plana subpersistens. *Filamenta* filiformia nuda. *Caps.* supera ovata. *Sem.* angulata.

171. ASPARAGUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 573. De Neck. el. b. n. 1560. Borkh. tent. n. 442.

Cal. 0. *Cor.* 6 - partita campanulata: *laciniis* 3 interioribus apice reflexis. *Stylus* brevissimus. *Stigmata* 3. *Bacca* supera globosa 3 - locularis.

172. CONVALLARIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 575. De Neck. el. b. n. 1550. Borkh. tent. n. 441.

Cal. 0. *Cor.* 1 - petala campanulata: *limbo* reflexo 6 - fido. *Stigma* 3 - gonum. *Bacca* supera 3 - locularis immatura maculata.

173. HYACINTHUS.

Tournef. Elem. de Botaniq. Genr. 4. I. p. 287, t. 180. Moench. Meth. p. 653. (Muscari.) Borkh. tent. n. 427.

Spatha o. Cor. cylindrica aut globosa: limbo coarctato 6 - dentato. Stigma simplex. Caps. supera ovato - trigona.

174. ACORUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 586. De Neck. el. b. n. 1690. Borkh. tent. n. 264.

Spadix simplicissimus cylindricus flosculis undique tectus. Cal. o. Cor. planiuscula: petalis 6 inflexis. Stylus o. Stigma punctum prominens. Caps. brevis trigona 3 - locularis.

175. JUNCUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 590. De Neck. el. bot. n. 1558. Borkh. tent. n. 96.

Cal. o. Petala 6 persistentia. Stigmata 3. Caps. 3 - locularis 3 - valvis 1 - sperma: valvulis medio septiferis. Sem. dissepimento affixa,

176. BERBERIS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 595. De Neck. el. bot. n. 1178. Borkh. tent. n. 136.

Cal. 6 - phyllus superus deciduus. Petala 6: ad basin glandulis 2 nectariferis. Stylus o. Bacca oblonga supera 2 - sperma.

177. PEPLIS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 605. De Neck. el. bot. n. 772. Borkh. tent. n. 632.

Cal. campanulatus: *ore* 12 - fido, *denticulis* alternis reflexis. *Petala* 6 minima fugacissima calyci inserta. *Caps.* supera 2 - locularis polysperma.

TRIGYNIA.

178. RUMEX.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 613. De Neck. el. bot. n. 947. Borkh. tent. n. 51.

Cal. 3 - phyllus. *Petala* 3 conniventia persistentia. *Stigmata* laciniata. *Sem.* 1 triquetrum nudum superum.

179. TRIGLOCHIN.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 616. De Neck. el. bot. n. 1557. Borkh. tent. n. 424.

Cal. 3 - phyllus deciduus. *Petala* 3 calyci similia, erectiora. *Styli* 0. *Caps.* supera basi dehiscens. *Sem.* solitaria.

180. COLCHICUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 621. De Neck. el. bot. n. 1542. Borkh. tent. n. 440.

Cal. spatha. *Cor.* 6 - partita: *tubo* longissimo radicato. *Stigmata* canaliculata. *Caps.* 3 superae connexae inflatae polyspermae.

P O L Y G Y N I A.

181. ALISMA.

L. Gen. pl. ed. Schreb. n. 625. De Neck. el. bot. n. 1110. Borkh. tent. n. 121.

Cal. 3 - phyllus persistens. Cor. 3 - petala plana. Capsulae plures aggregatae 1 - spermae compressae receptaculo communi affixae.

C L A S S I S VI.

H E X A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

163. GALANTHUS, *Schneeglöckchen.*

1) *G. nivalis* foliis binis carinatis, scapo unifloro. *Gemeines Schneegl. Schneetropfen.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 29. Ejusd. Enum. p. 349. Pers. syn. pl. I. p. 349. Hoffm. Germ. I. p. 153. Jacq. Austr. t. 330. Schkuhr. bot. Handb. t. 89. Knorr. Thes. I. t. S. 15. De Vest. Man. bot. p. 546.*)

Perenn. Flor. Februar. Martio.

Hab.

Hab. in umbrosis. (Ad sepes hortorum extra urbem hinc inde. Inter *Aub* et *Gelchsheim* ad sepes aliquoties etiam legi.)

Bulbi ovati, parvi, extus nigricantes, intus albi, aggregati. *Folia* 2 aut 3 angusta, carinata, linearia, obtusa, apicibus callosa, glaberrima. *Scapus* digitalis, erectus, debilis, anceps, nudus, striatus, uniflorus, post florescentiam decumbens. *Flos* terminalis, pedunculatus, campanulatus, nutans, niveus, inodorus. *Petala* 3 exteriora oblonga concava patentia majora, 3 interiora (*Nectaria*) breviora erecta emarginata striata supra medium macula cordiformi viridi. *Spatha* linearis, compressa, apice saepe bifida.

164. LEVCOJUM, *Knotenblume.*

1) *L. vernum* spatha uniflora, stylo clavato. *Frühe Knotenbl. Märzglöckchen.*

(*Ľ. sp. pl. ed. Willd. II. p. 30. Ejusd. Enum. p. 349. Pers. syn. pl. I. p. 349. Hoffm. Germ. I. p. 154. Jacq. Austr. t. 312. Schkuhr. bot. Handb. t. 89. De Vest. Man. bot. p. 846. Knorr. Thesaur. I. t. S. 15.*)

Nivaria verna Moench. Method. p. 279.

Perenn. Flor. Februario — Aprili.

Hab. in umbrosis, montosis sylvaticis. (In sylvaticis prope *Triefenstein* et in umbrosis sylvaticis prope dem *Zabelstein*. In nemorosis des *münnerstadter Berges* prope *Bocklet*, et prope der *Cascade* apud *Kissingen*. In sylvaticis montosis prope *Bischofsheim* alibique.)

Bulbus subrotundus albus, extus fuscescens. *Scapus* digitalis, spithameus, erectus, simplicissimus, teretiusculus, nudus, glaber, uniflorus. *Folia* plura, plana, lanceolata, glabra, obtusa. *Proster* terminalis, pedunculatus, nutans. *Petala* subaequalia, nivea, apice obtusa incrassata viridescencia. *Spatha* carinata, 2 - valvis. *Antherae* filamentis longiores.

Variat rarissime *scapo* bifloro.

165. ALLIUM, *Lauch*.

Foliis caulinis planis. Umbella capsulifera.

1) *A. rotundum* caule planifolio umbellifero, staminibus tricuspидatis, umbellis subglobosis, floribus lateralibus nutantibus. *Runder Lauch, kugelförmiger Lauch.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 65. *Pers.* syn. pl. I. p. 355. *Hoffm.* Germ. I. p. 155. *De Vest.* Man. bot. p. 548.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in arenosis, in vineis. (In vineis auf dem *Galgenberge*, des *Steins*, im *Fuchslein*, porro prope *Unterdürrbach*, *Zell*, *Höchberg* alibique. In arvis infra *Thüingersheim*. In arenosis raro prope der *Wallfartskirche* apud *Dettelbach*, ad margines sylvae prope *Timbach* versus *Rimpach*.)

Radix bulbulis plurimis rotundis atropurpureis membrana alba invicem conjunctis. *Scapus* 1 - 2 - 3 - pedalis, erectus, teres, glaber, inferne foliosus, superne nudus. *Folia* alterna, plana, acuminata, graminea, basi vaginantia. *Umbella* terminalis, densa, subsphaerica: *floribus* pedunculatis purpureis. *Pedun-*

dunculi inaequales, medii erecti, laterales nutantes. *Spatha* brevissima. lacera.

2) *A. Porrum* caule planifolio umbellifero, staminibus tricuspидatis, radice tunicata. *Fleisch-Lauch*, *Porre*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 64. Ejusd. Enum. p. 357. Pers. syn. pl. l. c. Herb. Blackw. t. 421.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in vineis Helvetiae. (Colitur in hortis culinariis ubique.)

Bulbus oblongus, simplex, tunicatus. *Scapus* erectus, teres, glaber, inferne foliosus. *Folia* alterna, longa lataque, carinata, basi vaginata. *Capitulum* terminale, densum: *floribus* albidis. *Petala* carina scabra.

Foliis caulinis planis. Umbella bulbifera.

3) *A. sativum* caule planifolio bulbifero, bulbo composito, staminibus tricuspидatis. *Knoblauch*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 68. Ejusd. Enum. p. 358. Pers. syn. pl. p. 456.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in Sicilia. (Colitur cum praecedente.)

Bulbus subrotundus membrana albida sicca vestitus, compositus e *bulbulis* plurimis incurvis. *Scapus* altus, erectus, teres, inferne foliosus. *Folia* lata, plana, acuminata, basi vaginantia. *Umbella terminalis*, plana: *floribus* albidis s. purpurascensibus et *bulbulis* multis atro - rubentibus.

4) *A. scorodoprasmus* caule planifolio bulbifero, foliis crenulatis, vaginis ancipitibus, staminibus tricuspидatis. *Schlangentauch*, *Rockenbollen*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 69. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. p. 456. Hoffm. Germ. I. p. 155. De Vest. Man. bot. p. 548.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in pratis, in vineis. (Nullibi, nisi in vineis der Harfe specimina 2 legi. Colitur in hortis culinariis.)

Bulbus prioris, sed sapor et odor mitiores. *Scapus* erectus, teres, glaber, ante florescentiam sub umbella flexus contortus cernuus. *Folia* plana, lata, crenulata: *vaginis* compressis. *Umbella* terminalis, capitata: *floribus* rubris inaequaliter pedicellatis, et *bulbulis* multis atro - sanguineis.

5) *A. arenarium* caule planifolio bulbifero, vaginis teretibus, spatha mutica, staminibus tricuspideis, petalis carina scabriusculis. *Sand - Lauch.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 549.*)

Perenn. Flor. Junio.

Hab. in montosis arenosis, in dumetis et vineis. (In monte dürrbaccensi, auf dem Schloßberge, ad sylvam kistensem et hoechbergensem passim. In vineis prope Randersacker, Eivelstadt alibique.)

Bulbus compositus, ovatus, fuscus, *bulbulis* pluribus parvis purpureis circumdatus. *Scapus* 2 - 3 - pedalis, erectus, teres, glaber, inferne foliatus. *Folia* linearia, plana, marginibus scabriuscula, ciliata. *Vaginae* longae, teretes. *Spatha* monophylla, brevis, decidua. *Capitulum* terminale, subrotundum, densum: *bulbulis* numerosis fuscis aut atro - purpureis.

reis. *Pedunculi* breves, incurvati. *Flores* pauci, purpureo - violacei: *petalis* lanceolatis acutis.

6) *A. carinatum* caule planifolio bulbifero, staminibus simplicibus, spatha longissima acuminato - setacea. *Berg - Lauch, Wald - Lauch.*

(*L. sp. pl. ed. Willd p. 70. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. p. 156. De Vest. Man. bot. l. c.*)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in montosis dumetosis, in sylvis. (In monte zellensi, in dumetosis circa Dürrbach, Rimpf, Fersbach et Mühlhausen rarius. Hinc inde in sylva vitihoechheimensi, et im oberen Gesprait versus Proselheim.)

Bulbus simplex, ovatus, carnosus, albidus, inodorus. *Scapus* sesquipedalis, 2 - 3 - nonnunquam solo pinquiori 4 - pedalis, erectus, teres, glaber, ad medium usque foliatus. *Folia* pauca, alterna, succulenta, linearia, inferne canaliculato - semiteretia, superne plana, angusta. *Vaginae* praelongae. *Spatha* longissima, biphylla: *foliolis* inaequalibus acuminato - setaceis sub florescentia pendulis. *Capitulum* terminale, subrotundum. *Flores* pauci, e viridi purpurascens: *pedunculis* longis pendulis. *Bulbuli* copiosi, acuminati, curvi, nitidi, fuscii s. albidi, ante florescentiam jam generati. *Stamina* simplicia, subulata, basi subconnata.

Foliis caulinis teretibus. Umbella capsulifera.

7) *A. sphaerocephalon* caule teretifolio capsulifero, foliis semiteretibus, staminibus tricuspидatis corolla longioribus. *Kugelförmiger Lauch.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 70. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c.*)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in montosis siccis, in agris inque vineis. (Ad muros et in vineis im *Stein*, prope *Thüngersheim*, *Retzbach*, *Wipfeld*, *Frickenhaußen* et alibi. In agris prope *Neunkirchen*, *Tiefenthal* et *Hottingen*. In montosis versus *der Hüllburg* et prope *der Vogelsburg* apud *Volkach* alibique.)

Bulbus simplex aut duplex. *Scapus* sesquipedalis, 2 - pedalis et altior, erectus, teres, glaber, foliosus. *Folia* pauca, alterna, semiteretia, acuminata, glabra, intus cava, mox marcescentia. *Spatha* brevis, 2 - valvis. *Capitulum* sphaericum: *capsulis* multis triquetris pyramidatis. *Flores* pauci, purpurei: *exteriores* longius pedunculati penduli, *interiores* brevius pedunculati erecti. *Stamina* tricuspidata, petalis longiora.

Foliis caulinis teretibus. Umbella bulbifera.

8) *A. vineale* caule teretifolio bulbifero, staminibus tricuspidatis. *Weinbergs - Lauch*, *Hundslauch*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 73. Ejusd. Enum. p. 359. Pers. syn. pl. p. 456. Hoffm. Germ. p. 156. De Vest. Man. bot. p. 550.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in vineis et agris arenosis. (In vineis *des Steins*, *der Harfe*, im *Sand* et *oberen Grombühl*. In agris arenosis saxosis inter *Retzbach* et *Thüngen*, prope *Versbach*, *Rimpar*, *Schlüsselfeld*, *Seflach* alibique rarius.)

Bul-

Bulbus ovatus, albidus e *bulbulis* numerosis variae magnitudinis compositus. *Scapus* pedalis, sesquipedalis, erectus, gracilis, teres, striatus, glaberrimus. *Folia* alterna, teretia, acuminata, fistulosa, glabra, vaginantia. *Spatha* longa, lacera, monophylla. *Capitulum* sphaericum, densum, parvum: *bulbulis* numerosis ovatis mucronatis. *Flores* pauci, parvi, violacei, albi, s. carnei; *pedunculis* brevibus capillaribus. *Stamina* exserta, tricuspidato - biseta: *setis* antheram superantibus.

9) *A. oleraceum* caule teretifolio bulbifero, foliis semiteretibus scabris subtus sulcatis, staminibus simplicibus. *Grüner - Lauch*, *Gemüßlauch*.

(*L.* sp. pl. ed *Willd.* p. 74. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 357. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. bot. l. c.)

Perenn. *Flor.* Jul. Augusto.

Hab. in pratis, pomariis, dumetis, vineis et ad sepes. (In pratis, pomariis et ad sepes prope urbem hinc inde frequens. In vineis prope *dem Sanderthore*, ad viam versus *Eivelstadt* inque vineis ibidem. Ad margines sylvarum *Veitshöchheim*, *Waldbüttelbronn* et alibi.)

Bulbus simplex, ovatus, acuminatus, extus subfuscus, intus albidus. *Scapus* pedalis, sesquipedalis, erectus, gracilis, teres. *Folia* alterna, semiteretia, scabriuscula, fistulosa, subtus sulcata. *Spatha* longa, ventricosa, inaequalis: *foliolo* altero longissimo in apicem tenuissimam elongato. *Capitulum* terminale, subrotundum, bulbiferum, pauciflorum. *Flores* campanulati, ex albo et viridi purpurascens, longe pedunculati. *Stamina* simplicia, subulata, basi connata.

Foliis radicalibus. Scapo nudo.

10) *A. angulosum* scapo nudo ancipiti, foliis linearibus canaliculatis subius subangulatis, umbella fastigiata. *Eckiger L. Wiesenlauch.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 76. Ejusd. Enum. p. 361. Pers. syn. pl. p. 337. Hoffm. Germ. p. 156. Jacq. Austr. Vol. 5. p. 11. t. 423. De Vest. Man. bot. p. 550.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in montosis. (In monte prope *Retzbach* versus der neuen Anlage. In monte *Kalbenstein* prope *Karlenburg* et in montosis atque supra vineas inter *Veitshöchheim* et *Thüngersheim* alibique passim.)

Bulbus oblongus, valde fibrosus, aetate lignescens. *Scapus* palmaris et pedalis, erectus, nudus, glaber, striatus, anceps vel subtetragonus, laete viridis. *Folia* linearia, integra, glabra, triquetra, canaliculata, obtusa, scapo breviora, subtus subangulosa, interdum laevia. *Spatha* 1 - phylla, cinerea, brevis, obtusissima, plerumque 2 - fida. *Umbella* terminalis; laxa, multiflora, fastigiata: *pedunculis* numerosis rectis strictis superne incrassatis. *Petala* dilute purpurea, lateribus conniventia: *interiora* apice patentia. *Stamina* simplicia corolla vix parum longiora.

11) *A. ascalonicum* scapo tereti nudo, foliis subulatis, umbella globosa, staminibus tricuspidatis. *Aeclonischer Lauch, Scharlottenzwiebel.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 75. Ejusd. Enum. p. 360. Pers. syn. pl. l. c.*)

Perenn. Flor. aestate.

Hab. in Palaestina. (Colitur in hortis.)

Bul-

Bulbus parvus, simplex, oblongus. *Scapus* spithamaeus et altior, erectus, teres, nudus. *Folia* subulata, fistulosa. *Spatha* membranacea. *Capitulum* terminale, globosum, densum. *Petala* ovato-lanceolata, erecta, coerulea, venis saturatoribus picta. *Stamina* alterna latissima.

Statura *Allii schoenoprasi*.

12) *A. ursinum* scapo nudo triquetro, foliis ovato-lanceolatis petiolatis, umbella fastigiata. *Bärenlauch*, *Walaknoblauch*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 79. Ejusd. Enum. p. 361. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 551.*)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in nemorosis umbrosis humidiusculis ubique frequens.

Bulbus simplex, oblongo-rotundus, albus. *Scapus* palmaris, pedalis, erectus, triangulus, glaber, nudus. *Folia* petiolata, subbina, lata, ovato-lanceolata, utrinque attenuata, integerrima glaberrimaque, laete viridia, laxa. *Spatha* brevis, ovata, 2-valvis. *Umbella* terminalis, planiuscula, multiflora: *pedunculis* erectis longitudine aequalibus. *Petala* lanceolata, plana, nivea: *exteriora* gibba. *Stamina* simplicia, corolla breviora.

13) *A. Cepa* scapo nudo inferne ventricoso foliis teretibus longiore. *Küchen-Lauch*, *gemeine Zwiebel*, *Sommerzwiebel*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 80. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c.*)

Perenn. Flor. aestate.

Patria adhuc ignota. (Colitur in hortis culinariis abunde.)

Bulbus magnus, simplex, tunicatus, membrana flavescente s. alba obductus, oblongus s. magis rotundus, plus minusve compressus. *Scapus* altus, erectus, fistulosus, teres, glaber, inferne ventricosus, superne sensim attenuatus. *Folia* teretia, fistulosa, acuminata, scapo breviora. *Umbella* magna, globosa, densa, multiflora, ante florescentiam spatha albida, pellucida obducta.

In hortis nostris plures ejus Varietates exstant.

14) *A. fistulosum* scapo nudo adaequante folia teretia subulata ventricosa. *Rohriger Lauch*, *Winterzwiebel*.

(*L. sp. pl. ed. Willd.* p. 81. *Ejusd. Enum.* l. c. *Pers. syn. pl.* p. 358.)

Cepa ventricosa Moench. *Method.* p. 244.

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in Sibiria? (Colitur cum praecedente.)

Bulbus simplex, tunicatus. *Scapus* pedalis, sesquipedalis, erectus, fistulosus, ventricosus, inferne foliatus. *Folia* teretia, acuminata, fistulosa, scapo plerumque breviora. *Umbella* globosa, densa, multiflora, *spatha* albida, pellucida primo inclusa. *Petalata* alba: *carina* viridi.

15) *A. Schoenoprasum* scapo nudo tereti adaequante folia teretia subulato-filiformia. *Suppen-Lauch*, *Schnittlauch*.

(*L. sp. pl. ed. Willd.* l. c. *Ejusd. Enum.* p. 162. *Pers. syn. pl.* l. c. *Hoffm. Germ.* p. 157. *De Vest. Man. bot.* p. 551. *Schkuhr. bot. Handb.* t. 91.)

Cepa schoenoprasa Moench. Method. p. 244.

Perenn. Flor. Majo — Septembri.

Hab. in Sibiria, Oelandia, Heivetia, inque variis Germaniae regionibus. (In hortis nostris colitur abunde.)

Bulbi exigui, simplices, oblongi, dense conferti. Scapus palmaris, erectus, gracilis, fistulosus, nudus, folia adaequans. Folia erecto-patentia, basi vaginantia, teretia, subulata, tenuia, fistulosa. Spatha brevis, ovata, monophylla, lineis purpureis notata. Umbella terminalis, globosa, densa, multiflora. Petala violacea s. purpurea. Stamina simplicia, subulata.

166. LILIUM, Lillie.

1) *L. Martagon* foliis verticillatis, floribus reflexis: petalis revolutis. *Bundlilie*, *türkischer Bund*, *Goldwurz*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 88. Ejusd. Enum. p. 363. Pers. syn. pl. I. p. 359. Hoffm. Germ. I. p. 157. Jacq. Austr. t. 351. De Vest. Man. bot. p. 556. Knorr. Thesaur. I. tab. T. 6.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in montosis, nemorosis. (In *sylva viti-hoechheimensi*, im *Huck* prope *Wipfeld*, in *sylva waldbronnensi* alibique non adeo infrequens. Rarius in nemorosis inter *Randersacker* et *Theilheim*. In monte *crucis* passim frequens et alibi.)

Bulbus magnus, simplex, squamis multis luteis laxè imbricatis. Scapus sesquipedalis, 2-pedalis et altior, erectus, teretiusculus, nonnunquam planiusculus,

culus, simplex, scabriusculus, punctatus, foliosus. *Folia* sessilia, patentia, late lanceolata, inaequali - longa, integra, glabra, laete viridia, quaterna aut sena verticillata: *suprema* alterna. *Racemus* terminalis, brevis, laxis. *Flores* longe pedunculati, antrorsum nutantes. *Petala* supra medium revoluta, ex fusco purpurascencia punctis asperis obscurioribus notata, raro alba. *Germen* acute hexagonum, clavatum.

167. TULIPA, Tulpe.

1) *T. sylvestris* flore solitario subnutante, staminibus basi hirtutis, foliis lanceolatis. *Wilde Tulpe*, *Wiesentulipane*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. II p. 96. Ejusd. Enum. p. 365. Pers. syn. pl. I. p. 360. Hoffm. Germ. I. p. 158. De Vest. Man. bot. p. 561. Schkuhr. bot. Handb. t. 93*)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in nemorosis, ad sepes, in vineis, pratis et pomariis passim frequens.

Bulbus ovatus, solidus, albus, membrana libera fusca vestitus. *Scapus* palmaris, pedalis, erectus vel parum inclinatus, simplex, teres, glaber, uniflorus, supra medium nudus. *Folia* 2 - 3 sessilia, alterna, lato - lanceolata, erecta, integra, glabra, basi tubuloso - vaginantia. *Flos* terminalis, subnutans, odoratus, flavus, extus ex luteo - virens. *Petala* lanceolata, acuta, apice barbata: *exteriora* 3 angustiora, *interiora* latiora, basi et margine hirsuta. *Filamenta* basi attenuata atque villosa.

168. ORNITHOGALUM, *Vogelmilch*.

1) *O. luteum* scapo anguloso diphylo, pedunculis umbellatis simplicibus glabris, petalis obtusis. *Gelbe Vogelm.* *Gelber Stern*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 113. Ejusd. Enum. p. 367. Pers. syn. pl. I. p. 363. Hoffm. Germ. I. p. 159. Sturm. D. Flor. I. 12. De Vest. Man. bot. p. 560.*)

Stellaris lutea Moench. Meth. p. 303.

Perenn. Fior. April. Majo.

Hab. in vineis, pratis, pomariis, collibus graminosis et ad sepes.

Radix parva, bulbosa, subrotunda, albida, carnossa, viscosa *folium* plerumque unicum, (rarius 2) lineare, canaliculatum, gramineum, glabrum, integrum proferens. *Scapus* 4 - 6 - 8 - uncialis, erectus, angulosus, nudus, simplex, apicem versus *foliis* 2 oppositis, inaequalibus, ciliatis, floribus brevioribus. *Pedunculi* terminales, graciles, simplices, uniflori, triquetri, umbellati. *Petala* lanceolata, obtusa, flava, extus viridi lineata, margine albida. *Pistillum* et germen glabrum.

2) *O. minimum* scapo anguloso diphylo, pedunculis umbellatis ramosis pubescentibus, petalis acutis. *Kleinste Vogelm.* *Kleiner Ackerstern*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 114. Pers. syn. pl. I. c. Hoffm. Germ. I. c. De Vest. Man. bot. I. c. Sturm. D. Flor. I. 12.*)

O. villosum Marsch. a Bieberst. Taur. caucas. p. 274. Willd. Enum. p. 368.

Stellaris minima Moench. Method. l. c.

Perenn. Flor. April. Majo.

Hab. in agris, pascuis, hortis inque vineis et ad sepes.

Simillimum praecedenti, a quo *scapis, corollis et foliis* minoribus, *pedunculis* ramosis teretiusculis pubescentibus s. magis villosis, *pistillis germinibusque* plus minusve hirsutis constanter differt. *Petala* praeterea lanceolata acuta extus subhirsuta, *scapus et pedunculi* utplurimum rubelli sunt.

3) *O. umbellatum* pedunculis corymbosis scapo tereti longioribus, filamentis subulato - dilatatis. *Geschirmte Vogeln. weißer Stern.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 116. Eju.d. Enum. l. c. Pers. syn. pl. p. 364. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man bot. l. c. Jacq. Austr. t. 343. Schkuhr. bot. Handb. t. 94.*)

Stellaris corymbosa Mönch. Meth. p. 304.

Perenn. Flor. Aprili — Junio.

Hab. in vineis, in hortis, ad sepes. (In vineis des Steins, der Harse und des Schalksberges. In vineis im oberen Crombühl, im Sand, prope Randersacker, Gerbrunn, Karlstadt et Arnstein. Ad sepes infra Veitshöchheim versus Thüingersheim, Retzbach alibique haud infrequens.)

Bulbus mediocris, subrotundus, albus, minoribus pluribus circumdatus. *Scapus* palmaris, erectus, teres, glaber, simplex, nudus. *Folia* in orbem digesta, linearia, obtusa, apice emarcida, canaliculata, integra, striata, glabra, crassiuscula, linea alba longitudinali notata. *Pedunculi* terminales, alterni, te-
re-

retes, glabri, uniflori, corymbosi: *interiores* breviores, *exteriores* longiores, scapum adaequantes, aut eum superantes. *Bractea* ad quemvis pedunculum lanceolata, albida. *Petala* lanceolata, patentia, cuncta, nitida, subtus viridula. *Filamenta* basi dilatata, apice subulata, alterna breviora et angustiora.

Post florescentiam *pedunculi* maxime elongati, saepe pedales et longiores.

4) *O. nutans* floribus secundis pendulis, nectario stamineo campaniformi. *Ueberhängende Vogel-milch, wilde Hyazinthe.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 125. Ejusd. Enum. p. 369. Pers. syn. pl. p. 365. Hoffm. Germ. l. c. Jacq. Austr. t. 301. De Vest. Man. bot. p. 561.*)

Perenn. Flor. Aprili — Junio.

Hab. in hortis, vineis, pratis et pomariis. (In pratis vor dem neuen Thore, prope Ochsenfurth et Theilheim. In vineis der Leiste, et im unteren Grombühl copiose.)

Balbus magnus, subovatus, albus, membrana tenerrima lutescente vestitus. *Scapus* pedalis et altior, erectus, terram profunde penetrans, crassus, teres, nudus, succulentus, laete viridis, inferne sensim attenuatus et albidus. *Folia* scapo breviora, linearia, obtusa, canaliculata, succulenta, laete viridia, striata, infirmia, terrae plerumque incumbentia. *Racemus* terminalis, laxus, secundus. *Pedunculi* alterni, simplices, uniflori, basi bractea lanceolata membranacea fusca pedunculo longiore suffulti, primo erecti, dein penduli. *Flores* magni, patentissimi. *Petala* oblonga, alba, subtus viridescencia, margine albida. *Stamina* alterna breviora et angustiora, dilata-

tata,

tata, apice 3 - dentata, in *campanam* quasi conniventia.

169. SCILLA, Meerzwiebel.

1) *Sc. bifolia* foliis lanceolatis binis, floribus racemosis erectiusculis ebracteatis. *Zweiblättrige Meerzw. deutscher Hyazinth.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 128. *EjUSD.* Enum. p. 370. *Pers.* syn. pl. I. p. 366. *Hoffm.* Germ. I. p. 160. *De Vest.* Man. bot. p. 558. *Jacquin.* Austr. t. 117)

Anthericum bifolium Scopol. Carniol. I. p. 247.

Stellaris bifolia Moench. Meth. p. 304.

Perenn. Flor. Martio — Majo.

Hab. in sylvis. (In sylvis prope Zell, Höchberg, Kist, Veitshöchheim, Fahr, in sylvâ guttenbergensi et alibi abunde.)

Bulbus subovatus, ex flavicante albidus *folia* plerumque 2, nonnunquam 3 (rarius unicum) lanceolata, obtusa, canaliculata, saturate viridia, glabra, integra, succulenta, scapo breviora proferens. *Scapus* digitalis, erectus, teres, glaber, nudus, *foliis* inferne vaginatus. *Racemus* terminalis, simplex, laxus. *Pedunculi* pauci (2 - 6 - 7) erectiusculi, uniflori, bractea fugaci minima coerulescente suffulti. *Petala* patentissima, alterna angustiora, amoene coerulea, rarissime carnea aut alba. *Filamenta* aequalia, compressa, subulata, inferne albida, superne coerulea: *antheris* saturate coeruleis. *Stylus* trisulcatus cum germine coerulescens.

170. ANTHERICUM, Zaunblume, Graslilie.

1) *A. ramosum* scapo ramoso, pistillo recto.
Aestige Zaunbl. Erdspinnenkraut.

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 138. Ejusd. Enum. p. 371. Hoffm. Germ. I. 160. Schkuhr. bot. Handb. t. 95. De Vest. Man. bot. p. 558. Jacquin. Austr. t. 161.*)

Phalangium ramosum Pers. syn. pl. I. p. 368. Moench. Meth. p. 302.

Perenn. Flor. Mayo - Augusto.

Hab. in nemorosis, montosis, saxosis. (Circa dem weitschöchheimer et gramtschatzer Wald hind inde. In collibus saxosis prope der Waldskugel. Ad montes Kalmut, Schwammberg et Kalbenstein. Prope Aub versus Rachelssperg. Prope Kissingen alibique frequens.)

Radix subrotunda, nodosa, fere bulbosa, parum divisa: *fibris* multis longis crassiusculis teretibus albidis. *Scapus* 2 - 3 - pedalis, erectus, nudus, teres, glaber, striatus, superne ramosus: *ramis* divaricatis. *Folia* radicalia in orbem congesta, linearia, acuminata, integerrima, glabra, inferne carinata, superne plana, scapo multo breviora. *Flores* pedunculati, copiosi, erecti, in racemos laxos dispositi. *Petala* patentissima, nivea, nitida, alterna angustiora.

2) *A. Liliago* scapo simplici, pistillo declinato.
Lilienartige Zaunbl. einfaches Erdspinnenkraut.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 141. Ejusd. Enum. l. c. Hoffm. Germ. p. 161. De Vest. Man. bot. p. 559. Jacq. hort. vindob. t. 83.*)

Phalang. Liliago Pers. syn. pl. I. p. 369. *Moench. Method.* l. c.

Perenn. Flor. cum priori.

Hab. in montosis, sterilibus, dumetosis. (Ad montem *Kalmut*, auf dem *Kalbenstein*, prope der *Karlsburg*, in monte *Hohwann* apud *Häßfurth*, et in pinetis lapidosis prope *Nüdlingen* et *Arushaußen* perraro.)

A praecedente differt: *scapo* demissiore plerumque simplici raro parum ramoso, *corollis* duplo fere majoribus speciosioribus, et *pistillo* magis incurvato.

171. ASPARAGUS, *Spargel*.

1) *A. officinalis* foliis setaceis mollibus, pedunculis in medio articulatis. *Gemeiner Sparg.*

(*L. sp. pl. ed. Willd.* II. p. 150. *EjUSD.* Enum. p. 373. *Pers.* syn. pl. I. p. 370. *Heffm.* Germ. I. p. 162. *De Vest.* Man. bot. p. 562. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 96. *Herb. Blackw.* t. 332. *Knorr.* thesaur. tab. S. 22.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in arenosis, ad ripas Moeni inque vineis copiose. (Colitur praeterea in hortis ubique.)

Planta tota glabra, ramosissima. *Radix* repens. *Caulis* 2 - 3 pedalis, erectus, herbaceus, strictus, superne angulosus, inferne magis teres. *Folia* filiformi - setacea, mucronata, inaequalia, mollia, fasciculata. *Stipula* sub quovis fasciculo brevis, alba. *Pedunculi* axillares, penduli, filiformes, in medio articulati, uniflori, solitarii: *floribus* subcylindricis viridan-

dantibus, saepe dioicis. *Baccæ* globosæ, rubræ: *seminibus* nigris.

172. CONVALLARIA, *Majblume*, *Thalblume*, *Zaucke*.

1) *C. majalis* scapo nudo subtriquetro inter folia 2 radicalia ovata, floribus spicatis pedicellatis secundis nutantibus. *Gemeine Majbl.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 160. Ejusd. Enum. p. 375. Pers. syn. pl. I. p. 372. Hoffm. Germ. I. p. 162. De Vest. Man. bot. p. 552. Sturm. D. Fl. I. 14. Herb. Blackw. t. 70. Knorr. thesaur. II. tab. C. 3.*)

Lilium convallium majale Mönch. *Method. p. 636.*

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in sylvis frondosis ubique copiose.

Radix repens, articulata, fibris multis longis tenacibus obsessa. *Folia* radicalia plerumque bina, saepe terna, petiolata, lata, ovato-lanceolata, integra, glaberrima, basi scapum amplexentia. *Scapus* palmaris, erectus, angulatus, nudus, simplex. *Racemus* terminalis, simplex, lusus, secundus, superne nutans. *Pedunculi* breves, nutantes, uniflori. *Corollæ* subglobosæ, albæ, odoratissimæ: *laciniis* recurvis. *Baccæ* globosæ, glabræ, maturæ miniatæ.

Variationem *scapis* foliis brevioribus inferne stipulis membranaceis imbricatis fusco-rubellis vestitis, *pedunculis* multo longioribus arcuatis et *bracteis* angustissimis praelongis inferne rubentibus (*Cony.*

Mappi Gmel. Flor. bad. II. p. 52.) in nemorosis prope *Büchold*, etiam in der *Waldskugel* et in *sylva grammischatzensi* aliquoties inveni.

Variat floribus 8 - fidis 8 - andris, et plenis.

2) *C. verticillata* foliis verticillatis. *Quirlförmige Majblume*, *schmalblättrige Weißwurz*.

(*L. sp. pl. ed. Willd.* p. 161. *EjUSD.* Enum. p. 376. *Pers. syn. pl.* p. 373. *Hoffm. Germ.* p. 162. *De Vest. Man. bot.* p. 552.)

Polygonatum verticillatum Moench. Method. p. 637. *Bernh. Erf.* p. 199.

Perenn. Flor. Junio.

Hab. in sylvaticis montosis. (In praecipitiis nemorosis *Rhoenae* versus *Hilters* et in sylvaticis saxosis montis *Milzeburg* hinc inde.)

Radix nodosa, carnosae, repens, albida. *Scapus* palmaris, pedalis et altior, erectus, glaber, simplex, inferne nudus. *Folia* sessilia, lineari-lanceolata, integerrima, glabra, patentia, supra laete - subius glauco-viridia, verticillata terna aut quaterna. *Pedunculi* 2 - 3 - 4 - flori, axillares, verticillati, penduli. *Corollae* albae, apice viridescentes: *laciniis* intus sub apice barbatis patentissimis. *Baccae* maturae violaceae.

3) *C. Polygonatum* caule ancipiti, foliis alternis amplexicaulibus, pedunculis axillaribus sub-1-floris, corollis campanulato-infundibuliformibus. *Weißwurzliche Majbl.* *Weißwurz*, *Gelenkwurz*, *Salomonssiegel*.

(*L. sp. pl. ed. Willd.* p. 161. *EjUSD.* Enum. l. c. *Pers. syn. pl.* p. 373. *Hoffm. Germ.* l. c. *De Vest. Man. bot.* l. c. *Knorr. thesaur.* II. tab. P. 4.)

Polygonatum anceps Moench. Method. p. 637.
Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in sylvaticis umbrosis ubique.

Radix longa crassaque, ramosa, articulata, fibrosa, solida, alba, horizontalis, impressionibus hinc inde sigilliformibus notata. *Caulis* pedalis, sesquipedalis, erectus, apice antrorsum nutans, firmus, simplex, glaberrimus, foliatus, inferne angulatus, superne anceps. *Folia* alterna, brevissime petiolata, perfecte fere sessilia, amplexicaulia, ovato-lanceolata, obtusa, integra, glabra, nervosa, firma, sursum directa, glauco-viridia. *Pedunculi* exillares, angulati, nutantes, secundi, uniflori, perraro biflori. *Corollae* cylindricae, tubulosae, pendulae, inodoraе, albae: limbo viridi. *Baccae* globosae, glabrae, maturae nigrescenti-coeruleae.

4) *C. multiflora* caule tereti, foliis alternis amplexicaulibus, pedunculis axillaribus multifloris. *Vielblüthige Majbl. Majenschelle.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 162. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 553. Schkuhr. bot. Handb. t. 97. Herb. Blackw. t. 251.*)

Polygonatum multiflorum Mönch. Meth. p. 637.
Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in sylvis umbrosis ubique.

A praecedente *caulibus* teretibus plerumque altioribus, *pedunculis* ramosis 2 - 6 - floris, et *corollis* duplo minoribus distinctissima. *Filamenta* etiam primo florescentiae tempore basi pilosa, quae in priore glabra.

173. HYACINTHUS, *Hyazinthe*.

1) *H. comosus* corollis oblongis angulatis, floribus summis sterilibus erectis longius pedunculatis, foliis latis canaliculatis strictis. *Schopfolüthige Hyaz. Kornhyazinthe*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 169. Pers. syn. pl. I. p. 375. Hoffm. Germ. I. p. 163. De Vest. Man. bot. p. 554. Jacq. Austr. tab. 126.*

Muscari comosum Monch. Meth. p. 633. Willd. Enum. p. 378.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in agris, in dumetosis, ad sepes et in vineis. (In agris prope *Hofstetten* et *Massenbuch* passim. In sylvaticis, dumetosis inter *Retzbach*, *Thüngen* et prope *Mühlhausen* hinc inde. Ad sepes prope *Thüngersheim* et *Aub*, in vineis prope *Rödelsee* alibique perraro.)

Bulbus ovato - subrotundus, albus *folia* multa linearia obtusa canaliculata glabra scapum amplectentia eoque breviora proferens. *Scapus* palmaris, pedalis, erectus, teres, simplex, glaber, nudus, glauco - viridis. *Racemus* terminalis, praelongus, erectus, simplex, laxis, multiflorus. *Pedunculi* patentes, uniflori. *Corollae inferiores* oblongae, angulatae, fertiles, e bruneo et viridi flavicantes, *superiores* erectae, steriles, minores, longius pedunculatae, cum pedunculis violaceo - coeruleae, *comam* densam formantes.

2) *H. racemosus* corollis ovatis, floribus summis breviter pedunculatis sterilibus, foliis subulato - canaliculatis laxis dependentibus. *Traubenblüthige Hyaz.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 170. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 555. Jacq. Austr. t. 187. Knorr. thesaur. l. tab. T. 8.*)

Muscari racemosum Willd. Enum. l. c.

Perenn. Flor. April. Majo.

Hab. in agris, in vineis, ad sepes, in nemoribus. (In agris et ad sepes infra *Veitshöchheim, Retzbach, Thüngersheim* et prope *Gemünden*. In nemorosis prope *Gerbrunn, Lengfeld, Bergtheim* et *Rimpar*. In monte *Gejersberg* ad *Versbach*. In vineis im *Bogen*, prope *Escherndorf, Volkach, Nordheim* alibique non adeo raro.)

Bulbus ovatus, albus, minoribus pluribus circumdatus. *Folia* radicalia, numerosa, linearia, acuta, canaliculata, integra, laxa, decumbentia, scapum subadaequantia. *Scapus* digitalis, palmaris et altior, erectus, teres, glaber, simplex, nudus, laete viridis. *Racemus* terminalis, erectus, brevis, cylindricus, densus, multiflorus. *Flores* breviter pedunculati, ovati, subimbricati, atro-coerulei prunorum recentium odore: *pedunculis* brevissimis unifloris coeruleis, *summi* sessiles, steriles.

In hortis variat *corollis* incarnatis et albis.

3) *H. botryoides* corollis globosis, floribus omnibus fertilibus: summis sessilibus, foliis latis canaliculatis strictis. *Steifblättrige Hyaz.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 554.*)

Muscari botryoides Mönch. Meth. l. c. Willd. Enum. l. c.

Perenn. Flor. Aprili — Majo.

Hab.

Hab. in agris et vineis. (Ad margines agrorum et in vineis versus *Versbach, Rimpf, Wipfeld, Arnstein, Thüngen* et *Stetten*. In agris prope *Kitzingen, Repperndorf, Hohefeld, Neusses* ad montem alibi non infrequens.)

A praecedente, cui valde affinis, differt: *foliis firmioribus erectis, floribus globosis inodoris omnibus fertilibus.*

174. ACORUS, *Kalmus.*

1) *A. Calamus* scapi mucrone longissimo foliaceo. *Gemeiner, wahrer Kalmus, Magenwurz.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 199. Ejusd. Enum. p. 389. Pers. syn. pl. I. p. 382. Hoffm. Germ. I. p. 164. De Vest. Man. bot. p. 562. Schkuhr. bot. Handb. t. 97. Herb. Blackw. t. 466.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in paludibus, in fossis aquaticis et ad ripas. (In fossa oppidana passim, in fossis ad *Rothenbauer* copiose. Ad moeni ripas versus *Retzbach, Karlstadt, Gemünden* et alibi abunde.)

Radix longa, crassa, spongiosa, subcompressa, valde repens, fibris multis filiformibus tenacibus, fragrans, aromatica, acris, amara. *Folia* profert numerosa, 3 - 4 - pedalia, erecta, ensiformia, graminea, glabra, nitida, laete viridia, inferne vaginantia, superne latere uno transverse plicato - undulata. *Scapus* solitarius, erectus, planus, latus, foliaceus, supra spadicem in processum longum foliaceum terminatus. *Spadix* cylindricus, obtusus, lateralis, solitarius, sessilis, digiti minimi crassitie, laete viridis,

flos-

flosculis exiguis ex viridescente luteis undique tectus.
Petala erecta, apice inflexa.

175. JUNCUS, *Simse*.

Culmis nudis.

1) *J. conglomeratus* culmo nudo stricto, panicula laterali coarctata conglobata, floribus triandris.
Knopf - Simse.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 205. *Ejusd.* Enum. p. 390. *Pers.* syn. pl. I. p. 383. *Hoffm.* Germ. I. p. 164. *De Vest.* Man. bot. p. 563. *Leers.* Herborn. p. 87. t. 13. f. 1. *Host.* Gram. III. t. 82.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in humidis, paludosis, ad fossas, lacus et ripas ubique.

Radix horizontalis, fibris multis filiformibus vestita. *Culmi* 1 - 2 - pedales, erecti, teretes, stricti, glabri, nudi, medulla alba farcti, basi *vaginis* obtusis aphyllis aristatis: *suprema* longiori. *Folia* e radice pauca, culmis similia. *Capitulum* subrotundum, glomeratum, multiflorum, laterale, infra apicem culmi. *Pedunculi* breves, conferti. *Flores* constanter triandri: *petalis* ovatis obtusis. *Capsula* trigona, stylo brevi terminata. *Semina* alba.

Variat *capitulo* gemino.

2) *J. effusus* culmo nudo stricto, panicula laterali effusa supradecomposita, capsulis obovatis obtusis. *Flatter - Simse, Busch - Simse.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man.

Man. bot. l. c. *Leers. Herb. p. 88. t. 13. f. 2. Host. III. t. 83.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in uliginosis, inundatis, et ad fossas et ripas frequens.

Affinis praecedenti, sed *statura* major. *Culmi* 3-pedales saepe, crassiores, medulla densiori farcti, facile rumpendi. *Folia* culmis similia. *Panicula* lateralis, effusa, divaricata, ramosissima, multiflora, infra apicem culmi. *Flores* subfusci, 6-andri: *petalis* aequalibus. *Capsulae* obovatae, subtrigonae, obtusissimae. *Semina* fulva.

Variat quandoque *pedunculis* brevissimis, et *floribus* 3-andris.

3) *J. inflexus* culmo nudo apice inflexo, panicula laterali effusa, capsulis oblongis acutis. *Gekrümmte Simse.*

(*Hoffm. Germ. I. p. 165. Mönch. Meth. p. 240. Wibel. Werth. p. 218. Leers. Herb. p. 88. t. 13. f. 3. Host. III t. 81*)

J. glaucus L. sp. pl. ed. *Willd. II. p. 206. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. I. p. 383. De Vest. Man. bot. p. 563.*

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. ad fossas, ad ripas, rivulos et in paludosis passim frequens cum praecedente.

A praecedente, cui affinis, facile distingui potest: *culmis* tenuioribus filiformibus longioribus firmioribus tenacissimis glaucis minus rectis, basi *squamis* purpureis nitidis vestitis, supra paniculam in *mucronem* longum acutum incurvum et demum inflexum productis,

tis, panicula majori, pedunculis et pedicellis longioribus strictioribus, petalis longioribus subulatis: interioribus 3 reliquis paulo brevioribus, et capsulis acutioribus.

Flores cum bracteis spadiceo - purpurei nitidi, ante expansionem exacte subulati, constanter 6 - andri.

4) *J. filiformis* culmo nudo filiformi nutante, panicula laterali bracteata subsimplici, capsulis subrotundis. *Faltenförmige Simse.*

(*L. sp. pl. 1. Willd. p. 207. Ejusd. Enum. p. 391. Pers. syn. pl. 1 c. Hoffm. Germ. 1. c. De Vest. Mon. bot. p. 564. Leers. Herb. p. 89. t. 13. f. 4. Host. III. t. 84.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in paludosis et in turfosis. (In paludosis saltus kitzingensis, et in humidis musco obductis sylvae guttenbergensis. In uliginosis prope Dettelbach, Abb. Schwarzach, ad lacum prope Erlach, in uliginosis turfosis prope Spiesheim, Hafsfurth et alibi.)

Radix teres, obliqua, articulata, albida, fibris multis capillaribus aucta, valde repens. *Culmi* plures palmares et pedales teretes s. subcompressi, nudi, infirmi, filiformes, striati, basi squamis fuscis obtusis aristatis vaginati, ad paniculam usque erecti, superne duplo longiores, incurvi. *Folia* culmis similia, sed multo breviora. *Panicula* simplicissima, pauciflora, albicans, infra culmi medium erumpens. *Pedunculi* 1 - 2 - flori, breves, inaequales, basi bracteis minimis lanceolatis aristatis suffulti. *Petala* alterna minora, subulata, flavo - vividia, 3 interiora paulo minora. *Capsula* obovata, triquetra.

5) *J. squarrosus* culmo nudo, foliis setaceis canaliculatis, panicula terminali composita. *Sparrige Simse.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 209. Pers. syn. pl. p. 384. Hoffm. Germ. 1. c. De Vest. Man. bot. 1. c.*)

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in graminosis humidis, ad ripas, (Ad moeni ripas inter Eivelstadt et Ochsenfurth, prope Netzbach, Kitzingen et Hürbluch passim. In graminosis udis sylvae guttenbergensis. Ad rivulos prope Theres, Waldaschach et Lauringen. Ad salae ripas prope Schunderfeld et alibi.)

Planta tota rigens: foliis patentibus. Radix repens, teres: fibris capillaribus numerosis aucta. Culmi palmares, pedales et sesquipedales, erecti, nudi, teretes, striati, scabri, basi incrassati. Folia radicalia numerosa, cespitosa, trigono - setacea, pungentia, dura, canaliculata, nitida, culmo multo breviora, eumque basi amplectentia. Panicula terminalis, rigida, ramosa, erecta, densa: pedunculis brevibus inaequalibus divisis et bracteis membranaceis albidis splendentibus. Petala ovato - lanceolata, obtusa, rigida, nitida, flavicanti - albida. Capsula subtriquetra, ovata, obtusiuscula.

Culmis foliosis.

6) *J. aquaticus* culmo adscendente, foliis nodoso - articulatis compresso - teretiusculis, panicula composita, calycibus obtusis. *Wasser - Simse.*

(*Pers. syn. pl. p. 384. Roth. Germ. I. p. 155. II. p. 403.*)

J. ar-

J. articulatus L. sp. pl. ed. Willd. p. 211. *EjUSD.* Enum. p. 391. *Smith.* Britan. Vol. I. p. 279. *De Vest.* Man. bot. p. 565. *Leers.* Herb. p. 89. t. 13 f. 6.

J. obtusiflorus Hoffm. Germ. I. p. 166. *Wibel.* Werth. p. 218.

J. adscendens Spreng. Hal. p. 111. *Host.* III. t. 87. *Perenn.* Flor. Jun. Julio.

Hab. in paludosis et ad Moeni ripas fere ubique.

Radix fasciculata, fibrosa *Culmi* palmares, pedales, basi praecipue, saepe toti decumbentes, aut parum erecti, glabri, foliosi, compressiusculi, basi vaginati. *Folia* alterna, erecta, linearia, acuminata, glabra, teretiuscula, fistulosa, striata, articulato-nodosa, basi vaginantia. *Panicula* terminalis, ramosa, dichotoma. *Flores* sessiles, fasciculati, terminales et laterales. *Petala* subaequalia, obtusiuscula, spadiceo - purpurea. *Capsula* oblonga, triquetra, obtuse mucronata.

7) *J. sylvaticus* culmo erecto, foliis nodoso-articulatis teretibus, panicula supradecomposita, calycibus acutis. *Wald - Simse.*

(L. sp. pl. ed. Willd. p. 211. *EjUSD.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Roth.* Germ. I. p. 155. II. p. 405. *De Vest.* Man. bot. p. 565. *Spreng.* Hal. p. 111. *Host* III. t. 86.)

J. acutiflorus Hoffm. Germ. l. c. *Wib.* Werth, p. 218.

J. articulatus, γ. *Leers.* Herb. l. c.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. cum priori iisdem in locis.

A praecedente, cui maxime affinis, differt: *radice* repente pennae anserinae crassitie, *culmis* altioribus erectis teretibus, *foliis* longioribus crassioribus teretibus: *articulis* nodosis crassioribus, *panicula* majori ramosissima divaricata, *petalis* angustioribus mucronatis, et *capsulis* acutioribus.

Variat, uti et antecedens, *paniculis* viviparis.

8) *J. supinus* culmo subdichotomo, foliis filiformibus canaliculatis, capitulis florum triphyllis. *Niedrige Simse*.

(*Hoffm.* Germ. I. p. 166. *Moench.* Meth. p. 241. *G. M. Sch.* Flor. der Wetter. I. p. 500.)

J. subverticillatus L. sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 212. *Ejusd.* Enum. l. c. *De Vest.* Man. bot. p. 565. *Spreng.* Hal. p. III. *Gmel.* Bad. II. p. 77.

J. verticillatus Pers. syn. pl. I. p. 384.

J. uliginosus Roth. Germ. II. p. 405. *Sturm.* D. Flor. I. 13.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in montosis siccis et in inundatis, (In arenosis siccis prope *Köhler* versus *Moenum*, circa *Neusses am Berg*, *Bimbach*, *Burggrunbach* et *Oberschwarzach*. In inundatis ad *Moenum* infra *Karlstadt*, ad *Saalam* prope *Schunderfeld*. Etiam prope *Mellrichstadt* et *Mittelstreu* plantas plures vidi.)

Radix bulbosa, fasciculis pluribus fibrarum aucta. *Culmi* 1 - 2 - 3 - unciales, erecti, demum decumbentes, teretes, glabri, foliosi, superne bifidi, rarius simplices, dense aggregati. *Folia* tenuia, filiformi-setacea, vix nodoso-articulata, teretiuscula, supra obsolete carinata, inferne *vaginas* breves membranaceas

ceas margine albidas formantia. *Flores* laterales et terminales sessiles in *glomerulum* pauciflorum basi *bracteis* paleaceis pellucidis albidis involucreto collecti. *Petala* ovata, acutiuscula, subaequalia dilute spadicea, aequantia *capsulam* ovatam obtusam.

9) *J. bulbosus* culmo subcompresso indiviso, foliis linearibus canaliculatis, corymbo terminali, petalis obtusis capsula subglobosa obtusa brevioribus, *Knollige Simse*.

(*L. sp. pl. ed. Willd.* p. 213. *Ejusd. Enum.* p. 392. *Hoffm. Germ.* p. 167. *Pers. syn. pl.* p. 385. *Leers. Herb.* p. 9. t. 13. f. 7. *De Vest. Man bot.* p. 565.

J. compressus Jacq. hort vindobon. p. 235.

Perenn. Flor. Jun, Julio.

Hab. in pratis, pascuis et in graminosis udis, in sylvaticis humidis, et in inundatis arenosis passim frequens.

Radix repens, dense fibrosa, nusquam bulbosa. *Culmi* inaequali - longi, palmares, pedales, erecti, teretiusculi, latere uno planiusculi, glabri, simplices, basi modo foliati. *Folia* culmo breviora, angustissima, acuminata, patentia, glabra, subtus striata, basi vaginantia. *Panicula* corymbosa, inaequalis, terminalis, erecta, multiflora: *foliis floralibus* 2 inaequalibus. *Pedunculi* subdivisi, *bracteis* setaceis suffulti. *Flores* exigui, purpurascens. *Capsulae* subglobosae, fuscae, nitidae, patalis longiores. *Semina* pellucida, fulva.

10) *J. bufonius* culmo dichotomo subcompresso, foliis linearibus canaliculato - carinatis, floribus solitariis sessilibus. *Kröten-Simse*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 214. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 566. Leers. Herb. p. 90. t. 13. f. 8.)*

Ann. Flor. Junio — Septembri.

Hab. in humidis arenosis, inundatis et ad ripas ubique.

Radix dense fibrosa. *Culmi* plures, 4 - 10 - unciales, erecti, dichotomi, teretiusculi, glabri, articulati. *Folia* linearia, mucronata, supra canaliculata, basi subvaginantia. *Flores* ante explicationem lanceolato - lineares, sessiles, solitarii, remoti, unilaterales: *unico* semper in culmi divisionibus axillari. *Petala* lanceolato - subulata: 3 *interiora* breviora. *Capsula* oblonga, subtrigona, obtusissima, nitida, fusca. *Semina* numerosa, fusca.

Variat pro solo diverso natali sicciori, arenoso, humido vel paludoso limoso *culmorum* et *foliorum* numero, eorumque altitudine. *Culmi* nonnunquam toti decumbentes.

II) *J. latifolius* foliis planis pilosis, panicula subradecomposita, pedunculis elongatis ramosis subtrifloris, petalis aristatis aequalibus. *Breitblättrige Simse.*

(*Wulfen. in Jacq. Collect. 3. p. 59. Gmel. Bad. II. p. 83.*)

J. maximus *L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 217. Pers. syn. pl. I. p. 385. Hoffm. Germ. ed. 1791. p. 126. De Vest. Man. bot. p. 567. Roth. Germ. II. p. 411.*

J. sylvaticus *Hoffm. Germ. ed. 1800. I. p. 168. Smith. Britan. Vol. I. p. 385.*

Luzula maxima *Willd. Enum. p. 393.*

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab.

Hab. in nemoribus et sylvis ubique.

Radix dense fibrosa. *Culmi* sesquipedales, 2 - pedales, erecti, teretes, simplices, *nodis* 3 - 4 instructi, foliorum vaginis toti fere tecti. *Folia* lata, plana, firma, vaginantia, lanceolata, marginibus et vaginis pilis longis rectis albidis praedita: *radicalia* in orbem densum digesta, latiora, longiora, semipedalia et pedalia, *caulina* angustiora, breviora, vix digitalia, apicem versus sensim minora. *Panicula* terminalis, magna, decomposita. *Pedunculi* elongati, divaricati, 2 - 3 - flori: *bracteis* lanceolatis paleaceis suffulti. *Petala* lanceolata, aristata, aequalia, spadiceo rubella. *Capsula* ovata, obtuse triquetra, nitida, fusco - castanea, trisperma.

12) *J. angustifolius* foliis planis pilosis, panicula supradecomposita, pedunculis ramosis subquadrifloris, foliolis calycinis subaequalibus mucronatis. *Schmalblättrige Simse.*

(*Wulf.* in *Jacq. Collect.* 3. p. 56. *Gmel. Bad.* II. p. 85.)

J. albidus L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 219. *Pers. syn.* pl. p. 386. *Hoffm. Germ.* p. 168. *De Vest. Man. bot.* p. 567. *Host.* III. t. 95. *Hoffm. Germ. ed.* 1791. t. 4.

J. niveus Leers. *Herb.* p. 91. t. 13. f. 9. *Roth. Germ.* I. p. 157. II. p. 413.

J. leucophobus Ehrh. *Beitr.* B. 6. p. 141.

Luzula albidula Willd. l. c.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in sylvis praecipue montosis ubique.

A praecedente differt: *radice* tereti lignosa, *culmis* gracilioribus plerumque demissioribus: *foliis*
raul.

multo angustioribus margine et apice praesertim pilosis in mucronem praelongum terminatis: *culmeis* longioribus, *summis* angustissimis arcuatis ante florescentiam praecipue paniculam superantibus, *panicula* minore diffusa trifida, *pedunculis* 4 - floris, nonnunquam 2 - floris, *petalis* ovato - acutis albidis nitidis breviter mucronatis, 3 *interioribus* sublongioribus, *capsulis* ovato - globosis acutiusculis trispermis.

13) *J. vernalis* foliis planis pilosis, panicula simpliciuscula, pedunculis simplicibus unifloris: inferioribus deflexis, foliolis calycinis acutis. *Frühlings Simse.*

(*Reichard. Flor. moeno - francof. append. p. 182. n. 974. Ehrh. Beitr. 6. p. 137. Hoffm. Germ. p. 168. Gmel. Bad. II. p. 82. Wib. Werth. p. 219.*)

J. pilosus L. sp. pl. ed. Willd. p. 216. Pers. syn. pl. p. 385. *De Vest. Man. bot. p. 566. Roth. Germ. I. p. 156. II. p. 410. Host. III. t. 100. Leers. Herb. p. 91. t. 13. f. 10.*

Luzula pilosa Willd. Enum. 1. c.

Perenn. Flor. Mart. Aprili.

Hab. in nemorosis ubique

Radix fibrosa, densa. *Culmi* plures, inaequali - longi, digitales, palmares et altiores, erecti, teretes, simplices. *Folia* lineari - lanceolata, acuminata, plana, graminea, vaginantia, marginibus et vaginis pilis longis tortilibus albis obsessa: *radicalia* in caespitem congesta, *caulina* 3 - 5 alterna, *summa* 2 inaequalia erecta panicula breviora. *Panicula* terminalis, corymbosa: *pedunculis* simplicibus, rarius bifidis, 1 - 2 - floris, basi bracteatis et vaginatis: *primariis* erectis, *secundariis* reflexis. *Flores* sessiles, ovato - acumi-

minati, splendentes, spadiceo - purpurascens. *Petalum* ovato - acuminata, subaequalia, margine albida. *Capsula* subglobosa, stylo terminata, trisperma.

14) *J. campestris* foliis planis pilosis, spicis umbellatis sessilibus pedunculatisque, foliis calycinis mucronatis capsula obtusa longioribus. *Feld - Simse*, *Hasenbrod*.

(*L. sp. pl. ed. Willd.* p. 221. *Pers. syn. pl.* p. 386. *Hoffm. Germ.* p. 169. *De Vest. Man. bot.* p. 507. *Leers. Herb.* p. 92. t. 13. f. 5.)

Perenn. Flor. Aprili — Junio.

Hab. in montosis, collibus apricis, in sylvis, in pratis et arvis siccis ubique.

Radix sublignosa, fibrosa, nodosa, repens. *Culmi* 4 - 6 - unciales, nonnunquam pedales, erecti, teretes, simplices, striati, foliati, nodis 2 - 3 instructi. *Folia* graminea, plana, acuminata, apice callosa, uadique, basia versus praecipue pilis albidis obsessa: *radicalia* in cespitem congesta latiora et longiora, *summa* 2 alterna angustiora inaequalia pedunculis breviora. *Vaginae* comatae, striatae, nudae. *Umbella* corymbosa, terminalis, simplex, composita e *spicis* 3 - 4 - 5 ovatis nitidis fusco - s. atro - spadiceis, paucioribus intermediis sessilibus, pluribus inaequali pedunculatis primo erectis, demum pendulis subsecundis. *Bractee* membranaceae, albidae, ovatae, acuminatae. *Petalum* lanceolato - acuminata, subaequalia, fusco - spadicea, margine flavescente. *Capsula* petalis longior, ovata, obtusa, trisperma.

Variat: culmis altioribus, *foliis* angustioribus minus pilosis, *Spiculis* omnibus fere sessilibus in ca-

pitulum densum compactis et *Spiculis* omnibus pedunculatis.

176. BERBERIS, *Sauerdorn*, *Berberize*.

1) *B. vulgaris* floribus racemosis, spinis triplicibus, foliorum serraturis aristatis. *Gemeiner Sauerd.* *Sauerach*, *Weinschäuling*.

(*L. sp. pl. ed Willd. II. p. 227. Ejusd. Enum. p. 395. Pers. syn. pl. I. p. 387. Hoffm. Germ. I. p. 169. De Vest. Man. bot. p. 544. Schkuhr. bot. Handb. t. 99. Herb. Blackw. t. 165. Knorr. thesaur. II. tab. B.*)

Frutex. Flor. Maj. Junio.

Hab. in hortis et sepibus passim frequens.

Frutex densiusculus, 5 - 8 - pedalis: *ramis* alternis angulatis glabris. *Lignum* flavum. *Spinae* 3 rigidae, rectae, maxime pungentes sub quavis gemma et ramo, rarius solitariae. *Folia* petiolata, fasciculata, alterna, ovata, obtusa, glabra, laete viridia, serrata: *serraturis* in spinulas s. aristas coloratas terminatis. *Racemi* e gemmis foliorum solitarii, simplices, multiflori, penduli. *Pedunculi* basi articulati. *Flores* lutei, odorati: *glandulis* et *antheris* flavis. *Baccae* cylindricae, obtusae, glabrae, rubrae: *succo* acido repletae.

Filamentis talis inest irritabilitas, ut stimulo minime tacta impetu quodam in stigmata involent.

177. PEPLIS, *Zipfelkraut*.

1) *P. Portula* floribus axillaribus solitariis, foliis oppositis petiolatis obovatis. *Gemeines Zipfelkr.* *Zipfelblume*.

(*L.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 243. *Pers.* syn. pl. I. p. 393. *Hoffm.* Germ. I. p. 170. *De Vest.* Man. bot. p. 562. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 99. *Sturm.* D. Flor. I. I.)

Portula diffusa Moench. Method. p. 661.

Ann. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in palustribus, inundatis, ad fossas et ripas. (Ad lacus fossae oppidanæ passim frequens. In Insula versus dem *Siechhauße* et ad Moeni ripas infra *Himmelsporten* raro. In uliginosis sylvarum *Kitzingen* et *Guttenberg* passim. Ad lacus prope *Karlstadt*, *Gerolshofen* et *Ochensfurth*. Im *Moos* et im *Schladig* prope *Hafsfurth* alibique.)

Radix fibrosa, repens. *Caulis* digitalis, a basi ramosus, rarius simplex, obsolete tetragonus, articulatus, viridis aut rubellus, prostratus, repens, saepe radicans, in aquis subnatans. *Folia* opposita, in petiolum brevissimum decurrentia, ovata, obtusa, integerrima, glabra, subcarnosa. *Flores* exigui in alis solitarii, sessiles. *Calyx* angulatus, glaber, pallide viridis, striis rubellis notatus. *Petala* exigua, subrotunda, rubicunda, fugacissima.

TRIGYNIA.

178. RUMEX, *Ampfer*, *Grindwurz*.

Floribus hermaphroditis: valvulis granulo notatis.

1) *R. Patientia* floribus hermaphroditis, valvulis integerrimis: unica granifera, foliis ovato-lanceolatis. *Genus - Ampfer*, *englischer Spinat*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 249. *Ejusd.* Enum. p. 397. *Pers.* syn. pl. I. p. 394. *Hoffm.* Germ. I. p. 170. *De Vest.* Man. bot. p. 569. *Herb. Blackw.* t. 489.)

Lapathum hortense *Mönch.* Meth. p. 354.

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in hortis et pomariis urbi vicinis raro.

Radix longa, fusiformis, ramosa, extus fusca, intus lutea. *Caulis* 3 - 6 - pedalis, erectus, teres, glaber, sulcatus, articulatus, viridis, saepe purpurascens, superne parum ramosus. *Folia* petiolata, alterna, lata, ovato - lanceolata, utrinque attenuata, integerrima, utrinque glabra. *Vaginae* membranaceae, striatae, nervosae, tubulosae, caulem arcte amplectentes. *Flores* viridescentes, breviter pedunculati, verticillati, in *spicas* terminales interruptas subnudas dispositi. *Valvulae* integerrimae: *unica* plerumque externe glandula globosa rubra notata. *Folia seminalia* sagittata.

2) *R. sanguineus* floribus hermaphroditis, valvulis integerrimis oblongis: *unica* praecipue granifera, foliis cordato - lanceolatis. *Blutrother Ampfer*, *rothblättrige Drachenwurz.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 250. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. p. 171. *De Vest.* Man. bot. l. c. *Herb. Blackw.* t. 492.)

Lapathum sanguineum *Moench.* Method. l. c.

Perenn. bienn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in hortis, et juxta eos quasi sponte. (In pomario prope Weitshöchheim per multos annos sponte crescentem observavi.)

Radix fusiformis, ramosa, fusca, intus lutescens. *Caulis* 2 - 4 - pedalis, erectus, ramosus, sulcatus, glaber, purpurascens. *Folia* petiolata, cordato - lanceolata, lata, glabra, marginibus crenulata et subcrispa, *costis* et *venis* sanguineis succo rubro: *radicalia* maxima. *Flores* breviter pedicellati, rubicundi, verticillati, in *spicas terminales* interruptas subnudas dispositi. *Valvulae* integerrimae: *unica* plerumque glandula majuscula globosa rubra notata.

Saepe etiam valvula altera glandulam minorem profert.

3) *R. crispus* floribus hermaphroditis, valvulis ovatis integris: omnibus graniferis, foliis lanceolatis undulatis acutis. *Krausblättriger Ampfer*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 251. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 570.*)

Lap. crispum Moench. Method. p. 355. Scopol. Carniol. I. p. 261.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in pratis, agris, ad vias, sepes, ripas et fossas ubique fere.

Radix fusiformis, ramosa, fusca, intus flava. *Caulis* 2 - 3 - pedalis, erectus, ramosus, glaber, striatus. *Folia* petiolata, alterna, lanceolata, obtusiuscula, margine undulata, crenulata, glabra, subtus ad costas scabriuscula. *Petioli* sulcati, plerumque punctis sanguineis adpersi. *Flores* viridescens, pedicellati, verticillati, in *spicas* interruptas, dense glomeratas, basin versus subfoliosas dispositi. *Valvulae* integerrimae, ovatae, obtusae, *omnes* glandula rubra notatae.

Variat caule minori magis ramoso, foliis planiusculis minus undulatis, florum verticillis magis remotis numerosioribus, et floribus minoribus. *R. Nemo-lapathum* L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 252. *Pers.* syn. pl. l. c. *De Vest. Man. bot.* l. c. *R. conglomeratus Hoffm.* Germ. l. c. *Lapathum virgatum Moench.* Method. p. 355.

Not. *R. Nemo-lapathum* s. *conglomeratus* per plures annos in horto nostro botanico cultus a *R. crispo* non amplius discrepuit, ejusque mera varietas est, uti jam *cl. Sprengel.* in *Florae halens. tentam. nov.* p. 113 optime annotat.

4) *R. maritimus* floribus hermaphroditis, valvulis deltoideis dentatis graniferis, verticillis confer-tis, foliis linearibus. *See - Ampfer, schmalblättrige Grindwurz.*

(*L.* sp. pl. ed. Willd. p. 252. *Ejusd.* Enum. p. 398. *Pers.* syn. pl. p. 395. *Hoffm.* Germ. p. 172. *De Vest.* Man. bot. l. c. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 100.)

Lap. maritimum Moench. Meth. p. 356.

Ann. bienn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in humidis, ad fossas, ad ripas. (In humidis fossae oppidanae et ante urbem prope dem *Wasserfall* raro. Ad ripas Moeni infra *Karlstadt* et prope *Haßfurth* alibique passim.)

Radix fusiformis, ramosa, fibrosa, intus rubra. *Caulis* 1 - 2 - pedalis, erectus, basi nonnunquam decumbens, teres, sulcatus, glaber, pallide viridis, saepe etiam rubicundus: ramis approximatis alternis brachiatis. *Folia inferiora* longius petiolata, ovato-lanceolata, *superiora* alterna, lineari - lanceolata, elongata, *ramea* perangusta, linearia: omnia integerrima,

rima,

rima, glabra, pallide viridia. Flores pedunculati in foliorum alis conglomerati, verticillati, ex viridi rufescentes s. flavescentes: *glomerulis* approximatis densis multifloris, *superioribus* confluentibus. *Valvulae* triangulares, acutae, dentatae, ciliatae, omnes glandula oblonga instructae.

5) *R. acutus* floribus hermaphroditis, valvulis ovatis dentatis: omnibus graniferis, foliis cordato-oblongis acuminatis. *Spitzblättriger Ampfer*, *Zitterwurz*, *gemeine Grindwurz*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 253. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. p. 395. Hoffm Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c. Herb. Blackw. t. 491.*)

Lap. acutum Moench. Meth. p. 356. Scopol. Carn. I. p. 262.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in pratis praesertim humidis, ad fossas et ripas ubique.

Radix cylindrica, subramosa, extus fusca, intus flava. *Caulis* 2 - 3 - pedalis, erectus, ramosus, angulatus, sulcatus, villosusculus, rarius glaber. *Folia* alterna, petiolata, glabra, plana, integerrima, acutissima: *inferiora* longe petiolata cordato-oblonga, *superiora* brevissime petiolata, lanceolata. *Flores* parvi, viriduli, dense verticillati in racemis parum divaricatis foliosis. *Valvulae* cordatae, venulosae, profunde dentatae: *omnes* glandula gibbosa rubra notatae.

Saepissime valvula una glandula maxima instructa, reliquae vero obsolete vel nusquam graniferae.

6) *R. obtusifolius* floribus hermaphroditis, valvulis ovatis dentatis: unica praecipue granifera, foliis

liis cordato - oblongis obtusis undulatis crenulatis.
Stumpflättriger Ampfer.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 254. Ejusd. Enum. p. 399. Per. syn. pl. l. c. Hoffn. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 571.*)

Lap. obtusifolium Mönch. Meth. p. 356.

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in pratis et sylvaticis humidis, in palustribus, ad fossas, ad ripas inque cultis fere ubique.

Radix fusiformis, crassa, plus minusve ramosa, fusca, intus flavescens. *Caulis* 2 - 3 - pedalis, erectus, teres, ramosus, striatus, obsolete sulcatus, glaber, superne scabriusculus. *Folia* petiolata, glabra, obsolete crenulata, apice obtusa, margine magis minusve undulata: *radicalia* longius petiolata, in orbem digesta, cordato - oblonga, *caulina* breviter petiolata, alterna, lanceolata, radicalibus angustiora et breviora. *Faginae* magnae, membranaceae, fuscae, lacerae. *Flores* viriduli, axillares, verticillato - racemosi, subnudentes, nudiusculi: *pedicellis* capillaribus basi geniculatis. *Valvulae* magnae, cordato - triangulares, venosae, ante florescentiam integerrimae, demum basin versus inaequaliter acute dentatae. *Glandula* oblonga, in valvula exteriori praecipue conspicua, in coeteris obsoleta.

Variat saepe floribus polygamis.

Flores hermaphroditi: valvulis granulo destitutis.

7) *R. aquaticus* floribus hermaphroditis, valvulis integerrimis nudis, (s. obsolete graniferis) foliis

liis late cordatis glabris acutis. *Wasser - Ampfer, Rossampfer, wilde Rhabarber.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 255. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c. Herb. Blackw. t. 490.*)

R. Hydrolapathum Willd. Enum. p. 397.

Lap. aquaticum Moench. Method. p. 356. Scopol. Carniol. I. p. 263.

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in humidis graminosis, ad fossas et ripas.

Radix crassa, ramosa, extus fusca, intus crocea. Caulis 2 - 4 - pedalis, erectus, angulatus, sulcatus, glaber, superne praecipue ramosus: ramis alternis erectis. Folia infima magna, longe petiolata, cordata, acuminata, plana, glabra, integerrima, reliqua sensim minora et angustiora, ovato - lanceolata, obsolete crenata, plus minusve undulata. Flores viriduli, pedunculati, verticillato - racemosi: pedunculis capillaribus nutantibus apice incrassatis. Racemi terminales, compositi, erecti, subfoliati. Valvulae magnae, ovatae, obtusae, integerrimae, glandulosae.

8) *R. scutatus* floribus hermaphroditis, valvulis nudis, foliis cordato - hastatis, caule tereti. *Schildförmiger Ampfer, französischer Sauerampfer.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 257. Ejusd. Enum. p. 399. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. p. 173. De Vest. Man. bot. l. c. Herb. Blackw. t. 306.*)

Lap. scutatum Mönch. Meth. p. 357.

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in ruderatis, ad muros. (In muris prope Veitshöchheim, Retzbach, Gerbrunn, Zell et Gel-

Geldersheim. In fossa oppidana juxta dem *Wasserthurm* et ad muros hortorum passim frequens.)

Planta tota glauca, pruinata, acida. *Radix* sub-lignosa, teretiuscula, rubicunda, valde repens. *Caulis* plures, pedales, 2 - pedales, decumbentes, apicibus erecti, teretes, striati, ramosi, glaberrimi: *geniculis* radicanibus. *Folia* alterna, longe petiolata, cordato - hastata, subrotunda, repanda, glaberrima, succulenta: *inferiora* reniformia, basi rotundata. *Flores* viriduli aut rubelli, pedunculati, verticillato - racemosi: *pedunculis* capillaribus nutantibus 3 e *vagina* membranacea brevi retusa. *Racemi* terminales, spicaeformes, laxae, nudaе. *Falsulae* subrotundae, inaequales, glandulis destitutae.

Flores diclini.

9) *R. Acetosa* floribus dioicis, foliis oblongis sagittatis, caule elongato. *Sauerampfer.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 260. *Ejusd.* Enum. p. 400. *Pers.* syn. pl. p. 396. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man bot. p. 572. *Herb. Blackw.* t. 230. *Knorr.* thes. II. tab. A. 13.)

Lap. Acetosa Scop. Carn. I. p. 260.

Acetosa pratensis Moench. Method. p. 357.

Perenn. Flor. Majo — *Julio.*

Hab. in pratis, pascuis et in hortis copiose.

Radix ramosa, fibrosa, lutescens. *Caulis* sesquipedalis, 2 - pedalis, erectus, teres, sulcato - striatus, simplex, superne parum ramosus. *Folia* oblonga, sagittata, obtusa, integerrima, glabra: *radicalia* longe petiolata, in orbem digesta, *caulina* alterna,

ses-

sessilia, amplexicaulia. *Vaginae* membranaceae, amplexentes, margine dentato - setaceae. *Flores* dioici, viridescentes, adultiores rubelli. *Racemi* plures, terminales: *pedunculis* articulatis. *Valvulae* ovatae, integrae: in *floribus masculis* patentes, in *foemineis* conniventes. Stigma plumosum, albidum.

Variat foliis crispis.

10. *R. Acetosella* floribus dioicis, foliis lanceolato - hastatis. *Kleiner Sauerampfer*, *Schaafampfer*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *EjUSD.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Men. bot. l. c. *Herb. Blackw.* t. 307.)

Lap. Acetosella *Scopol.* Carn. I. p. 261.

Acetosa hastata *Monch.* Meth. p. 357.

Perenn. Flor. Majo — *Septembri.*

Hab. in apricis, ad muros, ad vias et margines agrorum ubique.

Radix teretiuscula, fibrosa, repens, extus fusco-flavicans, intus albida. *Caulis* digitalis, palmaris, erectus, sulcato - angulatus, glaber, plerumque rubellus, ramosus. *Folia* lanceolata, acuminata, hastata, integra, glabra, saepissime ex viridi rubella: *radicalia* longe petiolata in orbem digesta, *caulina* alterna, multo minora. *Racemi* terminales, paniculati. *Flores* pedunculati, penduli, semiverticillati, dioici, ex viridi rubelli: *pedunculis* non articulatis. *Valvulae* ovatae, integrae, eglandulosae, in floribus masculis et foemineis patentes.

Pro solo diverso magnitudine partium omnium, et figura foliorum valde variat. In arvis arenosis saepissime tota rubella, vel magis purpurea.

179. TRIGLOCHIN, *Dreizack*, *Salzgras*.

1) *T. palustre* capsulis trilocularibus sublineari-
bus laevibus. *Sumpf - Dreiz.*, *Salzbinse*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. II p. 264. Ejusd. Enum.*
p. 400. Pers. syn. pl. I. p. 396. Hoffm. Germ. I.
p. 174. De Vest. Man. bot. p. 568. Schkuhr bot.
Handb. t. 202. Leers. Flor. herb. p. 93. t. 12. f. 5.
Sturm D. Flor. I 13.

Juncago palustris *Mönch. Method. p. 644.*

Perenn. bienn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in graminosis udis, in uliginosis.
(*In udibus fossae oppidanæ passim. Ad ripas Moeni*
prope Karlstadt et Haßfurth, ad lacus et in den Moe-
sen ibidem. In saltus kitzingensis humentibus, ad syl-
vam stettensem prope Werram, in humidis im Oel-
grund. In udibus circa Abb. Heidenfeld et alibi.)

Radix bulbosa, fibrosa. *Scapus* palmaris et altior,
erectus, teretiusculus, obsolete striatus, strictus,
simplex, nudus, glaber, folia superans. *Folia* radi-
calia, graminea, angusta, linearia, canaliculata, gla-
bra, atro-viridia. *Flores* ex viridi rubelli, exigui,
alterni, spicato-racemosi, inferne brevissime - su-
perne longius pedunculati: *pedunculis* florentibus erec-
tis, fructiferis scapo adpressis. *Racemus* praelongus,
erectus. *Petala* 6 ovata, obtusa, duplici ordine al-
ternatim disposita, unquibus inflexis staminifera,
Stigmata 3 plumosa. *Capsula* linearis, obtusa, basi
attenuata, laevis, 3-locularis, longitudine pedun-
culi. *Semina* linearia.

2) *T. maritimum* capsulis sexlocularibus ovatis
sulcatis. *Seestrands - Dreiz. Meersalz - Binse.*

(*L.*

(L. sp. pl. ed. Willd. p. 265. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in humidis, inundatis, in salsis. (In fossa oppidana versus dem Sanderthore raro. Ad ripas salae prope Schunderfeld, apud Gemünden, versus Wolfsmünsier, Gräfendorf et Stetten. Ad salinas kisingenses hinc inde. In humidis prope Klosterhausen, Waldschach et Hohn. Prope Neustadt auf dem Schiefsplatze secundum specimina plura a cl. Prof. Pickel mihi communicata.)

A praecedente differt: *radice* semper fibrosa, *scapis* plerumque plurimis altioribus crassioribus superne attenuatis sulcatis, *foliis* longioribus crassioribus glauco - viridibus, *racemis* longioribus densioribus superne demum arcuatis, *stigmatibus* 6, *capsulis* ovato - subrotundis 6 - locularibus sulcatis.

180. COLCHICUM, Zeitlose.

1) *C. autumnale* foliis erectis planis lanceolatis obtusis. *Herbst - Zeitl. nackte Jungfrau, Herbstblume, Lichtblume.*

(L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 272. Ejusd. Enum. p. 401. Pers. syn. pl. l. p. 398. Hoffm. Germ. l. p. 174. De Vest. Man. bot. p. 568. Schkuhr. bot. Handb. t. 101. Sturm. D. Flor. I. 3. Herb. Blackw. t. 566. Knorr. thesaur. I. tab. Z. 1.)

Perenn. Flor. Augusto — Novembri.

Hab. in pratis ubique copiose.

Radix subrotunda, bulbosa, albida, hinc convexa, inde planiuscula canaliculata, membrana brunea extus

vestita, vere et ineunte aestate carnosae succulenta, autumnis exsucca. *Folia* plerumque 3 radicalia, plana, lanceolata, obtusa, striata, glabra, dorso carinata, integra, laete viridia, aestate marcescentia. *Flos* elegans, nudus, rubens: *tubo* longissimo trigono radicato erecto albido ultra medium in terra latente, *fauce* pallide lutescente staminifera, *limbo* erectiusculo 6 - partito. *Capsula* elliptica, trisulca: *seminibus* globosis mense Junio plerumque anni sequentis maturantibus.

Planta tota, radix praecipue, nimia dosi venenata, et pecoribus praecipue valde noxia.

P O L Y G Y N I A.

181. ALISMA, *Froschlöffel*.

1) *A. Plantago* foliis ovatis acutis nervosis, panicula verticillato - decomposita, capsulis obtuse trigonis. *Gemeiner Fröschl. Waasser - Weegerich*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 276. Ejusd. Enum. p. 402. Pers. syn. pl. I. p. 400. Hoffm. Germ. I. p. 175. De Vest. Man. bot. p. 577. Schkuhr. bot. Handb. t. 102.*)

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in fossis, stagnis, et ad ripas ubique.

Radix crassa, carnosae, albidae, fibrosae. *Caulis* sesqui - 2 - 3 - pedalis, erectus, obsolete trigonus, glaberrimus, nudus, superne ramosus: *ramis ramulisque* verticillatis. *Folia* radicalia, numerosa, in orbem digesta, longe petiolata, magna, ovata, acuta, variae latitudinis, nervosa, laete viridia, nonnunquam

quam purpureo maculata, integerrima glaberrimaque. *Stipulae* ad quemvis ramorum verticillum 3 breves, ovato - lanceolatae, sessiles, submembranaceae. *Pedunculi* breves, verticillati, uniflori. *Petala* 3 alba s. carnea, obovata, crenata. *Capsulae* numerosae, in *capitulum* obtuse trigonum aggregatae.

Planta acris valde suspecta.

2) *A. natans* foliis submersis linearibus, natantibus ovatis obtusis, pedunculis solitariis. *Schwimmender Froschl.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 278. Ejusd. Enum. p. 403. Pers. syn. pl. p. 401. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 578.*)

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in aquis stagnantibus et fossis. (In lacu erlaccensi prope Ochsenfurth raro. In lacu apud Heidenfeld cum illustr. lib. Bar. de Bodeck specimina plura legi. In lacu frickenhusiano prope Wechterswinkel detexit cl. antecessor Heilmann.)

Radix fibris pluribus longis tenacibus. *Caulis* palmaris, pedalis et longior, articulatus, ramosus, teres, glaber, foliatus, inferne basin versus repens et radicans, superne natans et secundum aquae motum directus. *Folia* alterna: *inferiora* submersa lineari - lanceolata membranacea subsessilia graminea, *superiora* aquae innatantia ovata obtusa longe petiolata. *Pedunculi* pauci, axillares s. terminales, simplices, uniflori, basi *bractea* vaginati. *Flores* albi. *Capsulae* 6 - 9 compressae, striatae, in *capitulum* subrotundum congestae.

3) *A. ranunculoides* foliis lineari - lanceolatis, caule verticillato paucifloro, capsulis pentagonis incurvis globoso - aggregatis. *Hähnensfußartiger Fröschl.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 279. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in paludosis. (In fossis et im *Altwasser* prope *Abb. Hvidensfeld* raro. In palude ad *Dettelbach* et *Schwarzenau sec. cl. D. Lehmann.* Ibidem et in aliis locis nondum observavi.)

Caulis plerumque 2 aut 3 ex una radice, digitales, palmares, erecti s. depressi, teretes, nudi. *Folia* radicalia, in orbem digesta, lineari - lanceolata, glabra, plana, integerrima, petiolata. *Pedunculi* pauci, uniflori, inaequales, subverticillati, *bracteis* parvis linearibus suffulti. *Petala* candida, crenata. *Capsulae* sulcatae, scabrae, numerosissimae in *capitulum* globosum conglomeratae.

Planta, uti 2 antecedentes, acris et suspecta.

CLASSIS VII.

HEPTANDRIA.

MONOGYNIA.

182. TRIENTALIS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 626. De Neck. el. bot. n. 668. Borkh. tent. n. 386.

Cal. 7 - phyllus. Cor. 7 - partita aequalis rotata. Bacca exsucca globosa 1 - locularis: stylo persistente mucronata.

183. AESCULUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 628. De Neck. el. bot. n. 976. Borkh. tent. n. 87.

Cal. 1 - phyllus ventricosus 5 - dentatus. Cor. 5 - petala inaequalis pubescens calyci inserta. Caps. 3 - locularis 3 - valvis coriacea aculeata.

C L A S S I S VII.

H E P T A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

182. TRIENTALIS, Schirmkraut.

1) *T. europaea* foliis ovato - lanceolatis integerrimis. *Gemeines Schirmkr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 282. Ejusd. Enum. p. 403. Pers. syn. pl. I. p. 402. Hoffm. Germ. I. p. 176. De Vest. Man. bot. p. 615. Schkuhr. bot. Handb. 1. 103. Sturm. D. Flor. I. 17.)*

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in nemorosis montosis. (In montibus prope *Ober - et Unterleinach*, prope *Mühlbach*, in monte *Adelsberg* apud *Zwing*, auf dem *Hohwann* prope *Hafsfurth* et prope *Cascatam* apud *Kissingen* raro. In montosis prope *Bischofsheim ad rhoen*. In variis montibus rhoenans *Pater meus defunct. cum cl. D. Antecessore* saepissime legit.)

Radix repens, subtuberosa. *Scapus* digitalis, palmaris, erectus, teres, simplex, inferne nudus, apicem versus *foliis* 6 - 7 sessilibus confertis patentibus ovato - lanceolatis integerrimis glaberrimisque praeditus. *Pedunculus* ut plurimum solitarius (raro *bini* aut *terni*) terminalis, tenuis, patens, uniflorus. *Calycis*

lycis foliola subulata. *Corolla* elegantissima, nivea, ad basin fere divisa, patens. *Bacca* globosa, exsucca, suturis notata. *Semina* gibba, punctata.

Variat *calycibus* 5 - aut 6 - interdum 8 - phyllis, *corollis* 5 - 6 - et 8 - partitis, atque *staminibus* 5 - 6 et 8.

183. AESCULUS, Roßkastanie.

1) *Ae. Hippocastanum* foliis digitatis septenis, corollis 5 - petalis patulis. *Gemeine Roßkastanie*. *wilde Kastanie*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 285. Ejusd. Enum. p. 404. Pers. syn. pl. I. p. 403. Hoffm. Germ. I. p. 176. De Vest. Man bot. p. 615. Schkuhr. bot. Handb. t. 104. Weinmann. Phytanthoza - Iconogr. N. 342.*)

Hippocastanum vulgare Mönch. *Method. p. 65. Arbor. Flor. Maj. Junio.*

Hab. in Asia septentrionaliore, unde 1550 in Europam venit. (In hortis, ad pagos et ambulacra vulgaris.)

Arbor procera, speciosa, dense foliatus, longaevis, altitudinem 30 - 40 pedum saepe attingens: *trunco* recto ramosissimo. *Folia* petiolata, opposita, digitata: *petiolis* praelongis teretibus inferne incrassatis. *Foliola* ex uno centro plerumque 7 obovata, duplicato serrata, basin versus tomento ferrugineo vestita. *Racemi* numerosissimi, terminales, magni, erecti, pyramidati. *Flores* pedicellati, speciosissimi, nivei, flavo rubelloque mixti, margine crispi: *inferiores* hermaphroditi fertiles, *superiores* plerumque

masculi steriles. *Capsulae* magnae, rotundae, echinatae, primo laete virides carnosae, deum fusco-virides coriaceae. *Fructus* magni, splendentes. *Stamina* saepe 8.

C L A S S I S VIII.

O C T A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

184. A C E R.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 1590. De Neck. el. bot. n. 1107. Borkh. tent. n. 44.

Cal. 5 - fidus inferus. Cor. 5 - petala. Samarae 2 1 - spermae ala terminatae.

185. O E N O T H E R A.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 637. De Neck. el. bot. n. 821. Borkh. tent. n. 616.

Cal. tubulosus 4 - fidus: laciniis deflexis deciduis. Petala 4 - calyci inserta. Stigma 4 - fidum. Caps. columnaris 4 - locularis 4 - valvis cylindrica. Sem. nuda receptaculo centrali tetragono affixa.

186. EPILOBIUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 639. De Neck. el. bot. n. 823. Borkh. tent. n. 617.

Cal. superus 1 - phyllus tubulosus 4 - fidus. Cor. 4 - petala. Caps. oblonga 4 - locularis infera. Sem. papposa.

187. VACCINIUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 658. De Neck. el. bot. n. 358. Borkh. tent. n. 133 - 134.

Cal. 4 - dentatus brevissimus superus fructum coronans. Cor. 1 - petala campanulata 4 - 5 - fida decidua. Antherae 2 - cornes dorso 2 - aristatae. Baccæ globosa umbilicata 4 - 5 - locularis polysperma.

188. ERICA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 659. De Neck. el. bot. n. 355. Borkh. tent. n. 79.

Cal. 4 - phyllus persistens. Cor. 1 - petala 4 - fida persistens. Filam. receptaculo inserta: antheris 2 - fidis. Caps. supera 4 - locularis polysperma.

189. DAPHNE.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 664. De Neck. el. bot. n. 887. Borkh. tent. n. 443.

Cal. 0. Cor. infundibiliformis marcescens 4 - fida stamina includens. Drupa 1 - sperma.

190. STELLERA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 667. De Neck. el. bot. n. 890. Borkh. tent. n. 352.

Cal.

Cal. o. *Cor.* infundibiliformis 4 - fida inferne ventricosa. *Stam.* brevissima. *Nux* supera rostrata corolla persistente vestita.

D I G Y N I A.

191. CHRYSOSPLENIUM.

L. Gen. pl. ed. Schreb. n. 763. De Neck. el. bot. n. 1203. Borkh. tent. n. 91.

Cal. 4 - 5 - fidus planus coloratus. *Cor.* o. *Caps.* 2 - rostris 1 - locularis semi - infera polysperma.

T R I G Y N I A.

192. POLYGONUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 677. De Neck. el. b. n. 943. Borkh. tent. n. 43.

Cal. 5 - partitus corollaceus persistens. *Cor.* o. *Sem.* 1 superum angulatum calyce tectum.

T E T R A G Y N I A.

193. P A R I S.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 683. De Neck. el. bot. n. 1177 (Alopicarpus.) Borkh. tent. n. 137.

Cal. inferus 4 - phyllus. *Petala* 4 angustiora. *Antherae* filamentorum medio adnatae. *Bacca* supera globoso - tetragona 4 - locularis.

194. АДОXA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 684. De Neck. el. b. n. 1302. Borkh. tent. n. 414.

Cal. 2 - 3 - 4 - dentatus persistens. Cor. 4 - 5 - fida plana decidua supera. Bacca 1 - locularis 4 - spermi pulposa calyce semivestita. (Flores laterales 9 - 10 - andri.)

 CLASSIS VIII.

OCTANDRIA.

 MONOGYNIA.

184. АСЕР, *Ahorn, Maßholder.*

1) *A. Pseudo - Platanus* foliis 5 - lobis inaequaliter serratis, racemis pendulis. *Weißer Ahorn, Waldesche, Weinblatt, Ehre, unechter Platanbaum.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. IV. p. 983. Ejusd. Enum. p. 1044. Pers. syn. pl. I. p. 417. Hoffm. Germ. II. p. 278. De Vest. Man. bot. p. 624. Schmidt. Baumz. t. 1. Lauth. Diss. de Acere. p. 25.*)

Arbor. Flor. Aprili Majo foliis jam eruptis.

Hab. in sylvis passim,

Ar-

Arbor formosa, saepe praealta: *trunco* tereti recto cortice laevi cinereo tecto, *ramulis* dependentibus. *Folia* longe petiolata, opposita, cordato - subrotunda, inaequaliter serrata, subtus pallidiora, quinqueloba: *lobis* *extimis* minimis, *intermedio* longiore. *Racemi* solitarii, axillares, multiflori, tomentosi, penduli. *Flores* e viridi flavescentes, pedicellati. *Germen* hirsutissimum.

Variat in hortis *foliis* eleganter variegatis.

2) *A. Platanoides* foliis 5 - lobis utrinque glabris, lobis dentibusque acuminatis, corymbis erectis. *Spitz - Ahorn*, *großer Milchahorn*, *Spitzflader*, *Breitlaub*, *Lenne*.

(*L. sp. pl. ed. Willd.* p. 985. *Ejusd. Enum.* p. 1045. *Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ.* p. 279. *De Vest. Nim. bot. l. c. Schkuhr. bot. Handb. t. 351. Schmidt. Baumz. t. 3. Lauth. Diss. d. Acer.* p. 19.)

Arbor. Flor. April. Majo. ante foliorum eruptionem.

Hab. in sylvaticis humidiusculis. (In *sylvaguttenbergensi*, im *Oelgrund* et in nemorosis humidis juxta den *Marrbachsfeldern* prope *Abb. Heidenfelden*, alibique non infrequens.)

A priori differt: *altitudine* minori, *foliis* majoribus tenerrimis utrinque glaberrimis et viridibus, vere praecipue lactescentibus, profunde 5 - s. 6 - lobis: *lobis* magis acuminatis profundius et argutius dentatis, *floribus* majoribus dilute lutescentibus corymbosis, *corymbis* subrotundis erectis, demum nutantibus.

3) *A. campestre* foliis 5 - lobis subintegris, lobis obtusis majoribus obsolete subsinuatis, corymbis erectis

erectis. *Feld - Ahorn, kleiner deutscher Maßholder, Elsdorn, Weißbaum.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 989. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c. Schmidt. Baumz. t. 13. Lauth. Diss. p. 30*)

Arbor et Frutex. Flor. April. Majo foliis jam eruptis.

Hab. in nemoribus et ad sepes ubique copiose.

Frutex, saepe arbor altus: ramis alternis oppositisque. Cortex trunci et ramorum suberosa, rimosa, in ramis junioribus laevis. Loba opposita, petiolata, mediocria, cordato - subrotunda, tenera, laete viridia, laeviter pubescentia, profunde 5 - loba: lobis obtusis, 3 mediis subtrifidis, axillis plerumque emarginatis. Petioli longi, teretes, pubescentes, plerumque rubelli. Racemi terminales, erecti, ramosi, pubescentes, bracteati. Flores virescentes: calycibus et petalis pubescentibus.

Variat foliis trilobis.

4) *A. monspessulanum* foliis trilobis integerimis glabris. *Französischer - Ahorn, Berg - Ahorn.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 991. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c. Kerner. Darstellung I. t. 3. Schmidt. Baumz. t. 14. Lauth. Diss. de Acer. p. 37.*)

A. trilobum Monch. Meth. p. 56.

Frutex. Flor. April. Majo.

Hab. in montosis dumetosis. (In dumetis et ad semitam, quae ducit a pago Mühlbach versus dex Karlsburg et circa arcem Karlsburg: copiose.)

Fru-

Frutex mediocris, rectus, ramosissimus: *ramis* oppositis. *Folia* opposita, petiolata, utrinque glaberrima, splendentia, subcoriacea, triloba: *lobis* obtusis integerrimis aequalibus. *Racemi* parvi, terminales, penduli. *Flores* ex viridi flavescentes: *pedunculis* longis inaequalibus simplicibus.

185. OENOTHERA, *Nachtkerze*,

1) *Oe. biennis* foliis ovato - lanceolatis planis, caule muricato subvillosa. *Zweijährige Nachtk. gelber Weiderich, Gartenrapunzel.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 306. Ejusd. Enum p. 408. Pers. syn. pl. I. p. 407. Hoffm. Germ. I. p. 176. De Vest. Man. bot. p. 620. Sturm. D Flor. f. 5.*)

Onagra biennis Scopol. Carniol. I. p. 269. *Mönch, Meth. p. 675.*

Bienn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in Virginia, unde 1614 in Europam venit. (Ad ripas, ad vias, sepes et pagos ubique fere)

Radix fusiformis, fibrosa, extus lutescens, intus albida, *Caulis* 3 - 4 - 5 - pedalis, erectus, ramosus, sulcatus, scaber, pubescens, superne an ulosus, inferne teretiusculus, saepe rubellus. *Folia* alterna, ovato - lanceolata, plana, glabra s. laeviter pubescentia, integra s. obsolete denticulata: *radicalia* petiolata in petiolum desinentia, *caulina* sessilia. *Flores* magni, speciosi, sulphurei, solitarii, axillares, sessiles in spicam terminalem raram dispositi. *Petala* obovata unquibus calyci et staminibus adnata. *Ger-*

men

men sessile pedunculatum quasi mentiens. *Capsulae* obsolete tetragonae, axillares, secundae.

186. EPILOBIUM, *Weiderich*.

Staminibus declinatis.

1) *E. angustifolium* foliis sparsis lineari-lanceolatis integerrimis venosis, floribus inaequalibus. *Schmalblättriger Weider*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 313. *Ejusd.* Enum. p. 410. *Hoffm.* Germ. I. p. 177. *De Vest.* Man. bot. p. 621. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 106.)

E. spicatum Pers. syn. pl. I. p. 409.

Chamaenerion angustifolium Scopol. Carniol. I. p. 271. *Mönch.* Meth. p. 677.

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in sylvaticis humidis. (In sylvis *Waldskugel*, *Gramschatz*, *Weitshöchheim*, *Irtenberg*, *Guttenberg*. In saltu *kitzingensi*, in sylva prope *Großrinderfeld* alibique satis frequens.)

Radix repens, albida. *Caulis* 3 - 4 - pedalis et altior, erectus, teres, firmus, glaber, superne ramosus, dense foliatus, plerumque rubellus. *Folia* sparsa, sessilia, lineari-lanceolata, acuminata, glabra, transverse venosa, laevia, integerrima, subinde denticulata, subtus glaucescentia. *Flores* alterni, pedunculati, speciosi in racemum terminalem aphyllum multiflorum erectum pyramidalem dispositi. *Pedunculi* ante anthesin deflexi, floriferi erecti. *Calyces* pubescentes, purpurascens. *Petala* purpurea, integra, inaequalia.

Planta imprimis florens formosissima, vix unquam extirpanda.

Staminibus erectis, petalis bifidis.

2) *E. grandiflorum* caule ramosissimo villosa, foliis oppositis alternisque semiamplexicaulibus ovato - lanceolatis hirsutis. *Großblüthiger Weider.*

(*Roth. Germ.* I. p. 167. II. p. 434. *Hoffm. Germ.* ed. 1791. p. 133. *Wib. Werth.* p. 225. *G. M. Sch. Flor. der Wetter.* II. p. 16. *Röhling Deutschl. Flor.* p. 190. *Walth. Flor.* v. Giefs. p. 308.)

E. hirsutum Willd. sp. pl. II. p. 315. *Ejusd.* Enum. I. c. *Pers. syn. pl.* I. p. 410. *Hoffm. Germ.* ed. 1800. I. p. 177. *De Vest Man. bot.* p. 621.

Chamaen. grandiflorum Moench. Meth. p. 677.

Cham. hirsutum Scopol. Carn. I. p. 270.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in paludosis, ad fossas et ripas hinc inde frequens.

Radix repens, valde fibrosa. *Caulis* 2 - 3 - 4 - pedalis, erectus, teres, villosus, a basi ramosus: ramis oppositis adscendentibus. *Folia* opposita et alterna, sessilia, amplexicaulia, subdecurrentia, lato - lanceolata, acuminata, serrata, utrinque hirsuta, mollia. *Flores* speciosi, magni, solitarii, in alis superioribus sessiles: *petalis* aequalibus bifidis emarginatis purpureis, *calyce* duplo majoribus. *Stigma* crassum, villosum, quadrifidum, lobis revolutis.

3) *E. parviflorum* foliis oppositis alternisque ovato - lanceolatis pubescentibus subpetiolatis, caule simplici villosa. *Kleinblüthiger Weider.*

(*Hoffm.*

(*Hoffm. Germ.* I. p. 178. *Wib. Werth.* l. c. *G. M. Sch. Flor. d. Wetter.* II. p. 17. *Röhl. D. Flor.* l. c. *Smith. Britan.* Vol. I. p. 410. *Gmel. Bad.* II. p. 139. *Schreb. spicileg.* p. 146.)

E. pubescens L. sp. pl. ed. *Willd.* p. 315. *EjUSD.* Enum. l. c. *Pers. syn. pl.* l. c. *Roth. Germ.* I. p. 167. II. p. 435. *De Vest. Man. bot.* p. 621. *Walsh. Flor. v. Giefs.* p. 309.

Chamaen. pubescens Moench. Meth. p. 677.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in humidis umbrosis, in sylvaticis, ad fossas, ripas et sepes fere ubique.

Radix fibrosa. *Caulis* 1 - 2 - pedalis, erectus, teres, villosus, simplex s. superne parum ramosus. *Folia* ovato-lanceolata, serrulata, utrinque pubescentia: inferiora opposita brevissime petiolata, superiora alterna sessilia, non amplexicaula. *Flores* alterni, terminales, paniculati, triplo fere minores et pallidiores, quam in praecedente.

4) *E. montanum* caule subpubescente simplici, foliis oppositis alternisque ovatis dentatis glabris, stigmatate quadrifido. *Berg - Weiderich.*

(*L. sp. pl. ed. Willd.* p. 316. *EjUSD.* Enum. l. c. *Pers. syn. pl.* p. 410. *Hoffm. Germ.* p. 178. *De Vest. Man. bot.* p. 622.)

Chamaen. montanum Scopol. Carniol. I. p. 270. *Moench. Meth.* p. 677.

Perenn. bienn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in umbrosis subhumidis, in nemorosis et sylvis ubique.

Radix fibrosa, e lutescente albida, subrepens. *Caulis* pedalis, sesquipedalis, erectus, strictus, teres, plerumque glaber s. parum pubescens, saepe rubellus, simplex, apicem versus parum divisus. *Folia* serrulata, glabra s. subvillosa: *inferiora* breviter petiolata opposita ovata acuminata, *superiora* sessilia alterna lanceolata. *Flores* parvi, axillares, solitarii, alterni, in *paniculam* terminalem foliosam paucifloram laxam dispositi. *Calyx* 4-partitus basi 4-gonus. *Peta* a dilute rubella, bifida, calyce longiora. *Stigma* pubescens, albidum, profunde quadridum.

5) *E. roseum* foliis oppositis alternisque ovato-lanceolatis petiolatis serratis glabris, stigmate indiviso. *Rosenfärbiger Weider*.

(*Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Smith.* Britan. Vol. I. p. 411. *Spreng.* Hal. p. 118. *Roth.* Germ. I. p. 168. II. p. 438. *Wibel.* Werth. p. 225. *Willd.* Enum. p. 411.)

E. montanum γ. *L.* sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 316. *De Vest.* Man. bot. p. 622.

Perenn. *Flor.* Jun. Julio.

Hab. in pratis humidiusculis, in nemorosis, ad sepes, fossas et ripas.

Radix fibrosa, albida, subrepens. *Caulis* sesquipedalis, erectus, teres, apicem versus ramosus, glaber, superne candide villosus. *Folia* ovato-lanceolata, petiolata, serrata, glabra: *inferiora* opposita, *superiora* alterna angustiora. *Flores* parvi, carnei vel pallide rosei, racemosi. *Germen* villis albis dense obsessum. *Stigma* clavatum, indivisum.

6) *E. tetragonum* caule tetragono, foliis lanceolatis denticulatis: immis oppositis, stigmatе indiviso. *Vierkantiger Weider.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 317. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c.*)

Chamaener. tetragonum Scopol. Carn. I. p. 271. *Moench. Method. p. 078.*

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in paludosis, humidis et in nemorosis. (In sylvis ad Gramschatz, Veitshöchheim et Kitzingen passim. In der Waldskugel, um breiten Holz prope Versbach et in saltu mühlhansano. Copiosius in pratis udis des Kreuzberges.)

Radix fibrosa, fusco - albida. *Caulis* pedalis, sesquipedalis, erectus, ramosus, glaber, vix pubescens, inferne praecipue obtuse tetragonus atque rubellus, superne teretiusculus. *Folia* sessilia, glabra, inaequaliter denticulata: *inferiora* opposita ovato - lanceolata, *superiora* subalterna lineari - lanceolata. *Flores* parvi, axillares, pedunculati racemum terminalem foliosum pauciflorum formantes. *Petala* profunde emarginata, purpurea vel ex albido dilute rubella. *Stigma* crassum, clavatum, primo indivisum, demum subquadrifidum.

7) *E. palustre* caule tereti glabro, foliis oppositis sessilibus lanceolatis integris, stigmatе indiviso. *Sumpf - Weiderich.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. p. 179. De Vest. M.n. bot. l. c.*)

Chamaener. palustre Scopol. Carniol. I. p. 271.
Moench. Method. p. 673.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in humidis nemorosis, paludosis, ad ripas et fossas. (In humidis fossae oppidunae passim. In umbrosis humidis sylvae gramschatzensis, guttenbergensis et kitzingensis. Ad Moeni ripas prope der Hailburg, Fahr, Marienburghausen et Karlstadt. In paludosis inter Haßfurth et Zeil alibique.)

Radix e fibris plurimis albidis. *Caulis* palmaris, pedalis et altior, erectus, teres, glabriusculus, rarius parum pubescens, persaepe rubellus. *Folia* opposita, sessilia, subamplexicaulia, nonnunquam brevissime petiolata, lineari - lanceolata, obtusiuscula, glabra, integerrima s. obsolete denticulata: *floralia* alterna. *Flores* parvi, pedunculati, axillares, solitarii in *racemum* terminalem laxum foliosum dispositi. *Petala* emarginata, subbifida, dilute rubra, quandoque albida. *Stigma* clavatum, vix apice divisum. *Pedunculi* capsulis villosis - incanis plerumque longiores.

187. VACCINIUM, Heidelbeere.

1) *V. Myrtillus* pedunculis unifloris, foliis ovatis serratis deciduis, caule angulato. *Gemeine Heidelb. Schwarzbeere.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 348. Ejusd. Enum. p. 414. Pers. syn. pl. I. p. 478. Hoffm. Germ. I. p. 180. De Vest. Man. bot. p. 623. Schkuhr. bot. Handb. t. 107. Herb. Blackw. t. 463. Knorr. thesaur. I. tab. S. 18. n. 1.*)

Vitis idaea myrtillus Mönch. *Meth.* p. 47.

Fruticulus. Flor. Maj. Junio.

Hab.

Hab. in nemoribus, praecipue montosis fere ubique.

Fruticulus palmaris, pedalis et altior, ramosissimus, dichotomus: *trunco ramisque* angulatis glabris laete viridibus. *Folia* alterna, subsessilia, ovata, serrata, glabra, supra laete viridia, subtus pallida, venosa, saepe rubella, primo autumno decidua. *Flores* axillares, pedunculati, solitarii, cernui. *Corolla* basi gibboso - inflata, ex albido - carnea, s. ex carneo - purpurea. *Bacca* globosa, succulenta, pisi majoris magnitudine, e coeruleo nigricans.

Variat saepe *corollis* et *calycibus* 5 - fidis *staminibusque* 10.

Varietas *baccis albis* apud nos rarissima. Semel modo mihi contigit, eam in *oberen Gesprait* prope *Büsensheim* invenire.

Baccae acidulae, dulcescentes, esculentae ab agricolis nostris in urbe abundanter venales exponuntur.

2) *V. Vitis idaea* racemis terminalibus nutantibus, foliis sempervirentibus obovatis revolutis integerrimis subtus punctatis. *Rothe Heidelb. Preusselbeere, Kronsbeere.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 354. Ejusd. Enum. p. 414. Pers. syn. pl. p. 480. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man bot. l. c. Knorr. thes. I. tab. S. 18. n. 2.*)

Vitis idaea punctata Moench. Method. l. c.

Fruticulus. Flor. Maj. Junio.

Hab. in sylvaticis siccis sterilibus lapidosis. (Im Steigerwald prope dem *Michelauer Berg* et versus dem *waldschwiner Hof*. In sterilibus des *Holz - et Bauersberges* prope *Bischofsheim*. In ne-

morosis versus der *Osterburg* et im *Himmeldung* ibidem alibique.)

Fruticulus palmaris et pedalis, sempervirens, *trunco ramisque alternis* subcurvatis teretibus procumbentibus, apicibus erectis. *Folia* alterna, breviter petiolata, coriacea, sempervirentia, glaberrima, nitida, obovata, obtusa, margine parum revoluta, subtus pallida, punctata, integerrima, juniora apicem versus plerumque obsolete serrata. *Racemi* terminales, breves, simplices, densi, nutantas. *Corollae* albae, ventricosae. *Stamina* 8, saepissime 10. *Baccae* maturae coccineae, splendentes, succulentae, acidae, amaricantes.

3) *V. Oxycoccus* foliis ovatis acutis integerrimis revolutis sempervirentibus, caulibus repentibus filiformibus nudis. *Moos-Heidelb. Moosbeere, Rauschgrün.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 354. Ejusd. Enum. l. c. Hoffm. Germ. p. 180. De Vest. Man. bot. p. 623. Schkuhr. bot. Handb. t. 107. Herb. Blackw. t. 593.*)

Schollera Oxycoccus Roth. Germ. I, p. 170. II. p. 442.

Oxycoccus palustris Pers. syn. pl. I. p. 419.

Fruticulus. Flor. Junio.

Hab. in paludosis turfosis, musco obductis. (Im Steigerwald versus dem *Zabelstein*, et prope *Handthal* in monte *Magdalenae*. Im *bildsteiner Gehege* prope *Hilters*, im *Honigschlag* versus *Sbhmalwasser*, in montibus sic dictis *nigris*, im *rothen Moor*, inque aliis montium *rhoenanorum* regionibus saepe frequens.)

Fruticulus minimus, debilis: *caulibus* procumbentibus repentibus radicanibus filiformibus dichotomis glabris rubicundis. *Folia* alterna, brevissime petiolata, parva, erecta, ovata, acuminata, coriacea, integerrima, glabra, parum revoluta, sempervirentia, supra viridia, subtus glauca. *Racemus* terminalis, brevissimus: *pedunculis* praelongis bracteolatis filiformibus unifloris glabris dilute purpureis apice incurvis. *Corollae* speciosae, ex albido rubellae, ad basin usque quadrifidae: *laciniis* revolutis. *Baccae* rubrae, pendulae, succulentae, acidae.

188 ERICA, Heide.

1) *E. vulgaris* antheris inclusis, stylo exserto, corollis campanulatis subaequalibus, foliis sagittatis. *Gemeine Heide, Heidekraut, Waldheide, Rehkraut.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 373. Pers. syn. pl. I. p. 422. Hoffm. Germ. I. p. 180. De Vest. Man. bot. p. 625. Schkuhr. bot. Handb. t. 107. Sturm. D. Flor. I. 1. Thunberg. Dissert. academ. Vol. II. p. 244.) Calluna vulgaris Willd. Enum. p. 415.*

Fruticulus. Flor. Julio — Septembri.

Hab. in pascuis sterilibus arenosis et juxta sylvas frequens.

Fruticulus flexuoso - erectus, palmaris, 1 - 2 - 3 - pedalis, ramosissimus *trunco* et *ramis* teretibus glaberrimis brunneis. *Rami* sparsi et verticillati, divaricato - patentes, virgati: *ramulis* oppositis brevissimis foliis tectis. *Folia* opposita, sessilia, sagittata, trigona, obtusa, tenuissime ciliata, glabra, subtus sulcata, laete viridia, quadrifariam imbricata. *Flores* terminales, spicato - racemosi, subsecundi, cernui:

pedunculis longitudine foliorum. *Calyx* duplicatus: *exterior* e foliolis 4 ovatis carinatis virentibus, *interior* multo major corollam arcte amplectens coloratus. *Corollæ* campanulata, quadripartita, carnea, purpurea, albido violacea, rarius tota nivea, calyce interiori duplo fere brevior.

189. DAPHNE, *Kellerhals, Seidelbast.*

1) *D. Mezereum* floribus sessilibus aggregatis caulinis, foliis deciduis lanceolatis. *Gemeiner Kellerh.* *Brennwarz, deutscher Pfeffer.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 415. *Ejusd.* Enum. p. 424. *Pers.* syn. pl. I. p. 434. *Hoffm.* Germ. I. p. 181. *De Vest.* Man. bot. p. 628. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 107. *Herb. Blackw.* t. 582. *Knorr.* thes. I. tab. K. 6. *Schmidt.* Baumz. t. 16. *Sturm* D. Flor. I. 1.)

Thymelæa Mezereum Moench. Method. p. 636. *Scopol.* Carniol. I. p. 276.

Frutex. Flor. Martio Aprili.

Hab. in nemorosis præsertim montosis frequens.

Frutex 2 - 4 - pedalis, erectus, ramosus: *ramis* vimineis ante foliorum exortum medio floriferis, apice demum foliatis. *Folia* alterna, sessilia, lanceolata, integerrima, glabra, tenera, decidua: *terminalia* in comam congesta. *Flores* odorati, rubri, rarius albi, sessiles, basi bracteati, subterni e quavis gemma, in racemum speciosum dispositi. *Drupa* baccata, pisi majoris magnitudine, matura coccinea, rarius lutea.

Planta tota acerrima, venenata.

190. STELLERA, *Sperlingszunge*.

1) *St. passerina* foliis linearibus, floribus axillaribus sessilibus. *Gemeine Sperlingsz.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II p. 429. Pers. syn. pl. I. p. 436. Hoffm. Germ. I. p. 182. De Vest. Man. bot. p. 659. Jacq. icon. rar. t. 68. Schkuhr, bot. Handb. t. 107.*)

Ann. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in apricis, arenosis, in vineis, inter segetes. (In agris et vineis prope *Rimpar, Arustein, Bütthardt* et *Schlüsselfeld* rarius. In vicinia der *Vögelburg* prope *Volkach*. Etiam prope *Homburg* et *Remlingen* pluries invenit *amicissim. Wibel.*)

Radix e fibris pluribus lutescentibus. *Caulis* digitalis, palmaris et pedalis, erectus, strictus, virgatus, teres, inferne plerumque ramosus: *ramis* strictis simplicibus. *Folia* alterna, sessilia, angusta, lineari-lanceolata, acuminata, patentia, integerrima, glabra. *Flores* parvi, sessiles, in alis foliorum aggregati. *Corollae* plerumque clausae, extus virides villosae, intus flavescences glabrae.

D I G Y N I A.

191. CHRYSOSPLENIUM, *Milzkraut*

1) *Ch. alternifolium* foliis alternis, caule triquetro. *Abwechslendblättriges Milzkr. Goldmilz.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 637. Ejusd. Enum. p. 458. Pers. syn. pl. I. p. 487. Hoffm. Germ. I. p. 190. De Vest. Man. bot. p. 654. Schkuhr. bot. Handb. t. 108. Sturm D. Flor. I. 12.*)

Perenn. Flor. April. Majo.

Hab.

Hab. in umbrosis humidis. (In depressis humidis der *Waldskugel* passim frequens. In humidis *sylvarum Guttenberg* et *Kitzingen*. In saltu *mühlhusano*, im *Huck* prope *Klingenstein*. In paludosis *sylvae* ad *Waldbrunn*, im *Millert* et *Neusee* ibidem. In nemorosis humidis circa *Abb. Heidenfeld* et alibi.)

Plantula vix digitalis, subcarnosa, succulenta. *Radix* subrepens, fibrosa, albida. *Caulis* erectus, plerumque triqueter, nonnunquam teretiusculus, glaber, subpilosus, simplex, superne dichotomus, corymbosus. *Folia* petiolata, cordato-reniformia, obtuse crenata, supra nitida laete viridia pilis raris albidis obsessa, subtus pallidiora glabra: *radicalia* in rosulam congesta: *caulina* alterna minora ac brevius petiolata, *floralia* subsessilia utrinque glabra. *Corymbus* terminalis, planus, foliis insidens. *Flores* parvi, sessiles, aggregati, aurei. *Semina* nitida, nigra.

Flos primordialis saepissime quinquefidus et decandrus, reliqui constanter quadrifidi octandri.

2) *Ch. oppositifolium* foliis oppositis, caule tetragono. *Entgegenstehendblättriges Milzkr. kleines Milzkraut.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 638. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 655. Sturm D. Flor. I. 4.*)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. passim cum praecedente, sed rarius. (Im *Rangen* prope *Mühlhausen* cum *Cypripedio Calceolo* in locis humidis hinc inde frequens, im *großen Holz* et ad rivum ibidem. In saltu *kitzingensi*, in *sylva ansbaccensi* prope *Abbat. Heidenfeld*. In *sylva hom-*

homburgensi versus *Böttingen*, im *Oelgrund* prope *Karsbach* et *Sachsenheim*. In *sylva guttenbergensi* alibi que haud frequens.)

Priori valde affine, a quo differt: partibus omnibus minoribus et pallidioribus, *caulibus* tetragonis tenuioribus ut plurimum decumbentibus radican-
tibus, *foliis* brevius petiolatis oppositis, et *floribus* paucioribus multo minoribus.

Etiam in hoc, uti in praecedente flos primordialis quinquefidus et decandrus saepe occurrit.

TRIGYNIA.

192. POLYGONUM, *Knöterich*.

1) *P. Bistorta* caule simplicissimo monostachyo, spica cylindrica, foliis ovatis undulatis in petiolum decurrentibus, floribus 7 - 8 - andris trigynis. *Wiesen - Knöter*, *Natterwurz*, *Krebswurz*, *Schlangenkraut*,

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 441. Ejusd. Enum. p. 427. Pers. syn. pl. I. p. 439. Hoffm. Germ. I. p. 183. De Vest. Man. bot. p. 630. Herb. Blackw. t. 254.*)

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in pratis humidis et montosis. (In pratis prope *Fahr*, *Volkach*, *Wolfsmünster*, *Waldaschach* et alibi. In fossa oppidana carolopolitana alibi que frequens.)

Radix lignosa, crassa, intorta, extus fusca, interne rubicunda, carnea, recens praecipue valde adstringens. *Caulis* 2 - 3 - pedalis, erectus, simplicissimus,

simus, teres, glaber vaginatus, articulatus: *articulis* rubicundis superne tumidis. *Folia* glabra, integerrima, supra saturate viridia, subtus glauca: *radicalia* copiosa in petiolum longum decurrentia ovata undulata in orbem congesta, *caulina* pauca alterna sessilia subundulata ovato - lanceolata vaginis amplexicaulia. *Spica* terminalis, solitaria, cylindrica, obtusa, erecta, densa, multiflora. *Flores* dilute carnei, gemini: *altero* pedunculato, *altero* sessili. *Bractee* fuscae, aridae. *Semen* triquetrum, fuscum.

2) *P. amphibium* spica ovata, floribus pentandris semidigynis, *Wasserknöter*. *Amphibienknöterich*.

(*L. sp. pl. ed. Willd* p. 443. *Ejusd.* Enum. p. 428. *Pers. syn. pl.* p. 440. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. bot. l. c.)

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in aquis stagnantibus, ad ripas et in paludosis.

Radix fibrosa, repens. *Caulis* erectus aut in aquis natans, radicans, teres, subsimplex, rubellus, geniculatus, *stipulis* membranaceis tubulosis arcte adpressis vestitus. *Folia* alterna, petiolata, supra aquam natantia, lato - s. angusto - lanceolata, glabra, laete viridia, integra aut serrulata. *Spicae* terminales, solitariae, pedunculatae, erectae, ovatae, densae, multiflorae, basi bracteatae. *Flores* pedicellati, rubri aut dilute rubelli. *Stamina* 5 calyce breviora. *Stylus* semibifidus. *Semina* plana, subrotundo - cordata.

Planta in aquis crescens *folia* habet longe petiolata lanceolata glabra, *spicas* subrotundas et *stamina* calyce breviora. (*P. aquaticum*.) Extra aquam vero proveniens *folia* subsessilia lanceolata hirsuta, *spi-*

spicas oblongas, atque stamina calyce longiora. (P. terrestre.)

3) *P. lapathifolium* spicis brevibus obtusis demum nutantibus, stipulis muticis, pedunculis scabris, floribus 6 - andris 2 - gynis, seminibus utrinque concavis. *Ampferblättriger Knöter.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 442. Pers. syn. pl. p. 439. Hoffm. Germ. p. 183. De Vest. Man. bot. p. 631.*)

P. seabrum *Mench. Method. p. 629. Walth. Flor. v. Giefs. p. 318.*

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in humidis, in cultis, ad ripas. (In fossa oppidana passim. Prope catarrhactam vor dem pleichacher Thore. In humidiusculis prope St. Veit, Erbshausen, Schwemmelsbach et Mühlhausen. In cultis hinc inde prope Aub et ad rivum ibidem.)

Radix fibrosa, albida. *Caulis* 2 - 3 - pedalis, erectus, basi quandoque decumbens, fistulosus, teres, glaber, ramosus, pallide viridis, saepissime maculis rubris notatus: *geniculis* incrassatis. *Folia* alterna, petiolata, ovato - lanceolata, integerrima, supra glabra, subtus punctato - glandulosa, immaculata aut maculis nigris sparsis obsessa: *infima* saepius obsolete dentata. *Petioli* breves, scabri. *Stipulae* arcte vaginantes muticae, non ciliatae. *Spicae* pedunculatae, oppositifoliae, breves, ovatae, obtusae, densae, erectae, demum subnutantes. *Flores* ex viridi albescentes aut dilute rubelli, 6 - andri. *Stylus* profunde bipartitus. *Semina* compressa, cordata, acuminata, nitida, medio utrinque depressa.

4) *P. Persicaria* spicis ovato - oblongis erectis, foliis lanceolatis submaculatis, stipulis ciliatis,

pedunculis laevibus, floribus 6 - andris 2 - gynis.
Pfirsichblättriger Knöter. gemeines Flöhkraut.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 446. Ejusd. Enum. p. 429. Pers. syn. pl. p. 440. Hoffm. Germ. p. 184. De Vest. Man. bot. l. c. Herb. Blackw. t. 118.*)

Ann. Flor. Julio — Septembri.

Hab. in subhumidis, ad fossas, ad ripas, ad margines agrorum et simeta ubique frequens.

Radix fibrosa, albida. Caulis pedalis, sesqui - 2 - pedalis, erectus, basi nonnunquam decumbens et radicans, teres, glaberrimus, viridis, saepe rubello maculatus: geniculis tumidis et ramis alternis patentibus. Folia alterna, in petiolum brevem decurrentia, ovato - lanceolata, integra, glabra, margine nervoque scabra, macula nigra retrorsum lunata plerumque notata. Stipulae ciliatae. Spicae terminales et axillares, oblongo - cylindricae, erectae, densae: floribus imbricatis. Calyces dilute rubelli aut albi. Stamina 6 longitudine calycis. Stylus ad medium usque 2 - quandoque 3 - fidus. Semina ovata, subtriquetra, fusca,

Variat *foliis* latioribus aut angustioribus et immaculatis,

5) *P. Hydropiper* spicis linearibus laxis nutantibus, foliis lanceolatis undulatis immaculatis in petiolum decurrentibus, stipulis subciliatis, floribus 6 - andris semi - 2 - gynis. *Scharfer Knöter, Wasserpfeffer, brennendes Flöhkraut.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 444. Ejusd. Enum. p. 428. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man.*

Man. bot. l. c. *Schkuhr. bot. Handb. t. 108. Herb. Blackw. t. 119.*)

Ann. Flor. Julio — Septembri.

Hab. in humidis, inundatis, ad fossas et ripas.

Radix e fibris multis longis albidis. *Caulis* pedalis, sesquipedalis, interdum 2 - pedalis, erectus, dichotomus, teres, glaber, rubicundo aut fusco maculatus: *geniculis* tumidis. *Folia* alterna, in petiolum brevem decurrentia, lanceolata, acuta, utrinque glabra, subundulata, integra, pallide viridia, immaculata. *Stipulae* arcte vaginantes, cylindricae, truncatae, ciliatae. *Spicae* terminales tenues, filiformes, lineares, laxae, raras, subnutantes. *Flores* parvi, e bractea bini s. terni, pallide rubri aut albidii, extus punctato - glandulosi. *Stamina* 6 calyce breviora. *Stylus* ad medium bifidus. *Semina* ovata, trigona, compressa, rufo - castanea.

Simillimum praecedenti, foliis vero, quae in eo saporem omnino mitem habent, masticatis acerrimis fere urentibus facile distinguitur.

6) *P. minus* spicis filiformibus erectiusculis, foliis lineari - lanceolatis, stipulis ciliatis, floribus 6 - andris submonogynis, caule basi radicante. *Kleiner Knöter.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 445. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c.*)

P. angustifolium Roth. Germ. II. p. 453. Hoffm. Germ. ed. 1791. p. 138. Moench. Method. p. 630. Walih. Flor. v. Giefs. p. 320.

P. Persicaria β . Linn.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab.

Hab. in humidis, inundatis arenosis, ad fossas et ripas passim frequens.

Radix valde fibrosa, albida. *Caulis* digitalis, palmaris, interdum pedalis, teres, glaber, tenuis, filiformis, valde ramosus, rubellus aut magis purpureus, decumbens et radicans, superne erectus, supra genicula incrassatus. *Folia* alterna, subsessilia, lineari-lanceolata, utrinque attenuata, plana, glabra, integra, fere avenia. *Stipulae* arcte vaginantes, truncatae, ciliatae. *Spicae* terminales et axillares, tenues, filiformes, laxae, rarae, interruptae, erectiusculae. *Flores* parvi, rubelli, rarius albidii, 5-fidi. *Stamina* 6 interdum 5 brevissima. *Stylus* apice bifidus. *Semina* ovata, triquetra, fusca.

Pro loco natali diverso aquoso, uliginoso, vel sicciori *caulibus* spithamaeis, pedalibus et altioribus, totis viridibus, atque erectis, *spicisque* contiguis maxime variat.

Folia masticata non acria.

7) *P. incanum* floribus 6 - andris 2 - gynis, spicis ovato - oblongis, foliis oblongo - lanceolatis subtus pubescentibus. *Grauer Knöter.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 446. Ejusd. Enum. p. 429. Pers. syn. pl. p. 440. β. De Vest. Man. bot. p. 631. Rehent. prod. flor. neom. p. 175.*)

P. tomentosum Schrank. Bavar. I. p. 669.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. ad ripas, ad fossas, margines agrorum et ad sepes cum P. Pers. hinc inde.

A. *P. Persicaria*, cui simillimum, differt *caulibus* adscendentibus, *foliis* subtus albidis pubescentibus, et *spicis* interruptis erectiusculis.

8) *P. aviculare* caule procumbente, foliis elliptico - lanceolatis margine scabris, floribus axillaribus 3 - andris 3 - gynis. *Vogel - Knöter. Weegtritt, Weeggras, Tausendknotenkraut.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 449. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. p. 439. Hoffm. Germ. p. 184. De Vest. Man. bot. p. 632. Sturm D. Flor. I. 1. Herb. Blackw. t. 315.*)

Ann. Flor. Junio — Septembri.

Hab. in incultis, ad vias et plateas ubique copiosissime.

Radix sublignosa, tenax, ramosa, fibrosa, albida. *Caules* plures digitales, palmares, pedales, procumbentes, teretes, filiformes, ramosi, divaricati, glabri, geniculati. *Folia* alterna, subsessilia, parva, elliptico - lanceolata, basi attenuata, interdum linearia, varie lata, integra, glabra. *Stipulae* obtusae, lacerae, scariosae, pellucidae, albidae. *Flores* parvi, axillares, subsessiles, solitarii, aut plerumque gemini et terni, quandoque conferti. *Calyces* quadripartiti, extus virides, intus albi aut rubelli. *Stamina* plerumque 8, interdum 5 et 7 calyce breviora. *Styli* 3 brevissimi. *Semen* trigonum, nitidum, fuscum.

Variat *foliis* latioribus longioribus albo - aut fusco maculatis, et *caule* erecto.

9) *P. Fagopyrum* foliis cordato - sagittatis, caule erectiusculo inermi, floribus 8 - andris 3 - gynis, seminum angulis aequalibus. *Heidekorn, Heidel, Buchweizen.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 455. Ejusd. Enum. p. 431. Pers. syn. pl. p. 441. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c. Knorr. thesaur. II. tab. F. Sturm D. Flor. I. 18.*)

Fagopyrum esculentum Mönch. Meth. p. 290.

Hab. in Asia boreali, unde initio saeculi decimi quinti in Europam venit. (Colitur in agris hinc inde. In arenosis prope der Karlsburg alibique quasi sponte provenit.)

Radix fibrosa. *Caulis* pedalis et altior, erectus, interdum obliquus, carnosus, fistulosus, fragilis, glaber, ramosus, nitidus, rubello - purpurascens. *Folia* alterna, petiolata, subtriangularia, cordato - sagittata, integra, glabra, laete viridia: *suprema* minora, sessilia. *Stipulae* virides, breves, integerrimae. *Racemi* terminales et axillares, pedunculati, fasciculati, densi, multiflori. *Flores* rosei aut albi, plerumque 8 - andri 3 - gyni. *Semina* calyce longiora, splendentia, fusca, triquetra: *angulis* aequalibus edentulis.

10) *P. Convolvulus* foliis cordatis, caule volubili angulato, laciniis calycinis obtuse carinatis. *Buchwinde, Heidelwinde, Schwarzwinde, Vogelzunge.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. p. 185. De Vest. Man. bot. p. 633.*)

Fagopyrum carinatum Mönch. Meth. p. 290.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in dumetosis, inter segetes et ad sepes.

Caulis 1 - 2 - 3 - pedalis, debilis, scandens, volubilis, subangulosus, superne ramosus. *Folia* alterna, petiolata, sagittato - cordata, acuminata, integerrima, glabra. *Stipulae* fuscae, vaginatae, truncatae. *Racemi* terminales et axillares, breves, pauciflori.

Flq-

Flores ex albido virides, nutantes: *phyllis* 3 exterioribus obtuse carinatis. *Stamina* 8: *antheris* violaceis. *Styli* 3 apice 3 - lobi. *Semen* triquetrum, obtusum, nigrum, calyce connivente inclusum.

II) *P. dumetorum* foliis cordatis, caule volubili laevi, floribus carinato - alatis, stylo brevissimo apice 3 - lobo. *Hecken - Buchwinde*, *Buschknöterich*.

(*L. sp. pl. ed Willd. l. c. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c.*)

Fagopyrum membranaceum Mönch. *Meth. l. c. Ann. Flor. Jul. Augusto.*

Hab. in dumetis, ad sepes.

A praecedente differt: *caule* multo longiore striato, *floribus* paniculatis, *phyllis* 3 exterioribus membrana pellucida dorso alatis, et *antheris* albis.

T E T R A G Y N I A.

193. P A R I S, *Einbeere*.

I) *P. quadrifolia* foliis quaternis, caule simplicissimo. *Vierblättrige Einb. Wolfsbeere, Pariskraut.*

(*L. sp. pl. ed Willd. II. p. 471. Ejusd. Enum. p. 433. Pers. syn. pl. I. p. 446. Hoffm. Germ. I. p. 185. De Vest. Man. bot. p. 633. Schkuhr. bot. Handb. t. 109. Herb. Blackw. t. 286. Sturm. D. Flor. I. 12.*)

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in nemorosis umbrosis subhumidis ubique.

Radix repens, teres, geniculata, extus brunnea, intus albida. *Caulis* palmaris et pedalis, erectus, teres, glaber, striatus, simplicissimus. *Folia* ad apicem caulis 4 sessilia, verticillata, ovata, integerrima, glabra, patentia. *Flos* terminalis, solitarius, pedunculatus, e luteo virescens. *Bacca* nigra, globosa, obsolete quadrisulcata, carnosa.

Variat *foliis* tribus et quinque.

Planta narcotica, virescens.

194. ADOXA, Bisamkraut.

1) *A. moschatellina* foliis binis oppositis 3-lobis incis. *Wahres Bisamkr. Bisam - Erdrauch.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 472. Ejusd. Enum. p. 433. Pers. syn. pl. I. p. 446. Hoffm. Germ. I. p. 185. De Vest. Man. bot. p. 634. Schkuhr. bot. Handb. t. 109.*)

Moschatella Adoxa Scopol. Carn. I. p. 281.

Moschatellina tetragona Moench. Meth. p. 478.

Perenn. Flor. Martio — Majo.

Hab. in nemorosis, ad sepes. (In subhumidis umbrosis *sylvae guttenbergensis, stettensis* et im *Oelgrund* raro. Etiam ad sepes prope *Mürsbach* et *Gerolzwind* in satrapia *Ebern* specimina multa legi.)

Plantula tenerrima, mane praecipue moschum subredolens. *Radix* fasciculata, squamosa, carnosa, albida, stolonifera. *Caulis* spithamaeus, erectus, simplex, tetragonus, glaber, tenuis, inferne nudus, superne bifolius. *Folia* opposita, petiolata, triloba, incisa, glabra, laete viridia, subtus splendentia: *radicale* plerumque solitarium longius petiolatum. *Capitu-*

pitulum terminale, solitarium, pedunculatum, cuboideum, subquinqueflorum. *Flores* sessiles, viridilutescentes: *terminali* 4 - fido 8 - andro, *lateralibus* 5 - fidis 5 - andris. *Bacca* parva, ovato - globosa, ex viridi lutescens *Moschi* odore.

Duratio brevissima. Initio *Junii* nondum conspicua.

 CLASSIS IX.

 ENNEANDRIA.

HEXAGYNIA.

195. BUTOMUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 693. De Neck. el. bot. n. 1063. Borkh. tent. n. 127.

Involucrum breve 3 - phyllum. *Cal. o. Petala* 6, *alterna* majora. *Caps. 6 polyspermae introrsum dehiscentes.*

CLASSIS IX.

ENNEANDRIA.

HEXAGYNIA.

195. BUTOMUS, *Wasserviole*.

1) *B. umbellatus* floribus umbellatis, staminibus receptaculo insertis. *Geschirmte Wasserv. Wasserlisch, Blumenbinse.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 491. Ejusd. Enum. p. 436. Pers. syn. pl. I. p. 451. Hoffm. Germ. I. p. 186. De Fest. Man. bot. p. 636. Schkuhr. bot. Handb. t. III. Sturm. D. Flor. I. 18.*)

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. ad moeni ripas et in fossa oppidana passim.

Radix tuberosa, fibrosa, albida. *Scapus* 2-3-4-pedalis, erectus, firmus, teres, glaber, nudus, simplicissimus, foliis altior. *Folia* omnia radicalia, erecta, ensiformia, angusta, integerrima, glabra, spongiosa, inferne triquetra, superne plana, acuta. *Umbella* terminalis, formosa, simplex, multiflora. *Pedunculi* longi, erecti, uniflori, basi bracteati. *Petala* magna, concava, albido-purpurea, s. rosea, alterna minora.

C L A S S I S X.

D E C A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

196. D I C T A M N U S.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 726. De Neck. el. bot. n. 1071. Borkh. tent. n. 120.

Cal. 5 - phyllus. Petala 5 inaequalia patula sub-unquiculata. Filam. punctis glandulosis adspersa declinata. Caps. 5 coalitae 2 - valves introrsum elasticæ dehiscentes.

197. M O N O T R O P A.

L. Gen. pl. ed. Schreb. n. 737. De Neck. el. bot. n. 1198. Borkh. tent. n. 81.

Cal. 4 - 5 - phyllus: foliolis erectis lanceolatis coloratis, basi excavatis melliferis. Petala 4 - 5 - erecta oblonga basi gibba. Caps. ovata 5 - valvis polysperma.

198. P Y R O L A.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 752. De Neck. el. b. n. 361. Borkh. tent. n. 61.

Cal. 5 - partitus. *Petala* 5 aequalia subrotunda.
Caps. supera 5 - locularis polysperma angulis dehis-
 cens.

DIGYNIA.

199. SAXIFRAGA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 764. *De Neck. el. bot. n.* 1204. *Borkh. tent. n.* 52.

Cal. 5 - partitus carnosus persistens. *Petala* 5 pa-
 tentia. *Caps.* 2 - rostris 1 - locularis polysperma.

200. SCLERANTHUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 767. *De Neck. el. bot. n.* 938. *Borkh. tent. n.* 007.

Cal. 1 - phyllus campanulatus 5 - fidus superus
 persistens. *Cor.* o. *Stam.* calyci insidentia. *Sem.* 1
 calyce corticato tectum.

201. GYPSOPHILA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 768. *De Neck. el. bot. n.* 862. *Borkh. tent. n.* 57.

Cal. 1 - phyllus campanulatus angulatus 5 - parti-
 tus persistens. *Petala* 5 ovata sessilia. *Caps.* globo-
 sa 1 - locularis 5 - valvis polysperma.

202. SAPONARIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 769. *De Neck. el. bot. n.* 864. *Borkh. tent. n.* 54.

Cal.

Cal. 1 - phyllus 5 - dentatus cylindricus aut ventricosus, basi nudus. *Petala* 5 unquiculata. *Caps.* oblonga 1 - locularis.

203. DIANTHUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 770. De Neck. el. b. n. 873. Borkh. tent. n. 53.

Cal. 1 - phyllus cylindricus 5 - dentatus, basi squamis auctus. *Petala* 5 unquiculata. *Caps.* cylindrica 1 - locularis apice dehiscens.

TRIGYNIA.

204. CUCUBALUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 771. De Neck. el. bot. n. 870. Borkh. tent. n. 59.

Cal. subinflatus 5 - dentatus. *Petala* 5 unquiculata absque denticulis ad faucem. *Caps.* 3 - locularis polysperma.

205. SILENE.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 772. De Neck. el. bot. n. 869.

Cal. subventricosus 5 - dentatus. *Petala* 5 ad faucem denticulis coronata. *Caps.* subovata sub - 3 - locularis polysperma.

206. STELLARIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 773. De Neck. el. bot. n. 853. Borkh. tent. n. 73.

Cal.

Cal. 5 - phyllus: *florens patens.* *Petala* 5 2 - partita. *Caps.* 1 - locularis polysperma ovata, *ore* 6 - dentato.

207. ARENARIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 774. De Neck. el. b. n. 850. Borkh. tent. n. 75.

Cal. 5 - phyllus patens. *Petala* 5 integerrima sub-persistentia. *Caps.* 1 - locularis apice dehiscens polysperma.

PENTAGYNIA.

208. SEDUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 789. De Neck. el. b. n. 1008. Borkh. tent. n. 118.

Cal. 5 - fidus erectus persistens. *Petala* 5 lanceolata patentia. *Squamae nectariferae* 5 ad germinis basin. *Caps.* plures superae polyspermae introrsum dehiscentes.

209. OXALIS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 794. De Neck. el. bot. n. 1270. Borkh. tent. n. 60.

Cal. 5 - phyllus persistens. *Petala* 5 unquibus connexa. *Stam.* sub - 1 - adelphia, alterna longiora. *Caps.* supera 5 - locularis 5 - gona angulis dehiscens. *Sem.* arillata.

210. AGROSTEMMA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 795. De Neck. el. bot. n. 868. Borkh. tent. n. 56.

Cal.

Cal. 1 - phyllus ventricosus angulosus coriaceus
5 - dentatus. *Petala* 5 unquiculata: limbo obtuso in-
diviso. *Caps.* 1 - locularis ore 5 - dentato apice 5 -
fariam dehiscens.

211. LYCHNIS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 796. De Neck. el. bot. n. 866.

Cal. 1 - phyllus oblongus tubulosus 5 - dentatus.
Petala 5 sub - 2 - fida ad unques coronata. *Caps.* 1 -
3 - 5 - locularis.

212. CERASTIUM.

L. Gen. pl. ed. Schreb. n. 797. De Neck. el. bot. n. 852. Borkh. tent. n. 74.

Cal. 5 - phyllus erectus. *Petala* 2 - fida. *Caps.*
oblonga aut subrotunda cartilaginea 1 - locularis ore
10 dentato apice dehiscens.

213. SPERGULA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 798. De Neck. el. bot. n. 851. Borkh. tent. n. 76.

Cal. 5 - phyllus persistens. *Petala* 5 integerrima
fugacia. *Caps.* ovata 1 - locularis 5 - valvis.

CLASSIS X.

DECANDRIA.

MONOGYNIA.

196. DICTAMNUS, *Diptam.*

1) *D. albus* caule simplici, foliis pinnatis. *Weißer Diptam, Escherwurz.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 541. Ejusd. Enum. p. 446. Hoffm. Germ. I. p. 187. De Fcst. Man. bot. p. 646. Schkuhr. bot. Handb. t. 114. Sturm D. Flor. I. 6. Jaquin. Austr. t. 428. Herb. Blackw. t. 75.*)

D. Fraxinella Pers. syn. pl. I. p. 464.

Fraxinella dictamnus Mönch. Method. p. 68.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in asperis sylvaticis. (In sylvâ viti-hoechheimensi et waldbüttelbronnensi. In nemorosis ad Gerbrum, Theilheim, Ochsenfurth, Stetten et Thiingen. Ad montes Kalmut, Kalbenstein et alibi.)

Tota planta graveolens, viscida. *Radix* crassa, lignosa, tortuosa, amara, aromatica, extus flavicans, intus alba. *Caulis* pedalis, sesquipedalis et altior, erectus, teres, striatus, simplex, superne praecipue pilis resinosis glandulosis rubellis obsessus. *Folia* alterna, pinnata: *foliolis* oppositis sessilibus ovatis acutis

tis serratis glabris. *Flores* magni, speciosi, pedunculati in racemum terminalem erectum compositum dispositi. *Petala* albida s. dilute rubella, venis purpureis percussa, inaequalia: 2 sursum flexa, 2 oblique ad latera sita, *uncum* deflexum. *Filamenta* et *germina* glandulis punctiformibus fuscis viscidis adspersa.

197. MONOTROPA, *Ohrblatt*.

1) *M. Hypopithys* flore terminali decandro, lateralibus octandris. *Fichten - Ohrbl. Fichtenspargel, Wurzelsauger, Waldwurz.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 573. Pers. syn. pl. I. p. 469. Hoffm. Germ. I. p. 187. De Vest. Man. bot. p. 646. Schkuhr. bot. Handb. t. 116. Sturm, D Flor. I. 13.*)

Hypopithys multiflora Scopol. Carniol. I. p. 285.

H. monotropa Mönch. Meth. p. 306.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in umbrosis ad radices Pini, Fagi et Querci parasitica.

Planta succulenta, carnosa, nitida, ex luteo albida, demum nigricans. *Scapus* digitalis, palmaris, erectus, teres, simplex, crassiusculus, aphyllus, *squamis* ovatis obtusis fuscis tectus. *Flores* breviter pedunculati, cernui, in *racemum* terminalem dispositi: *laterales* 8 - petali 8 - andri, *terminalis* 10 - petalus 10 - andrus. *Petala* inaequalia, decidua, subcarnosa lignei coloris.

198. PYROLA, *Wintergrün, Birnkraut.*

1) *P. rotundifolia* foliis obovalibus, staminibus adscendentibus, pistillo declinato, racemo multifloro. *Rundblättriges Wintergr. gemeines Birnkr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 621. Ejusd. Enum. p. 456. Pers. syn. pl. I. p. 483. Hoffm. Germ. I. p. 189. De Vest. Man. bot. p. 644. Sturm D. Flor. I. 13. Herb. Blackw. t. 594.*)

P. declinata *Mönch. Meth. p. 71.*

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in umbrosis sylvaticis submontosis passim frequens.

Radix repens, fusco - albida. *Caulis* palmaris et altior, erectus, simplex, nudus, subangulatus. *Folia* radicalia in orbem digesta, petiolata, subrotunda, plana, firma, glaberrima, obsolete serrata. *Racemus* terminalis, simplex, erectusculus, laxus, multiflorus. *Pedunculi* alterni, subnutantes, uniflori, basi *bractea* lanceolata albida suffulti. *Corollae* majusculae, patentes, albidae vel rubellae: *petalis* concavis, *Stamina* deorsum curvata. *Stylus* declinatus stamina superans.

2) *P. minor* floribus racemosis dispersis, staminibus pistilloque rectis. *Kleines Wintergr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. p. 190. De Vest. Man. bot. l. c. Sturm D. Flor. I. 13.*)

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in nemorosis umbrosis. (Im Oelgrund prope Sachsenheim, in nemorosis des Reußenberges, pro-

prope *Wolfsmünster*, *Böttingen* et *Gemünden*. In nemore prope *Mühlhausen* alibique rarius.)

Similis praecedenti, sed omnibus in partibus minor. *Racemus* brevior, densior, erectus, e *floribus* multo pluribus, albidis vel rubellis, magis campanulato-globosis compositus. *Stamina* et *pistilla* recta. *Stigma* peltatum, convexum. *Folia* evidenter crenata.

3) *P. secunda* racemo unilaterali. *Einseitigblühendes Wintergr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 645. Sturm D. Flor. I. 13.*)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in sylvaticis umbrosis. (In locis demissis umbrosissimis *sylvae Haldskugel* raro. In nemorosis prope *Leinach*, im großen *Holz* prope *Mühlhausen*, in *sylva stettensi* versus *Stetten ad Werram*, in *sylvis* prope *Uettingen* et alibi hinc inde.)

Caulis erectus, interdum procumbens, simplex aut rarius ramosus. *Folia* ovata, acuta, leviter crenata. *Racemus* longus, simplex, unilateralis, apice recurvus: *floribus* albis pendulis. *Stigma* verrucis 5 pertusis. Coeterum cum prioribus convenit.

4) *P. uniflora* caule unifloro. *Einblüthiges Wintergr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 622. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c. Schkuhr. bot. Handb. t. 119.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in sylvaticis. (Im *Oelgrund* et in monte *Sodenberg* rarissima.)

Folia in orbem congesta, rotunda, crenata, in petiolulum decurrentia. *Caulis* digitalis, erectus, simplicissimus, teres, aphyllus. *Flos* pedunculatus, terminalis, solitarius, nutans, albus, odore fere *Convallariae majalis*.

D I G Y N I A.

199. SAXIFRAGA, Steinbrech.

1) *S. Tridactylites* foliis cuneiformibus trifidis, radice fibrosa. *Sand - Steinbr. dreitheiliger Steinbrech.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 654. Ejusd. Enum. p. 461. Pers. syn. pl. I. p. 490. Hoffm. Germ. I. p. 195. De Vest. Man. bot. p. 661.*)

Ann. Flor. April. Majo.

Hab. in arenosis humidiusculis, ad muros, rupes et sepes ubique.

Radix fibrosa. *Caulis* uncialis, digitalis, raro altior, erectus, teres, dichotomus, interdum simplex, pilosus, viscidus, inferne plerumque rubicundus. *Folia* crassiuscula, pubescentia, viscida, viridia, saepe fusco - rubella: *radicalia* petiolata, in orbem digesta, obovato - lanceolata, obtusa, integra aut trifida: *caulina* alterna, sessilia, cuneiformia, bi- aut trifida, *summa* lanceolata integra. *Pedunculi* laterales et terminales, longi, nudi, uniflori, villosi, ante anthesin nutantes. *Flores* parvi: *petalis* obovatis albis. *Calyx* rubellus, villosus - viscidus.

In locis magis humidis planta tota viridis et succulentior evadit.

2) *S. granulata* foliis reniformibus lobatis, radice granulata. *Körniger Steinbr. weißer Steinbr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 651. Eju-d. Enum. l. c. Pers. syn. pl. p. 489. Hoffm. Germ. p. 194. De Vest. Man. bot. l. c. Schkuhr. bot. Handb. t. 119. Sturm D. Flor. l. 6. Hert. Blackw. t. 56.*)

Perenn. Flor. Aprili — Junio.

Hab. in pratis siccis, ad margines viarum inque collibus passim copiose.

Radix granulata, carnosae, fibrosa, imbricata. *Caulis* palmaris et pedalis, erectus, teres, villosus, subviscosus, superne dichotomus, inferne rubicundus. *Folia* subhirsuta, villosa, hinc viridia: *radicalia* in orbem congesta, in petiolum decurrentia, reniformia, lobata: *lobis* obtusis crenatis, *caulina* alterna, brevius petiolata, palmata, *summa* sessilia lanceolata integerrima. *Flores* pedunculati, terminales, fasciculati. *Calyx* piloso-glandulosus. *Petala* obovata, obtusa, alba. *Bractae* lanceolatae.

200. SCLERANTHUS, Knauel.

1) *Sc. annuus* calycibus fructus patulis acutis, caulibus patentibus. *Jähriger Knauel.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 660. Ejusd. Enum. p. 463. Pers. syn. pl. l. p. 491. Hoffm. Germ. l. p. 196. De Vest. Man. bot. p. 654.*)

Knauel annuum Scopol. Carniol. l. p. 298.

Ann. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in agris arenosis inque collibus aridis fere ubique.

Radix parva, fibrosa, alba. *Caules* plures, digitales, sesquidigitales, teretes, debiles, subpubescentes, dichotomi, patentissimi. *Folia* opposita, conato - sessilia, lineari - subulata, glabra, basi subciliata. *Flores* parvi, viriduli, in caulis divisuris sessiles, ad apicem fasciculati. *Calycis lacinae* acutae, margine submembranaceae, semper patulae.

Variat *staminibus* 5 et 8. *Caules* demum prostrati.

2) *Sc. perennis* calycibus fructus clausis obtusis, caulibus procumbentibus. *Ausdauernder Knauel*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 661. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c. Schkuhr. bot. Handb. t. 120.*)

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in campis arenosis, in collibus et montosis sterilibus fere ubique.

Habitus praecedentis, a quo differt: *colore* totius plantae cano, demum rubicundo, *radice* perenni, *caulibus* prostratis, *foliis* crassioribus, brevioribus, margine albo - membranaceis, *laciniis calycinis* obtusis, manifeste albido - marginatis, seminiferis conniventibus.

201. GYPSOPHILA, *Gypskraut*.

1) *G. muralis* foliis linearibus planis, calycibus nudis, petalis inaequaliter crenatis, caule dichotomo. *Mauer - Gypskr. Mauernelke*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 666. Ejusd. Enum. p. 464. Pers. syn. pl. I. p. 492. Hoffm. Germ. I. p. 196. De Vest. Man. bot. p. 664. Schkuhr. bot. Handb. t. 120. Sturm D. Flor. I. 1.*)

Ann. bienn. Flor. Julio — Septembri.

Hab.

Hab in campis arenosis, inter stipulas, in vineis et ad muros hinc inde.

Caulis uncialis, digitalis et major, erectus, filiformis, scabriusculus, dichotomus: ramis oppositis divergentibus. *Folia* opposita, sessilia, angustissima, graminea, linearia, obtusiuscula, glabra. *Pedunculi* terminales et axillares, solitarii, uniflori. *Calyx* campanulatus, basi squamis destitutus. *Petala* parva, carnea, venis saturatoribus picta, apicem versus inaequaliter crenata.

202. SAPONARIA, Seifenkraut.

1) *S. officinalis* floribus fasciculatis, calycibus cylindricis, foliis elliptico - lanceolatis. *Gemeines Seifenkr. Waschkraut.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 667. Ejusd. Enum. p. 464. Pers. syn. pl. I. p. 492. Hoffm. Germ. I. p. 197. De Vest. Man. bot. p. 664. Schkuhr. bot. Handb. t. 121. Sturm D. Flor. I. 6. Herb. Blackw. t. 113. Knorr. thesaur. I. tab. S. 17.*)

Lychnis officinalis Scopol. Carn. I. p. 303.

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in arenosis inundatis, ad vias, ad sepes et ripas copiose.

Radix praelonga, cylindrica, geniculata, externe rubicunda, interne albida. *Caulis* 2 - pedalis et altior, erectus s. obliquus, teres, geniculatus, glaber, superne ramosus, laete viridis, in siccissimis plerumque rubicundus. *Folia* opposita, connato - sessilia, elliptico - lanceolata, lata, trinervia, integerrima, glabra. *Flores* speciosi, magni, breviter pedunculati, suaveolentes, terminales, corymboso - fasciculati.

Pe-

Petala albida s. dilute carnea, integra, fauce coronata. *Germen* pedicellatum.

2) *S. Vaccaria* floribus solitariis, calycibus pyramidatis pentagonis, foliis ovatis acuminatis. *Acker-Seifenkr. Kuhkraut, Erdweich.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 668. Ejusd. Enum l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c.*)

Lychnis Vaccaria Scopol. Carn. l. c.

Vaccaria pyramidata G. M. Sch. Flor. d. Wetter. II. p. 88.

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. inter segetes aestivas passim frequens.

Radix fibrosa, albida. *Caulis* pedalis et altior, erectus, teres, glaber, articulatus, pallide viridis, a basi statim ramosus. *Folia* opposita, connato-sessilia, amplexicaulia, ovata, acuminata, integerrima, glabra, glauco-viridia. *Pedunculi* terminales et axillares, erecti, longi, solitarii, uniflori. *Calyx* amplus, pyramidatus, exacte quinqueangularis. *Flores* inodori. *Petala* calyce vix longiora, serrata, rosea. *Germen* sessile.

203. DIANTHUS, Nelke.

Floribus aggregatis.

1) *D. carthusianorum* floribus subaggregatis, squamis calycinis ovatis aristatis tubo brevioribus, involucre oblongo aristato capitulo brevioris, foliis linearibus trinerviis. *Karthäusernelke, Feldnelke, Donnernelke, Blutnägelein.*

(*L.*

(L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 671. *Ejusd.* Enum. p. 467. *Pers.* syn. pl. I. p. 493. *Hoffm.* Germ. I. p. 198. *De Vest.* Man. bot. p. 665.)

Tunica carthusianorum Scopol. Carn. I. p. 299.

Caryophyllus carthusianorum Moench. Method. p. 59.

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in pratis et collibus graminosis ubique copiosissime.

Caulis palmaris et altior, erectus, teres, geniculatus, simplicissimus, scabriusculus. *Folia* opposita, basi connata, vaginantia, lineari-lanceolata, stricta, trinervia: nervis basi conniventibus. *Flores* terminales, aggregati, fasciculati, interdum solitarii, inodori, longe pedunculati et sessiles. *Squamae* ad basin calycis 4 - 7 obovato-cuneiformes, aristatae, calyce breviores. *Calyx* e rubello purpurascens. *Petalum* plana, truncata, crenata, supra pilosa, purpurea, rarius alba. *Stigmata* reflexa.

2) *D. Armeria* floribus aggregatis fasciculatis; squamis calycinis lanceolatis villosis tubum aequantibus. *Wilde Nelke.*

(L. sp. pl. ed. Willd. p. 673. *Pers.* syn. pl. I. c. *Hoffm.* Germ. I. c. *De Vest.* Man. bot. p. 666 *Schkuhr.* bot. Handb. t. 121.)

Caryophyllus armerius Moench. Meth. I. c.

Ann. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in pascuis aridis, ad margines agrorum, in vineis inque sylvis caeduis. (In aridis prope Thüngen et ad margines agrorum prope Stetten raro. In vineis prope Retzbach, Karsbach et in

monte *Kalbenstein*. In sylvaticis siccis im *Oelgrund*, in *sylva guttenbergensi*, et im *Haag* juxta *der Karlsburg*. Ad muros arcis *Reichelsberg* prope *Aub*. In collibus aridis circa *der Waldskugel* et alibi.)

Caulis palmaris, pedalis, sesquipedalis, erectus, basi plerumque incurvus, teres, articulatus, scabriusculus, superne dichotomus: *ramis* strictis. *Folia* opposita, basi connata, lineari - lanceolata, pilosa, carinata, integra, enervia, erecta. *Flores* terminales, subsessiles, erecti, plerumque terni et quaterni, quandoque plures congesti, inodori. *Calyx* pubescens, *squamis* 2 - 4 longitudine tubi striatis villosis lanceolatis, apice patulis, basi connatis. *Petala* plana, superne latiora, glabra, serrata, rubra, versus basin punctis albidis notata. *Stigmata* erecta, divaricata.

3) *D. prolifera* floribus aggregatis capitatis, squamis calycinis ovatis obtusis muticis scariosis tubum superantibus. *Sprossende - Nelke, Knopfnelke*.

(*L. sp. pl. ed Willd. l. c. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c.*)

Tunica prolifera *Scopol. Carniol. I. p. 299.*

Caryophyllus aridus *Mönch. Meth. p. 59.*

Ann. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in agris arenosis, inter segetes, in collibus apricis et ad muros frequens.

Caulis palmaris, pedalis et altior, erectus, strictus, geniculatus, glaber, simplex aut superne dichotomus: *ramis* alternis erectis. *Folia* opposita, basi connata, linearia, glabra, margine scabriuscula. *Flores* parvi, inodori, sessiles, aggregati, in *capitulum*
ter-

terminale densum congesti. *Squamae* calycinae praemagnae, ovatae, obtusae, muticae, apice crenulatae, scariosae: *interiores* calycis longitudine, *exteriores* breviores. *Petala* obovata, obtusa, avenia, integerrima, apice emarginata, carnea.

Floribus solitariis.

4) *D. deltoides* floribus solitariis, squamis calycis ovato - lanceolatis acutis subbinis, foliis obtusiusculis subpubescentibus, petalis crenatis. *Wiesennecke, Heidenelke.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 676. Ejusd. Enum. p. 469. Pers. syn. pl. p. 494. Hoffm. Germ. p. 199. De Vest. Man. bot. l. c.*)

Caryophyllus deltoides Mönch, Meth. l. c.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in nemoribus ericetosis, in collibus apricis et pratis siccioribus passim.

Caulis digitalis, palmaris et altior, debilis, articulatus, teres, leviter pubescens, ramosus, ante florescentiam plerumque decumbens, sub anthesi erectus. *Folia* lineari - lanceolata, integra, glabriuscula, margine scabra: *radicalia* cespitosa, *caulina* opposita, connato - sessilia. *Pedunculi* terminales, longi, solitarii, uniflori. *Calyx* cylindricus, striatus, subpubescens, pallide purpurascens, 5 - dentatus: *dentibus* setaceis. *Squamae* ad calycis basin 2 oppositae, ovato - lanceolatae, mucronatae, calyce duplo breviores. *Petala* subdeltoidea, inaequaliter crenata, purpurea, superne punctis argenteis aut macula unica deltoidea notata.

Variat *petalis* albis.

5) *D. superbus* floribus solitariis paniculatis, squamis calycinis ovatis acutis, petalis multifido - capillaribus. *Zottige Nelke, Prachtnelke.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 679. Ejusd. Enum. p. 470. Pers. syn. pl. p. 495. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 667.*)

Caryophyllus superbus Moench. Method. l. c. Bienn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in nemorosis montosis. (In sylvis Gramschatz, Waldskugel, Veitshöchheim, Guttenberg, Stetten et alibi non adeo infrequens.)

Caulis sesquipedalis et altior, erectus, basi incurvus, teres, glaber, articulatus, superne ramosus. *Folia* opposita, basi connata, lineari - lanceolata, integerrima, glabra, laete viridia. *Pedunculi* terminales, subtrigoni, uniflori, solitarii aut bini. *Flores* vespere imprimis et mane fragrantissimi, paniculati. *Calyx* tubulosus, cylindricus, striatus, glaberrimus, 5 - dentatus: *squamis* ad basin ovatis, acuminatis, subviolaceis, tubo duplo brevioribus. *Petala* multifido - laciniata, ex albido violacea, versus faucem pilis flavis praedita: *unquibus* calyce longioribus.

TRIGYNIA.

204. CUCUBALUS, *Taubenkropf, Kukubal.*

1) *C. Behen* calycibus globosis reticulato - venosis, petalis semibifidis fauce subnudis. *Gemeiner Taubenkr. weißer Behen, Schaumröslein, Kernkraut.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 684. Ejusd. Enum. p. 470. Pers. syn. pl. I. p. 495. Hoffm. Germ. I.*

p. 200. *De Vest. Man. bot.* p. 658. *Schkuhr. bot. Handb.* t. 121. *Knorr. thesaur.* II. tab. L. 4. *Herb. Blackw.* t. 268.)

Lychnis Behen Scopol. Carniol. I. p. 305.

Silene inflata Smith. Britann. II. p. 467.

S. Cucubalus Wibel. Werth. p. 241.

Behen vulgaris Moench. Method. p. 709.

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in pratis siccioribus, in versuris et pomariis ubique.

Caulis sesquipedalis et altior, erectus, basi decumbens, teres, articulatus, glauco - viridis, inferne subpubescens, superne glaber, dichotomus. *Folia* opposita, connato - sessilia, ovato - lanceolata, acuminata, integerrima, subcarnosa, laevia aut subciliata, glauco - viridia. *Flores* pedunculati, terminales, nutantes, albi, in paniculam laxam dichotomam dispositi. *Pedunculi* uniflori. *Calyx* maxime inflatus, ovatus, glaber, purpureo viridique reticulatus. *Petala* profunde bifida, margine crenulata.

Variationem *floribus tetragynis*, aliamque *floribus dioicis* aliquando observavi.

2) *C. Otites* calycibus nervosis, petalis linearibus indivisis nudis. *Acker - Taubenkr. Ohrlöffelkraut.*

(*L. sp. pl. ed. Willd.* p. 688. *Ejusd. Enum.* p. 471. *Hoffm. Germ.* l. c. *De Vest. Man. bot.* p. 669.)

Silene Otites Pers. syn. pl. I. p. 497. *Smith. Brit.* II. p. 469. *Wib. Werth.* l. c.

Lychnis Otites Scopol. Carniol. I. c.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab.

Hab. in arenosis siccis, lapidosis, in versuris, ad margines agrorum et vinearum passim frequens.

Caules plerumque plures, pedales et altiorem, erecti, teretes, geniculati, subpubescentes, simpliciusculi, hinc inde, superne praecipue viscosi. *Folia* spathulata, hirta, firma, integra: *radicalia* in cespitem congesta, in petiolum decurrentia, *caulina* opposita, connato - sessilia, angustiora, minus hirta, saepe viscosa. *Flores* terminales, pedunculati, parvi, masculi et foeminei plerumque in diversa planta. *Pedunculi* subverticillati, dichotomi, glabri s. viscosi. *Calyx* tubulosus, nervosus, pubescens. *Petalata* linearia, indivisa, nuda, apice incurva, ex viridi-albo flavicantia.

Flores masculi paulo majores: *calyce* subrubro, *foeminei* minores: *calyce* viridi - striato.

Variat statura majori et floribus hermaphroditis.

205. SILENE, *Leimkraut.*

1) *S. baccifera* calycibus campanulatis, fructiferis cernuis inflatis, petalis distantibus, capsulis coloratis, ramis divaricatis. *Beerentrages Leimkr.*, *klimmender Meyer*, *Hühnerbiß.*

(*L. sp. pl. ed. Willd.* II. p. 700. *Ejusd Enum.* p. 476. *Hoffm. Germ.* I. p. 202. *Roth. Germ.* I. p. 192. II. p. 493. *Spreng. Hal.* p. 131. *Wib. Werth.* p. 241.)

Cucubalus bacciferus Linn. *Pers. syn. pl.* I. p. 496. *Smith. Britann.* II. p. 464.

C. horizontalis Moench. *Meth.* p. 711.

Lychnis baccifera Scopol. Carn. I. p. 306.

Viscago baccifera De Vest. Man. bot. p. 668.

Scribaea divaricata G. M. Sch. Flor. der Wetter. II. p. 96.

Lychnanthus scandens Gmel. Bad. II. p. 250.

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in nemorosis, ad sepes. (In *sylva guttenbergensi, kitzingensi et stettensi* passim. Im *Taenn* inter *Dürnbach et Versbach* raro. Im *oberen Gesprait* prope *Busensheim*, in der *Breit* prope *Wülfershausen* et im *Huck* prope *Wipfeld*. Ad *sepes* prope *Volkach, Haßfurth* et alibi.)

Caulis praelongus, debilis, scandens, teres, geniculatus, piloso - scabriusculus, ramosissimus: *ramis* oppositis, divaricatis, subdichotomis. *Folia* opposita, in petiolum brevem decurrentia, ovata, acuminata, integra, scabriuscula, laete viridia. *Pedunculi* terminales et axillares, breves, solitarii, uniflori, ebracteati. *Flores* albido - virentes, nutantes. *Calyx* campanulatus, membranaceus, pubescens, ex viridi incanus: *fructiferus* amplissimus inflatus cernuus. *Petal* a distantia, bifida, crenata: *unquibus* praelongis et *denticulis* ad faucem. *Bacca* globosa, nigra, nitida, pulposa.

2) *S. nutans* floribus paniculatis secundis cernuis, petalis bifidis, foliis lanceolatis pubescentibus. *Ueberhängendes Leimkr. weiße Silene.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 694. Ejusd. Enum. p. 474. Pers. syn. pl. p. 496. Hoffm. Germ. p. 201. De Vest. Man. bot. p. 670. Schkuhr. bot. Handb. t. 122.*)

Lychnis nutans Scopol. Carn. I. p. 309.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab.

Hab. in montosis nemorosis, ad muros et rupes ubique.

Caules plerumque plures, pedales et altiores, erecti vel basi modo incurvi, teretes, articulati, villosi, superne subviscidi ramosi. *Folia* utrinque pubescentia, scabra, integra, saepe undulata: *radicalia* in orbem congesta ovata acuminata, *caulina* opposita sessilia basi connata lanceolata. *Flores* terminales, breviter pedunculati, secundi, cernui, paniculati. *Calyx* cylindricus, villosus, *striis* 10 viridibus notatus. *Petalata* bifida, apice crenulata, ad faucem denticulis coronata.

3) *S. noctiflora* calycibus 10 - angularibus: dentibus tubum subaequantibus, petalis bifidis obtuse coronatis, caule dichotomo. *Nachtblüthiges Leimkr. Nacht - Silene.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 701. Fjusd. Enum. p. 477 Pers. syn. pl. p. 498. Hoffm. Germ. p. 202. De Vest. Man. bot. p. 671. Sturm. D. Flor. I. 3.) Ann. Flor. Junio — Augusto.*

Hab. in arvis arenosis, inter segetes. (Inter segetes juxta viam, quae ducit a pago *Mühlhausen* versus *Versbach*, circa *Rimpar Proselshelm* et *Fahraro*. In arenosis prope *Seflach*, *Obervolkach*, *Nüdlingen* et alibi infrequens.)

Coulis palmaris, pedalis, sesquipedalis, erectus, teres, articulatus, pubescens, subviscidus, superne dichotomus. *Folia* opposita, connato - sessilia, amplexicaulia, lanceolata, integerrima, scabriuscula. *Flores* pedunculati, axillares et terminales, solitarii, magni, nocte et mane aperti. *Calyx* villosus, viscidus: *costis* 10 viridibus et *dentibus* linearibus tubum fere

fere aequantibus. *Petala* albida, semibifida, ad faucem coronata.

4) *S. Armeria* floribus fastigiatis fasciculatis, foliis superioribus cordatis glabris, petalis emarginatis. *Nelkenartige Silen. Garten - Silene.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 705. Ejusd. Enum. p. 478. Pers. syn. pl. p. 499. Hoffm. Germ. p. 202. De Vest. Man. bot. p. 672.*)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in montosis. (In rupibus montis rhœnani *Milzeburg* passim, ubi etiam a *cl. D. Custer* lecta est.

Caulis pedalis, sesquipedalis et altior, erectus, teres, ramosus, glaber, superne viscidus. *Folia* integerrima, glabra: *radicalia* in petiolum decurrentia obverse lanceolata obtusiuscula, *caulina* opposita sessilia breviora cordato - ovata. *Panicula* terminalis, aphylla, dichotoma, fastigiata, multiflora: *floribus* erectis. *Calyx* glaber, decemstriatus: *striis* aequalibus. *Petala* obtusa, subemarginata, purpurea. *Capsulae* ellipticae, longe pedicellatae.

206. STELLARIA, *Sternkraut, Sternmiere.*

1) *St. nemorum* foliis petiolatis cordatis acutis: supremis lanceolatis sessilibus, panicula dichotoma. *Wald - Sternkr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II p. 710. Pers. syn. pl. I. p. 500. Hoffm. Germ. I. p. 203. De Vest. Man. bot. p. 673.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab.

Hab. in nemorosis humidiusculis. (In sylvis Waldskugel, Guttenberg et Huck prope Wipfeld. In umbrosis sylvae stettensis et alibi.)

Caulis pedalis, sesquipedalis, erectus aut decumbens, debilis, angulosus, subramosus, articulatus, villosus, basi stolonifer. *Folia* opposita, integerrima, pubescentia, laete viridia, subtus pallidiora: *inferiora* longius petiolata cordata, *superiora* subsessilia, *suprema* sessilia ovato - lanceolata. *Panicula* terminalis, dichotoma, laxa, divaricata, multiflora. *Pedunculi* floriferi erecti, fructiferi horizontales. *Flores* albi, campaniformes: *petalis* ad basin fere divisis, *laciniis* linearibus divaricatis. *Capsula* oblonga, cylindrica.

2) *St. Holostea* foliis lanceolatis serrulatis, petalis bifidis, calyce enervi. *Großblüthiges Sternkraut, Nelkenmiere, Augentrost.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 711. Ejusd. Enum. p. 479. Pers. syn. pl. p. 501. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c. Schkuhr. bot. Handb. t. 122.*)

Perenn. Flor. Aprili — Junio.

Hab. in nemorosis graminosis, ad sylvarum margines ubique.

Caulis pedalis et sesquipedalis, basi repens, dein erectus, tenuis, articulatus, tetragonus, scabriusculus, superne dichotomo - paniculatus. *Folia* opposita, sessilia, basi connata, integra, lanceolata, graminea, integra, laete viridia, glabra, margine serrulato - scabra. *Pedunculi* terminales et axillares, praelongi, uniflori: *floriferi* erecti, *fructiferi* penduli. *Flores* formosi, magni, albi: *petalis* obcordatis semibifidis. *Capsula* globosa, calycem adaequans.

3) *St. graminea* foliis lineari - lanceolatis integerrimis, panicula terminali divaricata, calyce trinervi petalis aequali. *Grasartiges Sternkr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c. Smith. Britan. Vol. II. p. 475.*)

St. arvensis Hoffm. Germ. ed. 1791. p. 152. Gmel. Bad. II. p. 259. Wib. Werth. p. 244.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in umbrosis, ad margines sylvarum et sepes.

Caulis palmaris, pedalis et altior, basi decumbens, dein erectus, tetragonus, glaber, geniculatus, debilis, fragilis, dichotomus. *Folia* opposita, connato-sessilia, lineari - lanceolata, acuminata, integerrima, glabra. *Panicula* terminalis, ramosissima, divaricata. *Pedunculi* terminales et axillares solitarii, longi, tenues, filiformes, laeves, 3 - 4 - 5 - flori, et 1 - flori. *Bractee* ad pedunculorum divisiones, membranaceae, albidae. *Phylla* striis 3 notata. *Petala* alba, ultra medium bipartita, calyce parum longiora. *Capsula* calyce minor, matura apice sexfariam dehiscens.

Variat *caulibus* altioribus ramosioribus et *panicula* pauciflora.

4) *St. Alsine* foliis oblongo - lanceolatis, pedunculis subgeminatis lateralibus uni - multiflorisve, petalis angustissimis calyce brevioribus, caule decumbente. *Vogel - Sternkr. Quellenmiere.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 713. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. p. 204. ed. 1791. tab. 5. De Vest. Man. bot. l. c. Sturm D. Flor. I. 1.*)

St. Dilleniana Leers. Herb. p. 108. *Mönch.* En. pl. Hass. t. 6.

St. uliginosa Roth. Germ. I. p. 191. II. p. 489. *Gmel.* Bad. II. p. 261. *Spreng.* Hal. p. 133. *Smith.* Britan. Vol. II. p. 476.

Ann. Flor. Maj. Junio.

Hab. in umbrosis humidis, in paludosis, ad fossas et ripas passim frequens.

Caules plures spithamaei, digitales, basi decumbentes et radicanes, dein erectiusculi, debiles, articulati, tetragoni, glabri, nitidi, cum foliis teneri et subglaucci. *Folia* opposita, sessilia, lanceolata, glabra, integra, basi ciliata: *inferiora* reliquis latiora. *Pedunculi* capillares, *terminales* saepe 1 - 2 - flori, *axillares* terni: *intermedio* simplici unifloro prius florente, *lateralibus* 2 multifloris dichotomis divaricatis, *floriferi* erecti, *fructiferi* deflexi. *Flores* parvi, albi. *Petala* calyce breviora, ad basin bipartita: *laciniis* linearibus angustis distantibus. *Capsula* calyci subaequalis, ovali - oblonga, apice sexfariam dehiscens.

5) *St. palustris* foliis lineari - lanceolatis acutis integerrimis, panicula dichotoma pauciflora, petalis bipartitis calyce multo majoribus. *Sumpf - Sternkraut, Wasser - Sternmiere.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 712. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. bot. l. c.)

St. glauca *Smith.* Britan. Vol. II. p. 475. *Spreng.* Hal. p. 133.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in humidis et paludosis. (In humidis *sylvae guttenbergensis et kitzingensis.* In paludosis pro-

prope *Spießheim*, *Wolfsmünster*, *Haßfurth* et alibi rarius.)

Caulis palmaris, pedalis et altior, erectus, tetragonus, articulatus, glaber, parum ramosus. *Folia* opposita, sessilia, angusta, lineari-lanceolata, acuta, integerrima, laevia, glauca. *Pedunculi* tenues, filiformes, axillares et terminales, pauci, paniculati: *floriferi* erecti, *fructiferi* nutantes. *Petala* obcordata, bipartita, alba, *calyce* duplo longiora. *Capsula* ovata, sexfariam apice dehiscens.

207. ARENARIA, Sandkraut.

1) *A. trinervia* foliis ovatis acutis petiolatis nervosis, calycibus obsolete trinerviis. *Dreineriges Sandkr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 718. Ejusd. Enum. p. 480. Pers. syn. pl. I. p. 502. Hoffm. Germ. I. p. 205. De Vest. Man. bot. p. 675. Schkuhr. bot. Handb. t. 122.*)

Ann. Flor. Aprili — Junio.

Hab. in humidis nemorosis et ad arborum truncos putridos.

Caulis digitalis, spithamaeus, debilis, decumbens s. erectiusculus, teres, ramosus, articulatus, laeviter pubescens. *Folia* opposita, ovata, acuta, integerrima, subpubescentia, 3 - 5 - nervia, plantaginea: *inferiora* in petiolum decurrentia, *superiora* sessilia. *Pedunculi* filiformes, uniflori, terminales et axillares solitarii, erecti: *fructiferi* declinati. *Petala* lanceolata, integerrima, alba, *calyce* breviora.

2) *A. serpyllifolia* foliis ovatis acutis enerviis subsessilibus, calycibus hirsutis subquinquenerviis corollas superantibus. *Quendelblättriges Sandkr.*

(*L.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 720. Ejusd. Enum l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 676.*)

Stellaria serpillifolia Scopol. Carn. I. p. 319.

Ann. Flor. Majo — Julio.

Hab. in agris arenosis et ad muros ubique.

Caules 2 - 3 - pollicares, prostrati, s. adscendentes, tenues, teretes, rigiduli, laeviter pubescentes, romosissimi, divaricati. *Folia* opposita, sessilia, parva, pubescentia, integerrima, dura, obsolete nervosa, ovata, acuminata: *inferiora* minora magisque conferta, *superiora* acutiora. *Pedunculi* tenues, uniflori terminales et axillares solitarii: *fructiferi* horizontales. *Petala* exigua, integra, alba, calyce multo breviora.

3) *A. rubra* foliis linearibus mucronulatis internodio brevioribus, stipulis scariosis vaginantibus, seminibus compresso - angulatis. *Rothblüthiges Sandkr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 721. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. p. 504. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man bot. p. 677.*)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in sabulosis, arenosis, rudèratis, inter segetes et ad ripas passim.

Caules plures digitales, sesquidigitales, prostrati, divaricati, ramosi, teretes, articulati, scabriusculi. *Folia* opposita, sessilia, angustissima, filiformia, crassiuscula, integra, subscabra, glauca, *internodiis caulinis* duplo fere breviora. *Stipulae* ad quodvis geniculum 2 oppositae, ovatae, amplexicaules, scariosae, albae. *Pedunculi* terminales et laterales solitarii, uniflori, pubescentes: *fructiferi* parum deflexi. *Petala*

rubra, integra, calyce paulo majora. *Capsula* ovata, longitudine calycis, apice trifariam dehiscens.

Variat *floribus* 6 - 8 - 9 - andris, et *petalis* albidis.

4) *A. tenuifolia* foliis subulatis oppositis, caule paniculato, petalis lanceolatis calyce brevioribus, capsulis erectis. *Dünablättriges Sandkraut*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 725. *Pers.* syn. pl. p. 504. *Hoffm.* Germ. p. 206. *De Vest.* Man. bot. p. 678.)

Ann. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in agris arenosis, ad eorum margines et ad muros passim.

Caulis digitalis et altior, erectus, teres, filiformis, articulatus, superne paniculatus. *Folia* opposita, basi connata, subulata, semiteretia, glabra, integra, trinervia, internodiis breviora. *Pedunculi* terminales et axillares, capillares, erecti, uniflori, glabri, foliis longiores. *Foliola calycina* lanceolata, mucronata, trinervia, margine membranacea, apice rubella. *Petala* ovalia, alba, calyce duplo fere breviora. *Capsula* erecta, ovata, calycem subaequans, apice trifariam dehiscens.

Variat saepe *floribus* pentandris.

P E N T A G Y N I A.

208. S E D U M, *Steinwurz*.

1) *S. Telephium* foliis planiusculis ovatis serratis sparsis, corymbo folioso, caule erecto. *Knollige Steinw.* *fette Henne*, *Schmeerwurz*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 760. *Ejusd.* Enum. p. 483. *Pers.* syn. pl. I. p. 511. *Hoffm.* Germ. I.

p. 207. *De Vest.* Man. bot. p. 685. *Sturm* D. Flor. I. 6. *Knorr.* thesaur. I. tab. F. 5. *Herb. Blackw.* t. 191.)

Perenn. Flor. Junio — Septembri.

Hab. ad margines agrorum, ad sepes et in collibus aridis frequens.

Radix tuberosa, carnosa, alba. *Caulis* palmariis, pedalis, 2 - pedalis, erectus, teres, simplex, glaberrimus, succulentus, plerumque purpurascens. *Folia* sparsa, sessilia, ovata, obtusa, plana, carnosa, dentato - serrata, laevia. *Corymbi* terminales, densi, multiflori, foliosi. *Flores* ex albido flavescens, vel dilute purpurei.

2) *S. reflexum* foliis subulatis sparsis basi solutis: inferioribus recurvatis, floribus subcymosis. *Zurückgebogene Steinw. Berg - Sedum.*

(*L. sp. pl. ed. Willd.* p. 764. *Ejusd.* Enum. p. 486. *Pers.* syn. pl. p. 512. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. bot. p. 686.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in arenosis lapidosis aridis et ad muros ubique.

Radix fibrosa. *Caules* plures digitales, sesquidigitales et altiores, teretes, glabri, e glauco virides, inferne plerumque rubelli: *steriles* decumbentes, *floriferi* adscendentes laxius foliosi superne ramosi: *ramulis* reflexis. *Folia* sessilia, multifariam disposita, basi soluta et producta, teretiuscula, subulata, mucronata, carnosa, glabra, glaucescentia vel laete viridia: *inferiora* decidua, hami adinstar recurvata. *Flores* aurei, subsessiles, in cymam terminalem dispositi.

3) *S. album* foliis oblongis obtusis teretiusculis sessilibus patentibus, cyma ramosa. *Weisse Steinw.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 766. Ejusd. Enum. p. 487. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. p. 208. De Vest. Man. bot. p. 687. Herb. Blackw.t. 428.*)

Hab. in siccissimis saxosis, in tectis, ad muros. (Prope dem Schenkenschloß, Dürrbach, Rimpar et Geldersheim. Ad muros vinearum des Steines, der Harfe, der Leiste alibique satis frequens.)

Radix fibrosa. *Caules* plures, digitales, palmares et altiores, basi decumbentes, dein erectiusculi, teretes, glabri, superne ramosi. *Folia* sparsa, sessilia, basi subsoluta, patentia, teretia, obtusa, carnosa, glabra, subglauc. *Flores* pedunculati, erecti, cymosi. *Cyma* ramosa, trifida, conferta, multiflora. *Petala* acuta, alba, nonnunquam linea rubra notata.

4) *S. rupestre* foliis subulatis erectis quinquefariam confertis basi solutis, floribus subcymosis. *Felsen - Steinw.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 764. Ejusd. Enum. p. 486. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 686. Sturm. D. Flor. I. 12.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in ruderatis, arenosis et ad muros. (In saxosis et arenosis versus Thüngen raro Inter rudera arcis Karlsburg et in arenosis prope montem Kalbenstein hinc inde. In arenosis prope Pfarrweißbach et Gereuth prope Ebern alibique rarius.)

Caulis digitalis et palmaris, basi procumbens, radicans, dein adscendens, glaucus, inferne saepe rubellus, medio trifidus: ramulis erectiusculis. *Folia*

glaucā, quinquefariam dense imbricata, subulata, linearia, obtusa, membranulam e basi demittentia: superiora paulo latiora. Flores alterni, sessiles, axillares, remote spicati, in cymam congesti: ramulis non reflexis. Petala aurea, lanceolata, calyce duplo longiora. Calyx glaucus, rubicundus, ad basin divisus.

5) *S. acre* foliis alternis subovatis carnosis gibbis adnato - sessilibus, cyma trifida foliosa. *Scharfe Steinw. Mauerpfeffer, Katzenpfeffer.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 767. Ejusd. Enum p. 487. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 687. Schkuhr. bot. Handb. t. 123. Knorr. thesaur. II. tab. S. 12. I. Herb. Blackw. t. 232.*)
Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in collibus siccis apricis, in tectis et muris copiosissime.

Caules e radice fibrosa plurimi, semidigitales, digitales, basi decumbentes, teretes, glabri, a basi ramosi, in cespitem densum congesti. *Folia* sparsa, brevissima, imbricata, carnosā, subrotundo - ovata, obtusa, adnato - sessilia, basi soluta, gibba, erecto - patentia. *Flores* alterni, erecti, sessiles, in cymam terminalem trifidam foliosam paucifloram dispositi. *Petala* flava, acuta, patentia, basi coalita. *Calyx* flavus: *foliolis* trigonis obtusis.

Herba recens acris, urens.

6) *S. sexangulare* foliis subternis teretiusculis adnato - sessilibus gibbis erectiusculis sexfariam imbricatis, cyma trifida. *Sechseckige Steinwurz.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. p. 209. De Vest. Man. bot. p. 688.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab.

Hab. in apricis siccis, in rupibus et muris passim.

Praecedenti simile, sed parum majus. *Caules* pauciores et minus ramosi. *Folia* longiora, subcylindrica, non gibbosa, basi soluta, ante florescentiam et in ramis sterilibus sexfariam imbricata, dein patentissima. *Flores* pauciores, alterni, axillares, sessiles, cymosi, flavi.

Herba non acris, insipida.

Variat *staminibus* 6 et 8.

7) *S. villosum* caule erecto, foliis linearibus planiusculis pedunculisque subpilosis. *Zottige Steinswurz.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 768. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. p. 513. Hoffm. Germ. p. 209. De Vest. Man. bot. p. 688.*)

Ann. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in uliginosis turfosis. (In palude rhoenano vulgo *das Schwarze Moor* satis frequens)

Radix e fibris multis capillaribus nigris composita. *Caulis* digitalis et palmaris, basi incurvus, dein erectus, teres, subvillosus, punctis purpurascens adspersus, simpliciusculus. *Folia* alterna, sessilia, linearia, obtusa, planiuscula, carnosa, villosa, subviscosa, punctis rubellis notata. *Pedunculi* erecti, uniflori, pubescentes, viscidi, in cymam terminalem dispositi. *Calyx* obtusus, piloso-viscidus, rubro punctatus. *Petala* ovato-lanceolata, dilute purpurascens: *nervo longitudinali saturatori.* *Capsulae* 5 purpureae.

Variat *staminibus* 5 et 8.

209. OXALIS, *Sauerklee*.

1) *O. Acetosella* scapo unifloro foliis longiore, foliis ternatis obcordatis, stylis longitudine staminum interiorum. *Gemeiner Sauerklee, Buchampfer, Alleluja.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 780. Ejusd. Enum. p. 488. Pers. syn. pl. I. p. 515. Hoffm. Germ. I. p. 209. De Vest. Man. bot. p. 184. Schluhr. bot. Handb. t. 123. Herb. Blackw. t. 308. Knorr. thesaur. II. tab. A. 14. Thunb. Diss. Vol. 2. p. 79.*)

Oxys Acetosella Scopol. Carn. I. p. 326. Mönch. Method. p. 48.

Perenn. Flor. Aprilis — Junio.

Hab. in nemorosis umbrosis ubique.

Radix teres, repens: *tuberculis* carnosis imbricatis. *Scapus* unicus vel 2, digitalis et major, erectus, teres, debilis, simplex, uniflorus, pubescens, in medio articulatus. *Petioles* radicales, subteretes, striati, villosi, erecti, debiles. *Folia* acida, ternata: *foliis* obcordatis subsessilibus reflexis tenuissime pilosis *pilis* adpressis, laete viridibus, subtus pallidioribus. *Bractee* in medio scapi 2 oppositae, breves, subulatae. *Flos* terminalis, solitarius, campaniformis, nutans. *Petala* tenera, cuneiformia, retusa, calycem multoties superantia, alba: *venis* purpureis aut roseis et *macula flava* supra unques.

2) *O. stricta* caule erecto ramoso, foliis ternatis obcordatis, pedunculis umbelliferis. *Steifer Sauerklee.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 800. Ejusd. Enum. p. 490. Pers. syn. pl. p. 518. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man.*

Man. bot. l. c. *Sturm*. D. Flor. I. i. *Thunb*. Diss. Vol. 2. p. 90.)

O. corniculata Roth. Germ. I. p. 200. II. p. 517.

Oxys lutea Mönch. Method. p. 48.

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in cultis, dumetosis. (Ad hortos hinc inde juxta *dem Studentenbach* et ad sepes juxta rivum prope *Geldersheim* raro. In dumetosis im *Oelgrund* et ad montem *Sodenberg* passim.)

Radix fibrosa. *Caulis* palmaris, erectus, teres, ramosus, glaber, inferne praecipue rubellus. *Folia* alterna, longe petiolata, ternata: *foliolis* obcordatis reflexis emarginatis utrinque glabris margine tenuissime ciliatis. *Pedunculi* axillares, erecti, 3 - 4 - flori, umbelliferi, longitudine petiolorum aut iis parum breviores. *Petala* ovata, integra, lutea, *striis* nigricantibus, calyce vix majora.

Variat raro *caule* decumbente.

210. AGROSTEMMA, *Raden.*

1) *A. Githago* hirsuta, calyce corollam superante, petalis integris nudis. *Korn - Raden*, *Kornrose*, *Kornneike*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 805. *Ejusd.* Enum. p. 490. *Pers.* syn. pl. I. p. 519. *Hoffm.* Germ. I. p. 210. *De Vest.* Man. bot. p. 690. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 124. *Sturm* D. Flor. I. 5. *Knorr.* thesaur. II. tab. L. 10.)

Lychnis Githago *Scopol.* Carniol. I. p. 310.

Ann. Flor. Jun, Julio.

Hab. frequens inter segetes.

Planta tota pilis erecto - adpressis canescentibus hirsuta. *Caulis* sesqui - 2 - 3 - pedalis, erectus, teres, articulatus, superne dichotomus. *Folia* opposita, sessilia, basi connata, lineari - lanceolata, integerrima. *Pedunculi* terminales, elongati, uniflori. *Calyx* durus, decemcostatus: *dentibus* lineari - lanceolatis foliaceis corollam excedentibus. *Petala* magna, obcordata, integra, purpurea, quandoque carnea: *fauce* nuda. *Semina* angulata, nigra.

Variat *dentibus calycinis* petala aequantibus.

211. LYCHNIS, *Lichtnelke*, *Wiederstoß*.

1) *L. flos cuculi* petalis laciniatis, fructu subrotundo uniloculari. *Wiesen - Lichtn. Gauchnelke, Guguksblume, Fleischblume.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 807. Ejusd. Enum. p. 491. Pers. syn. pl. I. p. 520. Hoffm. Germ. I. p. 210. De Vest. Man. bot. p. 689.*)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in pratis udis et juxta sylvas ubique.

Caules plures pedales et altiores, erecti, sulcati, articulati, hirti, viscosi, superne dichotomi: *geniculis* tumidis purpurascens. *Folia* opposita, sessilia, lanceolata, acuta, glabra, integerrima: *radicalia* in orbem congesta. *Flores* terminales et axillares, speciosi, rubri, paniculati. *Calyx* glaber, purpurascens, decemstriatus. *Petala* flaccida, *fauce* dentata, profunde bifida: *laciniis* iterum bifidis.

Variat interdum floribus albis et carneis.

2) *L. Viscaria* caule geniculis viscoso, petalis subintegris, fructu quinqueloculari. *Klebrige Lichtn. Pechnecke, Klebnelke.*

(*L.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 808. Ejusd. Enum l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. p. 211. De Vest. Man. bot. l. c.*)

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in pratis sylvaticis, ad margines sylvarum. (In locis graminosis siccis *sylvae gramschatzensis* versus *Erbshausen* et *St. Veit*. In montosis sylvaticis prope *Ober* - et *Unterleinach*. Ad margines et in caeduis *sylvae stettensis*. In montibus sylvaticis prope *Bischofsheim* ad *Rhoen*. alibique raro.)

Caulis pedalis, erectus, teres, simplex, superne divisus, geniculatus, glaber, sub geniculis incrassatus, fusco - nigricans, viscidus. *Folia* opposita, conato - sessilia, lanceolata, acuta, integerrima, glabra, basi ciliata: *floralia* saepe rubra, *radicalia* in orbem congesta. *Racemus* terminalis, subspicatus: *pedunculis* oppositis bi - aut trifloris. *Calyx* decemstriatus, ruber. *Petala* obovata, subintegra, coronata, purpurea.

3) *L. arvensis* capsulae unilocularis apicibus erectis, petalis bifidis, foliis lanceolatis cauleque molliter pubescentibus. *Gemeine Lichtnelke, weiße Lichtn.*

(*Gmel. Bad. II. p. 293. G. M. Sch. Flor. d. Wetter. II. p. 117.*)

L. dioica (alba) *L. sp. pl. ed. Willd. p. 810. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. p. 520. De Vest. Man. bot. p. 689.*

L. pratensis *Spreng. Hal. p. 138. Schkuhr. bot. Handb. t. 124.*

L. vespertina *Hoffm. Germ. p. 211.*

Saponaria dioica Moench. Meth. p. 76.

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in arvis, dumetis et in locis arenosis siccis ubique.

Caulis sesquipedalis, 2 - pedalis, erectus, teres, firmus, articulatus, dichotomus, paniculatus cum *foliis* oppositis sessilibus lanceolatis integris molliter incano - pubescens. *Flores* satis magni, circa vesperam explicati, odorati, plerumque dioici, solitarii, breviter pedunculati, terminales et alares. *Calyx* 10 - angulus, coriaceus, villosus, *in masculis* oblongus, *in foemineis* ovatus ventricosus. *Petala* alba, bifida. *Styli* glabriusculi.

4) *L. sylvestris* capsulae unilocularis apicibus recurvatis, petalis subbifidis, foliis ovato - lanceolatis cauleque hirsutis. *Wald - Lichtn. rothe Lichtn. rothe Waldnelke.*

(*Gmel. Bad. II. p. 291. G. M. Sch. Flor. d. Wetter. II. p. 116. Spreng. Hal. p. 138. Schkuhr. l. c. Willd. Enum. l. c.*)

L. dioica (rubra) *L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Pers. syn. pl. l. c. De Vest. Man. bot. l. c.*)

L. diurna Hoffm. Germ. l. c.

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in sylvaticis et nemorosis humidis, inque pratis virgultosis.

A praecedente differt: *caule* plerumque demissiore hirsuto magis succulento subfusco - purpureo, *foliis* latioribus villosis - hirsutis; *summis* coloratis, *calycibus* coloratis minus firmis pilis longis obsessis, *petalis* minoribus roseis, *stylis* villosis capitatis, et *capsularum dentibus* recurvis.

Flores in priori vespere odorati, in hac inodori.

In horto botanico per plurimos annos cultae nullam unquam perpessae sunt mutationem.

212. CERASTIUM, *Hornkraut*.

Capsulis oblongis.

1) *C. vulgatum* foliis ellipticis obtusis, petalis calyci aequalibus, caulibus diffusis. *Gemeines Hornkraut*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 811. Ejusd. Enum. p. 492. Pers. syn. pl. I. p. 520. Hoffm. Germ. I. p. 211. De Vest. Man bot. p. 681.*)

Myosotis vulgaris Moench. Meth. p. 224.

Ann. Flor. Majo — Julio.

Hab. ad colles, muros, vias, inque sterilibus ubique.

Caules plures caespitosi, digitales, palmares, basi decumbentes, dein adscendentes, undique pilosi, teretes, articulati, superne ramosi. *Folia* utrinque hirsuta, integerrima: *radicalia* ovata in petiolum decurrentia, *caulina* opposita sessilia basi connata ovalia obtusa basi attenuata, *suprema* ligulata. *Flores* ex dichotomia, et terminales, solitarii: *pedunculis* brevibus 1 - floris, *floriferis* erectis, *fructiferis* deflexis. *Petala* alba, ad medium usque fere bifida, *calycem hirsutum* vix excedentia. *Capsula* calyce duplo longior, fere cylindrica, 10 - dentata.

2) *C. viscosum* foliis lanceolato - oblongis obtusis cauleque erecto villosa - viscosis, petalis apice bifidis calycem subaequantibus. *Klebriges Hornkr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 812. Ejusd. Enum. I. c. Pers. syn. pl. p. 521. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c.*)

Ann. Flor. Aprili — Augusto.

Hab. in pratibus et pascuis macilentis, in vineis, ad viarum agrorum et sylvarum margines passim abunde.

Planta tota pilis glanduliferis viscidis obsessa. *Caules* inaequali - longi, digitales, palmares et altiores, erecti, teretes, articulati, simplices, superne dichotomi. *Folia* crassiuscula, integra, ovato - lanceolata, acutiuscula, e flavo virescentia: *infima* subpetiolata, *superiora* sessilia basi connata. *Flores* axillares et terminales, solitarii: *pedunculis* unifloris villosis - glandulosis, *floriferis* erectis, *fructiferis* declinatis. *Calycis foliola* pilosa, margine albida. *Petala* alba, apice bifida, calyce plerumque breviora. *Capsula* oblonga, calyce dimidio longior, apice bifida.

3) *C. semidecandrum* foliis oblongis obtusis cauleque decumbente hirsutissimis, calycibus corollam superantibus, floribus pentandris. *Kleines Hornkr. Schutt - Hornkr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. p. 212. De Vest. Man. bot. l. c.*)

Centunculus semidecander Scopol. Carniol. I. p. 321.

Myosotis semidecandra Moench. Meth. p. 225. *Ann. Flor. Majo — Augusto.*

Hab. in pascuis apricis sabulosis, in locis lapidosis sterilibus, ad vias inque aggeribus. (In locis lapidosis sterilibus prope Randesacker, Ei-

Eivelstadt, Ochsenfurth et Sulzdorf. Ad viarum margines prope *Gerbrunn, Rottendorf, Biebergau, Kitzingen et Dettelbach.* Ad vias inter vineas prope *Ober- et Unterdürnbach, juxta Veitshöchheim, Retzbach, Thüngen* alibique.)

Plantula tota cano - hirtusa. *Caules* unciales, sesquiunciales, basi decumbentes, teretes, simplices, superne subviscosi, demum altiores, toti fere erecti. *Folia* ovata, integerrima: *radicalia* in orbem digesta in petiolum decurrentia, *caulina* opposita latiora sessilia basi connata. *Flores* terminales et axillares, solitarii: *pedunculis* brevissimis unifloris, erectis, demum declinatis. *Foliola calycina* angusta, subulata, villosa - viscida, marginibus albida. *Petala* alba, lineari - lanceolata, emarginata, calyce plerumque breviora. *Stamina* plerumque 4 - 5 etiam 6 - 8, coetera sterilia. *Pistilla* 5, nonnunquam 3 - 4. *Capsulae* oblongae, incurvae, calyce duplo fere longiores.

Flores primo vere perfecte decandros et postea pentandros in eadem planta bis observavi.

4) *C. arvense* foliis lineari - lanceolatis obtusis cauleque primo decumbente pubescentibus, petalis calyce duplo longioribus. *Acker - Hornkr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 813. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c. Schkuhr. bot. Handb. t. 124. Sturm D. Flor. I. 8.*)

Centunculus arvensis Scopol. Carn. I. p. 321.

Myosotis linearis Mönch. Meth. p. 225.

Perenn. Flor. Aprili — Junio.

Hab. in arvis, vineis, ad muros et viarum agrorumque margines ubicunque.

Caules plures, digitales, palmares et altiores, teretes, villosi - pubescentes, basi plerumque rubelli, superne nudi, dichotomi, primo decumbentes, tempore inflorescentiae erecti. *Folia* opposita, sessilia, basi connata, lineari - lanceolata, obtusa, integerrima, pubescentia, incano - viridia. *Flores* pauci, pedunculati, terminales, et in dichotomia caulis. *Petalata* alba, bifida, obtusa, *phyllis* acutis margine membranaceis duplo longiora. *Capsula* oblonga, apice subincurva.

Capsulis subrotundis.

5) *C. aquaticum* foliis cordatis sessilibus, pedunculis lateralibus solitariis: fructiferis reflexis, petalis calyce duplo longioribus. *Wasser - Hornkr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 816. Ejusd. Enum. p. 493. Hoffm. Germ. p. 213. De Vest. Man. bot. p. 682.*)

Stellaria aquatica Pers. syn. pl. p. 500. Scopoli Carn. I. p. 319.

Myosoton aquaticum Mönch. Meth. p. 225.

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in umbrosis humidis, ad sepes, rivos et ripas.

Caulis palmaris, pedalis, sesquipedalis et altior, basi decumbens, teres, debilis, articulatus, superne pubescens, ramosus. *Folia* laete viridia, opposita, sessilia, cordato - ovata, acuminata, integra, saepe undulata: *imma* in petiolum brevem decurrentia. *Pedunculi* terminales et axillares, solitarii, uniflori, pubescentes: *floriferi* erecti, *fructiferi* declinati. *Foliola calycina* pubescentia, viscidula. *Petala* alba, ad

ad basin usque bifida, calyce duplo longiora *Cap-sulae* subrotundae, apice quinquefariam dehiscentes.

215. SPERGULA, Spark.

1) *Sp. arvensis* foliis verticillatis, floribus decandris, seminibus asperis. *Acker - Spark, Spergel, Tatterspergel.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 818. Ejusd. Enum. p. 493. Pers. syn. pl. I. p. 522. Hoffm. Germ. I. p. 213. De Vest. Man. bot. p. 683. Schkuhr. bot. Handb. t. 125.*)

Stellaria arvensis Scopol. Carniol. I. p. 318.

Ann. Flor. Majo — Augusto.

Hab. in arenosis et inter segetes fere ubique.

Caulis palmaris, pedalis, erectus, e tereti compressiusculus, pubescens, nodosus, superne ramosus, nonnunquam simplex. *Folia* plurima verticillata, sessilia, crassiuscula, glabra aut subpubescentia, anguste-linearia, subulata, sulcata. *Stipulae* membranaceae, albidae, breves. *Panicula* terminalis, dichotoma, divaricata, multiflora. *Pedunculi* uniflori, pubescentes, visciduli, erecti: *fructiferi* declinati. *Petala* alba, calyce vix longiora. *Semina* reniformia, nigra, margine destituta.

Variat staminibus 5 - 6 et 7.

2) *Sp. pentandra* foliis verticillatis, floribus pentandris, seminibus margine alatis. *Fünfmännig Sp. Frühlings - Spark.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c. Sturm D. Flor. I. 12.*)

Stellaria pentandra Scopol. Carn. l. c.

Ann. Flor. Aprili — Junio.

Hab. in arenosis, ad margines agrorum et vinearum muros passim.

Antecedenti simillima, sed differt *partibus omnibus* minoribus, *caule* teneriore minus ramoso inferne plerumque rubello, *foliis* verticillatis suboctonis setaceis glaucis, *staminibus* ut plurimum 5, et *seminibus* planis margine membranaceo albido cinctis.

Variat raro staminibus 10.

3) *Sp. nodosa* foliis oppositis subulatis laevibus: superioribus fasciculatis, floribus decandris. *Knotiger Spark.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 819. Ejusd. Enum. p. 494. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. p. 214. De Vest. Man. bot. l. c. Schkuhr. bot. Handb. t. 125.*)

Stellaria nodosa Scopol. Carn. I. p. 319.

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in pratis humidis, pomariis et ad ripas hinc inde.

Caules plures, 3 - 6 unciales, procumbentes s. erectiusculi, tenues, laeves, simplices, teretes, *geniculis* multis tumidis instructi. *Folia* subulata, laevia, crassiuscula, compressa: *radicalia* in cespitem congesta, *caulina* opposita connato - sessilia breviora, *suprema* in alis fasciculata. *Flores* terminales, pedunculati, constanter decandri, *Petala* alba, integra, calyce triplo fere majora.

CLASSIS XI.

DODECANDRIA.

MONOGYNIA.

214. ASARUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 801. De Neck. el. bot. n. 1450. Borkh. tent. n. 97.

Cal. 1 - phyllus 3 - fidus coriaceus intus coloratus germini infidens. *Cor.* 0. *Antherae* aristatae filamentorum medio adnatae. *Stigma* 5 - 6 - fidum. *Caps.* coriacea infera 6 - locularis coronata.

215. PORTULACA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 824. De Neck. el. bot. n. 1194. Borkh. tent. n. 48.

Cal. superus 2 - 3 - fidus persistens. *Petala* 5 integra. *Caps.* 1 - locularis circumscissa. *Sem.* pedicellata.

216. LYTHRUM.

L. Gen. pl. ed. Schreb. n. 825. De Neck. el. bot. n. 773. Borkh. tent. n. 627.

Cal. cylindricus tubulatus striatus 10 - 12 - dentatus inferus subpersistens. *Petala* 5 - 6 calyci inserta.

Stam.

Stam. alterna longiora. *Caps.* 2 - locularis polysperma sessilis.

D I G Y N I A.

217. AGRIMONIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 830. De Neck. el. b. n. 767. Borkh. tent. n. 597.

Cal. setis hamatis aetate indurescentibus munitus. *Petala* 5 calyci inserta. *Sem.* 2 calyce vestita.

T R I G Y N I A.

218. R E S E D A.

L. Gen. pl. ed. Schreb. n. 831. De Neck. el. bot. n. 991. Borkh. tent. n. 86.

Cal. 1 - phyllus 4 - 6 - partitus. *Petala* 4 - 6 inaequalia multipartita. *Nectar.* rotundata petalis connexa. *Caps.* 1 - locularis: apice pervia. *Sem.* parietalia.

219. EUPHORBIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 832. De Neck. el. bot. n. 1153. Borkh. tent. n. 85.

Cal. 1 - phyllus ventricosus inferus subpersistens. *Nectar* 4 - 8 crassiuscula calyci insidentia. *Caps.* 3 - cœca pedicellata.

D O D E C A G Y N I A.

220. SEMPERVIVUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 837. De Neck. el. b. n. 1067. Borkh. tent. n. 119.

Cal. 10 - 12 - partitus persistens. Cor. 10 - 12 - petala. Caps. 10 - 12 leguminosae polyspermae introrsum dehiscentes.

C L A S S I S XI.

D O D E C A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

214. ASARUM, *Haselwurz.*

1) *A. europaeum* foliis reniformibus obtusis binis. *Gemeine Haselw., wilder Nard.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 838. Ejusd. Enum. p. 495. Pers. syn. pl. II. p. 1. Hoffm. Germ. I. p. 214. De Vest. Man. bot. p. 758. Schkuhr. bot. Handb. t. 127. Sturm D. Flor. I, 2. Herb. Blackw. t. 383.*)

A. officinale *Mönch. Method. p. 292.*

Perenn. flor. Martio — Majo.

Hab. in nemorosis montosis ubique.

Radix repens, geniculata, filiformis, odore acri aromatico. *Caulis* brevissimus, simplex, uniflorus, bifolius, teres, villosus. *Folia* opposita, reniformia, orbicularia, coriacea, nitida, integerrima, glabra: *juniora* pubescentia. *Petioli* praelongi, teretes, villosi. *Flos* terminalis, breviter pedunculatus, trifidus, extus villosus e viridi ruber, intus atro - purpureus, germini insidens. *Stamina* conniventia, subulata. *Antherae* filamentorum medio adnatae. *Stylus* sexfidus.

215. PORTULACA, *Portulak*.

1) *P. oleracea* foliis cuneiformibus, floribus sessilibus. *Gemeiner Port. Gartenportulak*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 859. Ejusd. Enum. p. 497. Pers. syn. pl. II. p. 6. Hoffm. Germ. T. p. 215. De Vest. Man. bot. p. 755. Schkuhr. bot. Handb. t. 130. Herb. Blackw. t. 287.*)

Ann. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in hortis et agris arenosis. (In agris et oleraceis prope Abbat. Heidenfeld copiose et alibi.)

Caules plures digitales, palmares, procumbentes, ramosi, crassiusculi, teretes, succulenti, glaberrimi, plerumque rubelli. *Folia* opposita alternaque, sessilia, cuneiformia, obtusa, integerrima, glabra, nitida, succulenta, subcarnosa, laete viridia. *Flores* parvi, lutei, sessiles, solitarii et fasciculati, a hora decima ad duodecimam meridianam aperti.

Variat staminibus 6 - 8 et 15, stylisque 4 et 5.

216. LYTHRUM, *Blutkraut*.

1) *L. Salicaria* foliis oppositis cordato - lanceolatis, floribus verticillato - spicatis. *Gemeines Blutkr. Weidenkraut*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 865. Ejusd. Enum. p. 498. Pers. syn. pl. II. p. 7. Hoffm. Germ. I. p. 215. De Vest. Man. bot. p. 751. Herb. Blackw. t. 520.*)

Salicaria vulgaris Moench. Method. p. 665.

Perenn. Flor. Julio — Septembri.

Hab. in humidis umbrosis, ad ripas et lacus ubique.

Caulis 2 - 3 - pedalis et altior, erectus, angulosus, hirsutus, ramosus; ramis erectis tetragonis: inferioribus oppositis, superioribus sparsis. Folia opposita, sessilia, semiamplexicaulia, cordato - lanceolata, supra glabra nitida, subtus et marginibus pubescentia: summa alterna minora. Flores terminales, sessiles, verticillato - spicati, speciosi. Calyx truncatus: denticulis purpurascensibus alternis setaceis. Petala lanceolata, obtusa, undulata, purpurea. Stamina constanter 12 rubra, quorum 6 exserta.

Variat foliis ternis et quaternis.

2) *L. hyssopifolium* foliis alternis linearibus, floribus solitariis axillaribus. *Ysopblättriges Blutkr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 869. Pers. syn. pl. p. 8. Hoffm. Germ. I. c. De Vest. Man. bot. p. 752. Schkuhr. bot. Handb. t. 128. Jacq. Austr. t. 133.*)

Salicaria hyssopifolia Mönch. Meth. supplement. p. 281.

Ann. Flor. Jul. Augusto,

Hab. in palustribus et inundatis arenosis.
(Ad ripas Salae prope *Neustadt*, in palustribus ad *Wolfsmünster* et ad Moenum versus *Karsbach* perraro. Etiam juxta fossam aquaticam prope *Himmelsporten* specimina aliquot legit *cl. D. Braun.*)

Caulis digitalis, palmaris, basi ramosus et decumbens, teres, durus, glaber. *Folia* sessilia, lineari-lanceolata, obtusiuscula, glabra, integerrima, alterna: *infima* opposita. *Flores* axillares, sessiles, subsolitarii. *Calycis denticuli* alterne minores. *Petala* ovata, integra, fugacia, rubella, demum violacea. *Stamina* 6 calycem aequantia.

Variat staminibus 4 - 5.

D I G Y N I A.

217. AGRIMONIA, *Odermennig.*

1) *A. Eupatoria* foliis caulinis interrupte pinnatis: foliolis oblongo - ovatis grosse serratis, spicis elevatis. *Gemeiner Oderm. Leberklette.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 875. Ejusd. Enum. p. 519. Pers. syn. pl. II. p. 9. Hoffm. Germ. I. p. 216. De Vest. Man. bot. p. 759. Schkuhr. bot. Handb. t. 128. Herb. Blackw. t. 21.*)

Perenn. Flor. Julio — Septembri.

Hab. in pratis, ad colles, agros, ripas inque sylvaticis ubique.

Caulis 1 - 2 - pedalis et altior, erectus, simpliciusculus, teres, villosus. *Folia* alterna, petiolata, interrupte pinnata, sublyrata, pilosa: *foliolis* oblongo - ovatis acutis inciso - serratis, *lateralibus* minori-

bus

bus integris divisisque, *terminali* majori petiolato. *Stipulae* binae, oppositae, subrotundae, amplexicaules, foliaceae, incisae. *Flores* alterni, breviter pedunculati *in spicam terminalem* elongatam erectam multifloram laxam dispositi. *Petala* lutea calyce duplo longiora. *Calyx* induratus sulcatus, setis uncinatis muricatus.

TRIGYNIA.

218. RESEDA, *Harnkraut*.

1) *R. Luteola* foliis lanceolatis integris planis basi utrinque unidentatis, calycibus quadrifidis. *Gelbliches Harnkr. Gelbkraut, Streichkraut, Wau.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 876. Ejusd. Enum. p. 499. Pers. syn. pl. II. p. 9. Hoffm. Germ. I. p. 216. De Vest. Man. bot. p. 760. Schkuhr. bot. Handb. t. 129. Herb. Blackw. t. 283.*)

Bienn. Flor. Majo — Julio.

Hab. ad muros, ad vias, et in ruderatis ubique.

Caulis 2 - 3 - pedalis, erectus, strictus, angulatus, glaber, ramosus: *ramis* alternis erectis virgatis. *Folia* lineari - lanceolata, obtusiuscula, sessilia, integra, saepe undulata, nitida, glabra: *radicalia* in orbem digesta basi utrinque denticulo calloso plerumque notata, *caulina* alterna et sparsa. *Spicae* terminales, erectae, multiflorae. *Pedunculi* solitarii, breves, uniflori, basi bracteolati. *Petala* pallide lutea: *supremum* tenuissime 4 - 5 - partitum, *lateralia* 2 trifida, *infima* 2 minima integra. *Calyces* quadrifidi.

2) *R. lutea* foliis inferioribus pinnatis, reliquis pinnatifidis trifidisque, calycibus sexfidis. *Gelbes Harnkr. Gelber Wau.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 879. Ejusd. Enum. I. c. Pers. syn. pl. p. 10. Hoffm. Germ. I. c. De Vest. Man. bot. I. c. Jacq. Austr. t. 352.*)

Bienn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in arenosis inundatis, ad margines viarum et agrorum fere ubique.

Caulis 1 - 2 - pedalis, erectus totus aut basi decumbens, diffusus, ramosus, angulatus, plus minusve hirsutus vel glaber. *Folia* alterna, in petiolum desinentia, glaberrima, nitida, inferiora pinnata: laciniis linearibus canaliculatis magis minusve undulatis, superiora pinnatifida, plerumque trifida. *Spicæ* terminales, erectæ, laxæ, multifloræ, quam in antecedente breviores. *Pedunculi* longiores, solitarii, alterni. *Petala* 6 inæqualia, pallide sulphurea. *Calyces* sexfidi.

219. EUPHORBIA, Wolfsmilch.

Umbella trifida.

1) *E. Peplus* umbella trifida dichotoma, involu-cellis ovatis, foliis obovatis petiolatis integerrimis. *Rundblättrige Wolfsm. Garten - Wolfsm.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 903. Ejusd. Enum. p. 503. Pers. syn. pl. II. p. 14. Hoffm. Germ. I. p. 216. De Vest. Man. bot. p. 762. Schkuhr. bot. Handb. t. 129.*)

Tithymalus Peplus Mönch. *Meth. p. 667. Ann. Flor. Julio — Septembri.*

Hab.

Hab. in hortis, agris, vineis, oleraceis et ad sepes ubique.

Caulis palmaris, pedalis, erectus, teres, glaber, superne trifidus: *ramis* dichotomis. *Folia* laete viridia, alterna, in petiolum brevem decurrentia, obovata, obtusa, integra, glabra. *Involucra* atque *involucella* ovata, integerrima. *Flores* solitarii, sessiles, exigui. *Petala* viridiuscula, bicornia. *Capsulae* glabrae, tricarinatae. *Semina* ovata, nitida, reticulata.

2) *E. exigua* umbella trifida dichotoma, involu-cellis ovato - lanceolatis, foliis linearibus. *Kleine Wolfsm. Steinmilch.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Pers. syn. pl. p. 15. Hoffm. Germ. p. 217. De Vest. Man. bot. l. c.*)

Tithymal. exiguus Moench. Method. l. c.

Ann. Flor. Julio — Septembri.

Hab. in vineis et inter segetes fere ubique.

Caulis 2 - 3 - uncialis, digitalis, erectus, teres, glaber, basi ramosus. *Folia* sessilia, alterna, sparsa, linearia, acuta, integerrima, adpressa. *Umbella* plerumque trifida, etiam 2 - 4 - 5 - fida: *ramis* dichotomis. *Involucra* et *involucella* ovato - lanceolata, basi inaequalia. *Flores* exigui, sessiles. *Petala* 4 lunata, bicornia, flava. *Capsulae* laeves. *Semina* quadrangula, corrugata.

Umbella quinquefida.

3) *E. verrucosa* umbella quinquefida bifida, involu-cellis ovatis serrulatis, foliis lanceolatis obtusis villosis, capsulis verrucosis. *Warzige Wolfsm.*

(*L.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 915. Pers. syn. pl. p. 17. Hoffm. Germ. p. 218. De Vest. Man. bot. p. 764.*)

Bienn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in arenosis, aridis. (In aridis prope Zell, dem rothen Kreutze, Rimpf, Ochsenfurth, in monte St. Viti prope Neustadt ad Saalam alibi que rarissime.)

Caules plures, palmares, pedales, erectiusculi, simplices, teretes, glabriusculi, inferne plerumque fusco - rubelli. *Folia* alterna, sessilia, subovato - lanceolata, plana, subvillosa, serrulata, patentia, ex flavescente viridia: *inferiora* plerumque reflexa. *Umbella* 5 - fida: *ramis* sub - 3 - fidis bifidisque. *Involucrum* e foliolis 5 ellipticis obtusiusculis margine serrulatis. *Involucella* triphylla, diphylla: *foliolis* ovatis denticulatis ex viridi lutescentibus. *Petala* 4, rotunda, integra, lutea. *Capsulae* verrucosae, hispidae.

Variat *caulibus* totis decumbentibus *foliisque* glabris.

4) *E. helioscopia* umbella quinquefida trifida dichotoma, involucellis obovatis, foliis cuneiformibus serratis, capsulis glabris. *Sonnenwendige Wolfsm. Hundsmilch.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 914. Ejusd. Enum. p. 505. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. p. 219. De Vest. Man. bot. l. c.*)

Tithymalus helioscopius Scopol. Carn. I. p. 337. *Monch. Method. p. 666.*

Ann. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in cultis ubicunque.

Caules plures, palmares, pedales, raro altiores, erecti, teretes, glabri, subpubescentes, simplices, aut basi ramosi. *Folia* sparsa, breviter petiolata, obovata, obtusa, apicem versus serrulata, glabra, laete viridia. *Umbella* quinquefida: *ramulis* trifidis et dichotomis. *Involucrum* 5 - phyllum, *involucellum* 2 - 3 - phyllum: *foliis* foliis similibus. *Petala* 4 subrotunda, integra, glabra, viridia. *Capsula* subrotunda, laevis, glabra.

5) *E. platyphyllos* umbella quinquefida trifida dichotoma, involucris carina pilosis, foliis lanceolatis serratis, capsulis verrucosis. *Breitblättrige Wolfsm.*

(*L. sp. pl. ed Willd p. 918. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. p. 18. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 765. Jacq. Austr. t. 376.*)

Tithym. platyphyllos Scopol. Carniol. I. p. 337. Moench. Method. l. c.

Ann. Flor. Junio — Augusto.

Hab. ad margines agrorum inque cultis fere ubique.

Caulis palmaris, pedalis et major, erectus, teres, glaber, superne valde ramosus, inferne plerumque purpurascens. *Folia* alterna, sessilia, lanceolata, acuta, supra glabra, subtus villosiuscula, glauca, e medio ad apicem serrulata, patentia: *infima* breviter petiolata obovata obtusa cauli appressa caduca. *Umbella* plerumque 5 - fida, interdum 4 - et 3 - fida: *radiis* 3 - fidis, *ramulis* dichotomis. *Rami* infra umbellam axillares saepe plures per caulem sparsi *umbella* 3 - fida terminati. *Involucrum* secundum radiorum numerum plerumque 5 - aut 4 - phyllum: *foliis* lanceolatis deflexis carina pilosis tenuissime serrulatis.

tis. *Involucella* 3 - aut 2 - phylla: *foliolis* cordato - oblongis lutescentibus subserrulatis. *Stamina* plura sterilia. *Petala* suborbiculata, integra, lutea. *Capsula* subrotunda, tuberculato - scabra.

6) *E. sylvatica* umbella quinquefida dichotoma, involucellis reniformi - cordatis perfoliatis, foliis lanceolatis integerrimis subtus pubescentibus. *Wald - Wolfsm.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 924. Pers. syn. pl. p. 18. Hoffm. Germ. l. c. Jacq. Austr. t. 375.*)

Tithym. sylvaticus Scopol. Carniol. I. p. 333.

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in sylvis ubique.

Caulis 1 - 2 - pedalis, erectus, teres, glaber, basi ramosus et rubellus. *Folia* alterna, in petiolum brevissimum decurrentia, lanceolata, integerrima, supra glabra, subtus pubescentia: *superiora* sensim minora. *Umbella* 5 - fida: *radiis* dichotomis. *Involucrum* 5 - phyllum: *foliolis* subrotundo - ovatis obtusis integerrimis. *Involucella* reniformi - cordata, connata, perfoliata. *Petala* semilunaria, cornubus conniventibus acuta, lutea, basin versus villosa. *Rami* floriferi infra umbellam alterni, axillares. *Capsula* laevis.

Umbella multifida.

7) *E. Esula* umbella multifida bifida, involucellis subcordatis, petalis bicornibus, ramis sterilibus, foliis uniformibus linearibus. *Gemeine Wolfsm. Esels - milch.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 919. Ejusd. Enum l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man.*)

Man. bot. p. 765. *Herb. Blackw.* t. 163. *Spreng.*
Hal. t. 3.)

Tithym. Esula Scopol. Carniol. I. p. 338. *Mönch.*
Method. p. 668.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

*Hab. in versuris, ad ripas, vias et muros
ubique.*

Caules plures, palmares, pedales et majores, erecti toti, aut basi tantum incurvi, teretes, glabri, ramosi; *ramis* pluribus sterilibus. *Folia* sparsa, conferta, sessilia, lineari - lanceolata, uninervia, glabra, integerrima, glauco - viridia, omnia uniformia, patentissima aut deflexa. *Umbella* multifida: *radiis* plerumque 6 - 8 - 12 dichotomis. *Involucra* foliis similia. *Involucella* cordato - subrotunda, acuminata, integerrima, glabra. *Petala* lunata, bicornia, lutea. *Capsula* glabra, trigona.

8) *E. Gerardiana* umbella multifida dichotoma, involucellis subrotundis, petalis integerrimis, foliis lineari - lanceolatis mucronatis: superioribus latioribus. *Gerardische Wolfsm.*

(*L. sp. pl. ed. Willd.* p. 920. *Pers. syn. pl. l. c.*
Hoffm. Germ. p. 220. *De Vest. Man. bot. l. c.*
Jacq. Austr. t. 436. *Spreng. Hal. t. III. f. 1.*)

Tithym. cajogalus Moench. *Meth.* p. 667.

E. Cajogala Ehrh. *Beitr.* II. p. 102.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in versuris, ruderalis, ad vias, muros et ripas passim frequens.

Caules plures conferti, palmares, pedales et altiores, erecti, teretes, glabri, simplices. *Folia* alterna,

na, sessilia, fere imbricata, linearis - lanceolata, obtusiuscula, mucronata, integerrima, glabra, a basi usque ad medium trinervia, glauco - viridia: *inferiora* breviora ac angustiora. *Umbella* multiradiata: *radiis* erectis dichotomis. *Involucrum* polyphyllum: *foliolis* lato - lanceolatis integris glabris mucronulatis primo patentibus, demum reflexis. *Involucella* diphylla: *foliolis* ovato - cordatis mucronatis glabris integris supra ex viridi luteis. *Petala* 4 subrotunda, obtusa, integra, fulva. *Capsula* subrotunda, obtuse trigona, glabra.

9) *E. Cyparissias* umbella multifida dichotoma, involucellis subcordatis, ramis sterilibus, foliis setaceis; caulinis lanceolatis. *Zypressenartige Wolfsmilch, Teufelsmilch.*

(*L. sp. pl. ed Willd. l. c. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man bot. p. 766. Jacq. Austr. t. 435.*)

Tithym. Cyparissias Scopol. Carniol. I. p. 339. Monch. Method. p. 668.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in pascuis, in sylvaticis, ad colles et vias ubique.

Caulis palmaris, pedalis et major, erectus, teres, glaber: *ramis* sparsis foliosis sterilibus. *Folia* alterna, sessilia, linearis - lanceolata, obtusiuscula, integerrima, glabra, margine plerumque reflexa: *ramis* sparsa, conferta, breviora, angustissima, fere setacea. *Umbella* multiradiata: *radiis* dichotomis. *Rami* umbellae subjecti dichotomi. *Involucrum* polyphyllum: *foliolis* linearibus obtusiusculis subreflexis glabris inaequalibus. *Involucella* biphylla: *foliolis* corda-

to - reniformibus integerrimis glabris ex viridi flavicantibus, intus demum rubellis. *Petala* 4 integra, lunata, bicornia, glabra, lutea. *Capsula* subrotunda punctis elevatis verruculosa.

Euphorbia degener umbella nulla, *foliis* alternis obtusis punctis croceis, quae *Aecidium Euphorbiae* sunt, est morbosa hujus varietas.

D O D E C A G Y N I A.

220. S E M P E R V I V U M, Hauswurz.

1) *S. tectorum* foliis ciliatis, propaginibus patentibus. *Gemeine Hausw., Donnerkraut.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 932. Ejusd. Enum. p. 507. Pers. syn. pl. II. p. 20. Hoffm. Germ. I. p. 221. De Vest. Man. bot. p. 307. Herb. Blackw. t. 366. Knorr. thésaur. II. t. S. 4.*)

Sedum tectorum Scopol. Carniol. I. p. 325.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in muris et tectis ubique.

Caulis pedalis et altior, erectus, teres, pubescens, succulentus, squamis foliaceis imbricatis vestitus, superne ramosus: *ramis* patentibus squamosis plerumque rubellis. *Folia* radicalia, sessilia, obovata, acuta, carinata, glabra, valde carnosae, crassa, succulenta. *Propagines* funiculis cauli adhaerentes e foliis multis imbricatis in rosulam congestis: primo conniventibus, demum patentibus. *Flores* solitarii, subsessiles, secundi, purpurei, extus villosi in *racemos* terminales patentes apice incurvos digesti.

Numerus partium omnium admodum variabilis.

2) *S. globiferum* foliis ciliatis, propaginibus globosis. *Kugeltragende Hausw. kleine Hauswurz.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Vest. Man. bot. l. c. Jacq. Austr. app. t. 40.*)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in tectis, in muris. (In muris circa *Geldersheim, Haltenbergstetten* alibique rarius.)

Differt a praecedente: *caulibus* brevioribus, *propaginibus* copiosioribus minoribus globosis decidentibus: *foliis* dense imbricatis. *Petala* flava, subciliata 6 - 12 - 18, et tot *pistilla*.

Propagines juniores adultioribus multo minores et perfectè globosae, *adultiores* patulae.

CLASSIS XII.

ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

221. PHILADELPHUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 840. De Neck. el. b. n. 732. Borkh. tent. n. 615.

Cal.

Cal. 4 - partitus superus persistens. *Petala* 4 subrotunda plana. *Stylus* 4 - fidus. *Caps.* ovatâ 4 - locularis polysperma.

222. AMYGDALUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 848. De Neck. el. bot. n. 717. (Amygdalophora) Borkh. tent. n. 623.

Cal. 5 - fidus inferus. *Cor.* 5 - petala. *Drupa* exsucca coriacea: nuce poris perforata.

223. PRUNUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 849. De Neck. el. bot. n. 719. (Prunophora) Borkh. tent. n. 622.

Cal. campanulatus 5 - fidus inferus deciduus. *Cor.* 5 - petala. *Drupa* nux suturis prominulis.

DIGYNIA.

224. CRATAEGUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 854. De Neck. el. bot. n. 725.

Cal. 5 - fidus persistens. *Cor.* 5 - petala. *Drupa* infera 2 - sperma farinosa calyce persistente coronata: nucleis hinc convexis, inde planiusculis. (*Stylus* interdum 1.)

TRIGYNIA.

225. SORBUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 855. De Neck. el. bot. n. 726.

Cal.

Cal. 5 - fidus persistens fructum coronans. *Cor.* 5 - petala. *Pomum* 3 - loculare: *loculis* 1 - spermis.

P E N T A G Y N I A.

226. MESPILUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 857. De Neck. el. bot. n. 724. (Mespilophora.) Borkh. tent. n. 610.

Cal. 5 - fidus persistens. *Cor.* 5 - petala. *Drupa* infera 3 - 5 - sperma. *Sem.* ossea.

227. P Y R U S.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 858. De Neck. el. bot. n. 721. (Pyrophorum) Borkh. tent. n. 613.

Cal. 5 - fidus superus persistens fructum coronans. *Cor.* 5 - petala. *Pomum* inferum carnosum magnum 5 - loculare polyspermum.

228. S P I R A E A.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 862. De Neck. el. bot. n. 748. Borkh. tent. n. 628.

Cal. patens inferus 5 - fidus. *Cor.* 5 - petala. *Caps.* plures congestae 2 - valves polyspermae.

P O L Y G Y N I A.

229. R O S A.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 863. De Neck. el. bot. n. 754. (Rhodophora) Borkh. tent. n. 621.

Cal. 5 - fidus urceolatus, demum baccatus polyspermus. *Cor.* 5 - petala. *Sem.* plurima hispida interiori lateri calycis affixa.

230. RUBUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 864. De Neck. el. bot. n. 751. Borkh. tent. n. 620.

Cal. 5 - fidus. Cor. 5 - petala. Bacca supera decidua composita acinis pluribus 1 - spermis.

231. FRAGARIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 865. De Neck. el. b. n. 755. Borkh. tent. n. 601.

Cal. 10 - fidus: laciniis alternis angustioribus. Cor. 5 - petala. Sem. nuda receptaculo succulento pulposo deciduo immersa.

232. POTENTILLA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 866. De Neck. el. bot. n. 756. Borkh. tent. n. 602.

Cal. 10 - fidus: laciniis alternis minoribus reflexis. Cor. 5 - petala. Sem. plurima nuda mutica receptaculo parvo exsucco sessili affixa.

233. TORMENTILLA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 691. De Neck. el. bot. n. 758. Borkh. tent. n. 599.

Cal. 8 - fidus: laciniis alternis minoribus. Cor. 4 - petala. Sem. plurima subrotunda nuda rugosa receptaculo parvo exsucco affixa.

234. GEUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 867. De Neck. el. bot. n. 761. Borkh. tent. n. 604.

Cal. 10 - fidus: *laciniis* alternis minimis acutis.
Cor. 5 - petala. *Sem.* caudata receptaculo pedunculato affixa.

255. COMARUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 869. De Neck. et b. n. 759. Borkh. tent. n. 603.

Cal. 10 - fidus coloratus: *laciniis* alternis minoribus. *Petala* 5 calyce minora. *Sem.* nuda laevia receptaculo ovato spongioso persistenti adfixa.

 CLASSIS XII.

 ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

221. PHILADELPHUS, Pfeifenstrauch.

1) *Ph. coronarius* foliis oppositis ovato - oblongis subdentatis. *Wohlriechender Pfeifenstr. Flötenstrauch, wilder Jasmin.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 947. Ejusd. Enum. p. 511. Pers. syn. pl. II. p. 24. Hoffm. Germ. I. p. 222. De Vest. Man. bot. p. 748. Schkuhr. bot. Handb. t. 131. Sturm D. Flor. I. 3. Schmidt. Baumz. t. 59.*)

Syringa suaveolens Moench. Method. p. 678.

Frutex. Flor. Maj. Junio.

Hab. in hortis et ad sepes passim quasi sponte.

Frutex 6 - 9 - pedalis, erectus, ramosissimus: *ramis* oppositis. *Folia* opposita, breviter petiolata, ovato - oblonga, acuminata, dentata, glabra. *Flores* racemosi, speciosi, albi: odore fragrantissimo gratissimoque. *Racemi* terminales, erecti, 4 - 6 - flori. *Stylus* sub florescentia quadrifidus, demum ad basin quadripartitus.

Flos primarius plerumque quinquefidus.

222. AMYGDALUS, Mandelbaum.

1) *A. communis* foliorum serraturis infimis glandulosis, floribus sessilibus geminis, patalis calyce majoribus. *Gemeiner Mandelb.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 982. Ejusd. Enum. p. 516. Pers. syn. pl. II. p. 34. De Vest. Man. bot. p. 749. Herb. Blackw. t. 105. Knorr. thesaur. t. M. 1. Majer. Pomon. francon. I. t. 3 - 4.*)

Arbor. Flor. April. Majo ante foliorum eruptionem.

Hab. in hortis et vineis.

Arbor mediocris: *ramis* multis patentibus. *Folia* sparsa, breviter petiolata, ovato - lanceolata, acuminata, utrinque glabra, serrata: *serraturis infimis et petiolis* glandulosis. *Flores* speciosi, carnei, subsessiles, plerumque gemini.

Var. nucleorum epidermide amara. (*Amygdalae amarae*).

2) *A. fragilis* petalis calycem subaequantibus.
Krachmandel.

(*G. M. Sch.* Flor. der Wetter. II. p. 161.)

Amygd. commun. β. Linn. Majer. Pom. francon. I. t. V.

Arbor. Flor. Majo ante foliorum exortum.

Hab. in iisdem locis.

A praecedente petalis calyce vix longioribus, nucibusque fragilibus constanter differt.

225. PRUNUS, Pflaumenbaum.

1) *P. Padus* florum racemis pendulis, petalis serrulatis, foliis deciduis duplicato - serratis: petiolis biglandulosis, fructibus globosis. *Vogelpflaume, Traubenkirsche, Ahlbeere.*

(*L. sp. pl. ed. Willd.* II p. 984. *Ejusd.* Enum. p. 517. *Pers. syn. pl.* II. p. 34. *Hoffm.* Germ. I. p. 222. *De Vest. Man. bot.* p. 749. *Kerner* IV. t. 31.)

Padus avium Moench. Meth. p. 671. *G. M. Sch.* Flor. d. Wetter. II. p. 178.

Frutex s. Arbor. Flor. Majo.

Hab. in sylvis et ad sepes passim.

Frutex 6 - 9 pedalis, erectus, ad arboris magnitudinem saepe accedens: cortice e bruno - cinereo tuberculis albidis obsesso. *Rami* alterni, erecti, teretes, laeves. *Folia* alterna, petiolata, ovato - lanceolata, serrata, glabra, annua, laete viridia, inferne ad venas et costam barbata, basi glandulis 2 aut 3 - 4 instructa. *Stipulae* lanceolatae, parvae, deciduae. *Flores* parvi, odorati: petalis albis denticulatis

calyci insertis, racemosi. *Racemi* terminales, laxi, multiflori, simplices nutantes: *pedicellis* numerosis unifloris. *Drupae* globosae, nigrae, succulentae, nauseosae, pisi magnitudine.

2) *P. Armeniaca* floribus sessilibus, foliis subcordatis. *Aprikosenpflaume*, *Aprikosenbaum*.

(*L. sp.* pl. ed. *Willd.* p. 989. *Ejusd.* Enum p. 518 *De Vest.* Man. bot. p. 750. *Herb. Blackw.* t. 281 *Majer* Pom franc. I. t. 1 - 8. *Kerner* t. 201.)

Armeniaca epirotica *G. M. Sch.* Flor d. Wetter. II p. 167.

A. vulgaris *Pers.* syn. pl. II. p. 36.

Arbor. Flor. Mart. *Aprili* ante foliorum eruptionem.

Hab. in Asia. (*Colitur in hortis inque vineis cum pluribus variationibus.*)

Arbor mediocris, s. *frutex* ramis multis divaricatis, junioribus purpurascens. *Folia* longe petiolata, subcordata, acuminata, glabra, tenuiter serrato-dentata: *vernantia* convoluta. *Flores* speciosi, albi s. incarnati, sessiles, laterales, solitarii s. fasciculati.

3) *P. Cerasus* umbellis subsessilibus, foliis ovato-lanceolatis glabris conduplicatis, fructibus globosis. *Saure Pflaume*, *Weichselbaum*.

(*L. sp.* pl. ed. *Willd.* p. 991. *Ejusd.* Enum. l. c. *Pers.* syn. pl. p. 34. *Hoffm.* Germ. p. 223. *De Vest.* Man. bot. l. c. *Majer* Pomon, franc. T. II. *Herb. Blackw.* t. 449)

Cerasus vulgaris *Moench.* Meth. p. 672.

C. acida *G. M. Sch.* Fl. d. Wetter. II. p. 185.

Arbor. Flor. April. Majo.

Hab.

Hab. ad sepes, in vineis, in agris inque hortis cum pluribus variationibus

Arbor mediocris s. frutex: ramis nutantibus. Folia ovato - lanceolata, acuminata, serrato - dentata, glabra: juniora conduplicata. Petioli eglandulosi. Stipulae dentatae, glandulosae. Bractee serratae, trifidae: intermedia foliacea. Petala alba. Fructus globosi, nigri s. rubri, acidi, aut subdulces.

4) *P. avium* umbellis sessilibus, foliis ovato - lanceolatis subtus pubescentibus conduplicatis: basi biglandulosis, fructibus globosis. *Süße Pflaume, Kirschbaum.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. p. 35. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c. Majer Pom. franc. T. II. Kerner t. 30. Herb. Blackw. t. 425.*)

Cerasus avium Mönch. Method. p. 672.

C. dulcis G. M. Sch. Fl. d. Wetter. II. p. 181.

Arbor. Flor. April. Majo.

Hab. in sylvaticis, ad pagos, ad sepes et colitur cum pluribus variationibus in agris, hortis et vineis.

Arbor saepe praealtus: ramis verticillatis strictis erectis. Folia ovata, acuminata, inaequaliter serrata, glabra, subtus laeviter pubescentia: primo conduplicata. Petioli apice biglandulosi. Umbellae perfecte sessiles, 3 - 4 - florae, saepius multiflorae. Petala alba. Fructus sanguineo - rubri, albido - rubelli vel nigricantes.

5) *P. domestica* pedunculis subsolitariis, foliis lanceolato - ovatis crenatis, ramis muticis, fructibus ellipticis. *Gemeiner Pflaumenbaum, Zwetschge.*

(*L.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 975. Ejusd. Enum. p. 519. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c. Herb. Blackw. t. 281. Knorr. thes. I. 1. P. 2. Majer. Pom. franc. T. I.*)

Arbor. Flor. April. Majo.

Hab. ad pagos, in vineis, agris et hortis ubique.

Arbor mediocris: ramis multis divaricatis inermibus, aut passim spinosis. Folia breviter petiolata, lanceolato-ovata, serrata, glabra: juniora subtus pubescentia et convoluta. Peduncul'i breves, uniflori, plerumque solitarii. Petala alba, obovata. Calycis lacinae denticulatae, extus hirsutae. Fructus ellipticus, coeruleus rore glauco.

Innumerae hujus in hortis nostris existunt varietates fructuum magnitudine, figura, sapore, colore atque maturationis tempore invicem diversissimae.

6) *P. insititia* pedunculis geminis, foliis lanceolato-ovatis subtus villosis, ramis spinescentibus, fructibus subrotundis. *Kriechenpflaume, Haaferschleen.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 996. Ejusd. Enum l. c. Pers. syn. pl. p. 35. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c. Kern. IV. t. 29. Herb. Blackw. t. 305.*)

Frutex. Flor. Martio Aprili.

Hab. ad sepes, inter fruticeta, ad pagos inque nemorosis passim.

Frutex validus ad arboris magnitudinem saepe accedens; ramis alternis, spina simplici plerumque terminatis. Folia alterna, petiolata, ovata, basi atten-
nu-

nuata, subconvoluta, serrata, supra glabra, subtus villosa. Flores albi, terminales: pedunculis geminis et solitariis. Fructus subrotundus, magnitudine *Pruni avium*, ex nigro coeruleus rore glauco.

7) *P. spinosa* pedunculis solitariis, foliis lanceolatis glabris, ramis spinosis, fructibus subrotundis. *Schleenpflaume, Schleendorn, Schwarzdorn.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 997. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 751. Schkuhr. bot. Handb. t. 132. Sturm D. Flor. I. 9. Herb. Blackw. t. 494.*)

Frutex. Flor. April. Majo ante folia enata.

Hab. ad sepes ubique abunde.

Ab antecedente differt: *statura* minori, *ramis* copiosioribus magis divaricatis undique *spinis* validis floriferis obsessis, *foliis* lanceolatis s. elliptico-lanceolatis glabris, *pedunculis* terminalibus et lateralibus solitariis sparsis, *fructuque* duplo minore, maturo etiam maxime austero.

D I G Y N I A.

224. CRATAEGUS, Weißdorn.

1) *C. Oxyacantha* spinosa, foliis obtusis subtrifidis serratis glabris, floribus corymbosis digynis, pedunculis calycibusque glabriusculis, laciniis calycinis lanceolatis acutis. *Gemeiner Weißd. Hagedorn.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 1005. Pers. syn. pl. II. p. 38. Hoffm. Germ. I. p. 224. De Vest. Man. bot. p. 758. Schkuhr. bot. Handb. t. 132. Kerner VI. t. 43. Jacq. Austr. t. 292. f. 2. Herb. Blackw. t. 149. Knorr. thesaur. I. t. H. 4.*)

Mespilus Oxycantha Scopol. Carn. I. p. 344.
Mönch. Meth. p. 684. *Smith*. Britan. Vol. II. p. 529.
Ehrh. Beitr. B. 7. p. 134. *Willd.* Enum. p. 524.

Frutex. Flor. Maj. Junio.

Hab. ad sepes et in dumetis ubique.

Frutex ad arboris altitudinem nonnunquam accedens; ramis alternis glabris rigidis aculeatis. Lignum albidum, durum. Folia alterna, petiolata, subrhombea, glabra, laete viridia, subtriloba: lobis obtusis incis, medio trifido. Flores pedunculati, terminales, corymbosi odoris peculiaris suburinosi. Calyx patentissimus. Petala 5 subrotunda, patentia, alba. Stigmata capitata. Baccae elliptico-subrotundae, glabrae, rubrae, pulpa lutea farinosa.

Variat stylis 3 et 5, floribus plenis et roseis.

2) *C. monogyna* spinosa, foliis acutis subtrifidis serratis glabris, floribus corymbosis monogynis, pedunculis calycibusque pubescentibus, laciniis calycinis lanceolatis acuminatis. Einweibiger Weißdorn, scharfblättriger Hagedorn.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1006. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. bot. l. c. *Jacq.* Austr. t. 292. f. 1.)

Mespilus monogyna *Ehrh.* Beitr. B. 7. p. 133.
Spreng. Hal. p. 143. *Willd.* Enum. l. c.

Frutex. Flor. Maj. Junio.

Hab. cum priori.

Differt a praecedente: ramis procerioribus, foliis supra magis splendidibus in lobos 3 aut 5 profundiores acutiores et angustiores plerumque integerrimos aut superne dentato-serratos divis: pedunculis ra-

mosis *calycibusque* plerumque pubescentibus, *laciniis calycinis* lanceolatis acuminatis et *floribus* monogynis.

Var. *stylis* 2 et *foliis* pinnatifidis.

3) *C. torminalis* inermis, foliis simplicibus subcordatis inaequaliter septemlobis subtus pubescentibus: lobis infimis divaricatis. *Elzbeer - Weißdorn, Darmbeerbaum.*

(*De Vest.* Man. bot. p. 759. *Roth.* Germ. I. p. 213. II. p. 543. *Wibel.* Werth. p. 254. *Jacq.* Austr. t. 443.)

Pyrus torminalis L. sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 1021. *Ejusd.* Enum. p. 527. *Hoffm.* Germ. I. p. 227. *Smith.* Britan. Vol II. p. 532. *Spreng.* Hal. p. 144. *Ehrh.* Beitr. B. 6. p. 92. *Monch.* Meth. p. 681.

Sorbus torminalis Pers. syn. pl. II. p. 38.

Frutex. Flor. Maj. Junio.

Hab. in sylvis et nemoribus. (In sylvis *Gramschatz et Guttenberg.* In saltu *kitzingensi.* In nemorosis des *Steigerwaldes* versus *Falkenstein* et circa *Abbat. Heidenfeld.* Im *Huck* prope *Wipfeld.* In sylvaticis prope *Uettingen, Wolfsmünster, Sachsenheim, Wülfershausen, Büchold, Prosselsheim, Mühlhausen, Stetten ad Werram,* am *Klaushügel* prope *Klosterhausen* alibique.)

Frutex aut *arbor* mediocris: *cortice* laevi rubro albo maculato. *Rami* alterni, erectiusculi, glabri, inermes. *Lignum* perdurum, album, intus fuscescens. *Folia* alterna, longius petiolata, cordato - ovata, subrotunda, duriuscula, supra glabra, subtus pubescentia, septemlobata: *lobis* inaequalibus acutis serratis erectis, *infimis* 2 divergentibus. *Petioli* tomentosi. *Corymbi* terminales et axillares, ramosi, am-

ampli, multiflori: *pedunculis* tomentosis. *Calyces* patentes, acuti, lanati, albi. *Petala* subrotunda, calyce multo majora, alba. *Baccae* ellipticae, obtusae, maturitate fuscae, punctis albis notatae, pulposae, grate aescensentes.

Var. *stylis* 3 et 4.

TRIGYNIA.

225. SORBUS, *Eberesche*.

1) *S. Aucuparia* foliolis serratis utrinque glabris, floribus trigynis, fructibus magnitudine floris. *Gemeine Eberesche, Vogelbeerbaum.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 1008. Ejusd. Enum. p. 520. Pers. syn. pl. II. p. 38. Hoffm. Germ. I. p. 224. De Vest. Man. bot. p. 769. Schkuhr. bot. Handb. t. 133. Herb. Blackw. t. 173. Kern. 3. t. 21.*)

Pyrus aucuparia Smith. Britan. Vol. II. p. 533. Moench. Meth. p. 681. Ehrh. Beitr. B. 6. p. 94.

Mespilus aucuparia Scopol. Carniol. I. p. 346.

Arbor. Flor. Maj. Junio.

Hab. in sylvis, in dumetis, ad sepes et pagos ubique.

Arbor formosa variae altitudinis, *trunco* recto *cortice* cinereo obducto, *ramisque* multis longis alternis. *Lignum* perdurum, tenax, albidum. *Folia* alterna, petiolata, impari-pinnata: *foliolis* oppositis sessilibus lanceolatis acuminatis profunde et acute serratis, *junioribus* subtus pubescentibus, *impari* majore pedicellato. *Corymbi* terminales, pubescentes, ramosissimi, ampli, convexi, multiflori. *Flores* albi, odorati.

Bac-

Baccæ globosae, nitidae, coccineae, succulentae, acidae, amaricantes.

Variat stylis 2 - 4 et 5.

2) *S. domestica* foliis antice serratis subtus villosis, floribus pentagynis, fructibus flore multo majoribus. *Zahme Eberesche, Spierlingbaum, Speierling.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1009. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. p. 39. Hoffm. Germ. p. 225. De Vest. Man. bot. l. c. Jacq. Austr. t. 447. Herb. Blackw. t. 174.*)

Pyrus domestica Smith. Britan. Vol. II. p. 532. Mönch. Meth. l. c. Ehrh. Beitr. B. 6. p. 95.

Arbor. Flor. Majo.

Hab, ad vias, ad pagos inque hortis.

Arbor saepe procera ramis alternis, cortice rimoso e cinereo fusco. *Folia* alterna, impari - pinnata; *foliis* oblongis acutis a medio ad apicem serratis subtus villosis, demum denudatis. *Flores* odori, albi, terminales, racemoso - paniculati: *pedunculis* tomentosis. *Fructus*, quam in praecedente multo major, pyriformis aut subrotundus, glaber, ex viridi - flavo - rubro varius, demum pulposus edulis.

Arbor tardissime crescens et post annum plerumque sexagesimum primum fructifera.

PENTAGYNIA.

226. MESPILUS, *Mispel.*

1) *M. Cotoneaster* foliis ovatis integerrimis subtus tomentosis. *Quitten - Mispel.*

(*L.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 1012. Ejusd. Enum. p. 522. Pers. syn. pl. II. p. 39. Hoffm. Germ. I. p. 225. De Vest. Man. bot. p. 773. Schmidt. Baumz. t. 89.*)

Pyrus cotoneaster Mönch. Meth. p. 681.

Frutex. Flor. April. Majo.

Hab. in montosis, ruderatis. (Copiose ad montem *Kalbenstein* prope *Karlstadt* et inter vineas ibidem. Inter ruinas arcis *Karlsburg* alibique rarius.)

Frutex 3 - 4 - 6 - pedalis, erectus, ramosissimus, cortice cinereo glaberrimo, ramis alternis divergentibus. Folia alterna, breviter petiolata, ovata, acutiuscula. integerrima, supra glabra, laete viridia; subtus albo - tomentosa. Pedunculi laterales terminalesque, breves, pubescentes, subnutantes, ramosi, 3 - 4 - flori, rarius simplices uniflori. Flores parvi: petalis subrotundis albidis aut roseis. Baccae suborbiculatae, glaberrimae, rubrae, pulposae, subausterae, 3 - rarius 5 - spermae.

Variat saepissime stylis 3, etiam 4.

227. PYRUS, Birnbaum.

1) *P. communis* foliis ovatis serratis utrinque glabris, floribus corymbosis, fructibus basi productis. Gemeiner Birnb. Holzbirne.

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 1016. Ejusd. Enum. p. 526. Pers. syn. pl. II. p. 40. Hoffm. Germ. I. p. 226. De Vest. Man. bot. p. 774. Kern. III. t. 31. Herb. Blackw. t. 453.*)

Arbor. Flor. April. Majo.

Hab. in sylvis, agris, ad vias et pagos ubi cunq.

Arbor saepe excelsa, longaeva, *cortice* griseo demum rimoso, *ramis* erectis plerumque spinescentibus: *ramulis* dependentibus. *Lignum* compactum, durum, ex rubro luteum. *Folia* alterna, petiolata, elliptica, serrata, glabra, nitida, pendula: *juniora* villosiuscula. *Flores* speciosi, nivei, terminales, corymbosi: *pedunculis* villosis congestis elongatis. *Fructus* obverse conicus aut ovato - subrotundus, basi productus, durus, valde acerbus, maturitate emollius flavescens.

Innumerae hujus in hortis nostris atque vineis coluntur variationes figura, magnitudine, colore, sapore et tempore maturationis fructuum distinctissimae. (*Vid. Majer. Pomon. francon. Tom. III.*)

2) *P. Malus* foliis ovatis serratis subtus subto-mentosis, umbellis sessilibus, fructibus basi umbilicatis. *Apfelbirne, gemeiner Apfelbaum, Holzapfel.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1017. Ejusd. Enum l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vesi. Man. bot. l. c. Kern. III. t. 23. Schkuhr. bot. Handb. t. 134. Herb. Blackw. t. 141 et 178.*)

Malus sylvestris Moench, Meth. p. 682.

Arbor. Flor. April. Majo.

Hab. cum priori.

Frutex plerumque *arbor*: *cortice* cinereo, in anno-sioribus e cinereo - nigricante, rimoso. *Rami* alterni *ramulique* tortuosi magis quam in praecedente horizontales. *Folia* petiolata, alterna aut fasciculata, ovata, acuminata, serrata, glabra: *juniora* praecipue subtus pubescentia. *Pedunculi* umbellato - congesti, brevissimi, uniflori, villosi. *Flores* odorati, speciosi. *Petala* alba, extus rubello mixta, *Fructus* sub-

subrotundus, basi excavatus, carnosus, succulentus, acidus.

Fructus ratione magnitudinis, figurae, coloris, saporis et maturationis temporis in hortis nostris admodum variant. (*Vid. Majer. Pomon. Tom III.*)

3) *P. Cydonia* foliis integerrimis, floribus solitariis. *Quittenbirne, Küttenbaum.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1020. Hoffm. Germ. p. 226. De Vest Man. bot l. c. Jacq. Austr. t. 342. Herb. Blackw. t. 137. Knorr. thesaur. I. t. Q.*)

Cydonia cydonia Pers. syn. pl. II. p. 40.

C. vulgaris Willd. Enum. p. 528.

Frutex. Flor. Maj. Junio.

Hab. prope urbem Cydon in Insula Creta et apud nos ad sepes hinc inde quasi sponte. (Ad sepes vinearum prope Unterdürrbach, dem rothen Kreutze, des Steinberges inter Ritzbach et Karlstadt et in monte Kalbenstein. In vineis des Grombühels, im mittleren Sand, ad marginem sylvae zellensis versus dem Gasthauße alibique rarius.)

Frutex altus, ramosissimus: ramis alternis inermibus, junioribus tomento albo dense obsessis. Lignum perdurum, tenax, luteo - albidum. Folia alterna, ampla, ovalia, obtusiuscula, integerrima, supra glabra, nitida, subtus albo - tomentosa: petiolis brevibus tomentosis. Flores magni, speciosi, albi, solitarii, pedunculis brevissimis insidentes. Calyx tomentosus, quinquefidus: laciniis serratis. Fructus magnus, austerus, luteus, tomento albo obsessus, rotundus.

Var. *fructibus* basi productis pyriformibus. (*Birnquitte.*)

228. SPIRAEA, *Spierstaude*.

1) *Sp. Aruncus* foliis supradecompositis, spicis paniculatis. floribus polygamis. *Geisbart - Spierst. wilder Bocksbart.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 1060. Ejusd. Enum. p. 542. Pers. syn. pl. II. p. 46. Hoffm. Germ. I. p. 227. De Vest. Man. bot. p. 775.*

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in nemorosis montosis. (In sylvis Waldskugel, Gramschatz et Guttenberg rarissime. In sylvaticis prope Hahenbergstetten, Röttingen, im Oelgrund, im Steigerwald versus Zabelstein, prope Kitzingen, ad montem Schwamberg alibique infrequens.)

Caules e radice plures, erecti, 2 - 3 - 4 - pedales et altiores, sulcato - angulati, glabri, medulla alba farcti. Folia amplissima, alterna, petiolata, supradecomposita: foliolis oppositis ovatis argute duplicato - serratis pedicellatis glabris mucrone praelongo terminatis: impari longius pedicellato 2 - 3 - lobo. Pedunculi longi, basi incrassati. Panicula terminalis, maxima, composita spicis erectis filiformibus ramosis nudis. Flores parvi, albi, conferti, polygami.

2) *Sp. Filipendula* foliis interrupte pinnatis: foliolis uniformibus interrupte serratis glabris, floribus cymosis polygynis. *Knollige Spierst. Filipendel, rother Steinbrech.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1061. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c. Sturm. D. Flor. I. 18. Herb. Blackw. t. 467.*)

Filipendula vulgaris Moench. Method. p. 663.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab.

Hab. in pratis, in nemorosis. (In pratis prope oppidulum *Aub* et *Ochsenfurth* raro. In graminosis juxta *Moenum* prope *Pölkach* versus *der Hallburg*. In pratis *salae* prope *Kissingen* et in nemorosis versus *der Cascade* ibidem. Hinc inde juxta dem *Hoag* ad *Karlstadt*, in montibus *Soden* - et *Reißenberg* alibi que raro.)

Radix e tuberibus ellipticis, inaequalibus, extus fuscis, intus albis, carnosis, in fila attenuatis composita. *Caulis*: pedalis, sesquipedalis et altior, erectus, firmus, simplex, glaber, angulatus. *Folia* longa, impari pinnata: *pinnis* sessilibus glabris inciso - dentatis *minoribus* palmatis immixtis, *impari* 3 - loba: *radicalia* in orbem digesta petiolata, *caulina* alterna erecta sessilia amplexicaulia. *Stipulae* adnatae, dentatae, rotundatae. *Panicula* terminalis, cymosa, erecta, multiflora, subdichotoma. *Flores* secundi, albi, extus rubelli.

3) *Sp. Ulmaria* foliis interrupte pinnatis subtus tomentosis, foliolis inaequalibus lobatis: impari tripartito, floribus polygynis. *Sumpfspierstaude*, *Johanniswedel*.

(*L. sp. pl. ed. Willd.* l. c. *Ejusd. Enum.* l. c. *Pers. syn. pl.* p. 47. *Hoffm. Germ.* l. c. *De Vest. Man. bot.* p. 776. *Sturm. D. Flor.* I. 18. *Herb. Blackw.* t. 465.)

Ulmaria palustris *Mönch. Meth.* p. 663.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in pratis humidis umbrosis, et ad ripas ubique.

Caulis 3 - 4 - pedalis, erectus, firmus, sulcatus, glaber, simplex. *Folia* alterna, petiolata, interrup-

te pinnata: *foliis* maxime inaequalibus lobatis serratis subtus tomentoso - albis, *impari* maximo trilobato. *Stipulae* amplexicaules, subrotundae, dentatae. *Flores* parvi, albi, terminales, cymosi: *cyma* intermedia sessili, *reliquis* longe pedunculatis.

P O L Y G Y N I A.

229. R O S A , Rose.

Germinibus globosis.

1) *R. lutea* fructibus globosis pedunculisque glabris, calycibus petiolisque spinulosis, aculeis ramorum sparsis rectis. *Gelbe Rose, Wanzenrose, türkische Sammtrose.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 1064. Ejusd. Enum. p. 543. Hoffm. Germ. I. p. 228. De Vest. Man. bot. p. 788. Knorr. thesaur. I. t. R. 11.*)

R. chlorophylla Ehrh. Beitr. B. 2. p. 69.

R. eglantheria Pers. syn. pl. II. p. 47. Roth. Germ. I. p. 217. II. p. 553. Wib. Werth. p. 263.

R. punicea Mill. Dict. no. 12.

Frutex. Flor. Jun. Julio.

Hab. in sepibus (Ad sepes hortorum vor dem neuen et burkarder Thore inque vineis des Galgenberges passim raro. Ad sepes prope Kleinochsenfurth et alibi.)

Frutex orgyalis fere, ramosissimus: *cortice* rubescente. *Aculei* trunci et ramorum pauci, sparsi, recti. *Foliola* ovato - oblonga, utrinque glabra, odorata, duplicato et argute serrata. *Petioli* hispidi. *Pedun-*

dunculi solitarii, glabri, uniflori. *Germen* subglobo-
sum, glabrum. *Laciniae calycinae* pinnatae, glandu-
liferae. *Petala* speciosa, magna, subemarginata,
flava.

Variat petalis extus flavis, intus puniceis. (*R. bi-*
color Jacq. hort. vind. I. p. 1.)

Odor florum peculiaris, foetidus.

2) *R. cinnamomea* fructibus globosis peduncu-
lisque glabris, aculeis stipularibus, petiolis subiner-
mibus, foliolis oblongis obtusis basi attenuatis. *Zimmt-*
rose, *Mayrose*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1065. Ejusd. Enum. l. c.*
Pers. syn. pl. II p. 47. Hoffm. Germ. l. c. De Vest.
Man. bot. p. 786.)

R. collincola Ehrh. Beitr. B. 2. p. 70.

R. foecundissima Roth. Germ. I. p. 218. II.
p. 557.

Frutex. Flor. Maj. Junio.

Hab. in hortis, in eorum sepibus inque vi-
neis passim.

Frutex 4 - 6 - pedalis, erectus, ramosissimus: *ra-*
mis alternis erectis purpurascens splendentibus.
Aculei sparsi, plerumque axillares, apice recurvi.
Foliola 5 - 7 oblonga, obtusa, simpliciter serrata,
basin versus integra et angustiora, eglandulosa, sub-
tus pubescentia, pallidiora. *Petioli* subtomentosi,
incani, subtus plerumque aculeati. *Stipulae* fere
membranaceae, reticulatae, superne serrulatae, glandu-
losae. *Pedunculi* terminales, solitarii, breves, uni-
flori, glabri, purpurei. *Germen* exiguum, globosum,
glaberrimum. *Laciniae calycinae* subulatae, pube-
scentes, integrae, apice saepissime foliaceae: *tribus*

plerumque corolla multo longioribus. *Flores* parvi, pallide rubri. *Fructus* maturus phoeniceus.

Extra hortos floribus semper plenis occurrit.

3) *R. arvensis* germinibus globosis pedunculisque elongatis glabris, caule repente petiolisque aculeatis, floribus subcymosis, stylis basi cohaerentibus elongatis. *Feld - Rose, Kriechrose.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1066. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c.*)

R. Herporhodon Ehrh. Beitr. B. 2. p. 71.

R. repens Scopol. Carniol. I. p. 355. *Gmel. Bad. II. p. 418.*

R. Jusca Mönch. Method. p. 688.

Frutex. Flor. Jun. Julio.

Hab. in sylvis et ad eorum margines. (In sylvis Waldskugel, Guttenberg, Zell alibique.)

Frutex 3 - 6 - pedalis funiculis foliosis longe supra terram serpentibus. Aculei validi, sparsi, recurvi, vel, in ramis floriferis praesertim, saepe tantum stipulares. Foliola 5 - 7 ovata, acuta, serrata, utrinque glabra, supra laete viridia, subtus pallidiora. Petioli aculeati. Stipulae breves, glanduloso - ciliatae. Pedunculi terminales, erecti, glanduloso - scabri, inermes, uniflori, 3 - 5 subcymosi, rarius solitarii. Flores speciosi, odorati. Laciniae calycinae villosiusculae, 3 pinnatifidae, reliquae integriusculae. Petala obcordata, alba. Styli praelongi, villosi, basi in columnam coaliti. Fructus globosi, glabri, atro-sanguinei.

4) *R. spinosissima* germinibus globosis pedunculisque glabris, aculeis caulinis numerosissimis inaequa-

aequalibus rectis setaceis, foliis subrotundis glabris.
Viel-tachtige Rose, weiße Stachelrose.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1067. *Pers.* syn. pl. p. 48.
Hoffm. Germ. p. 229. *De Vest.* Man. bot. l. c.)

Frutex. Flor. Maj. Junio.

Hab. ad margines agrorum, in ruderatis et dumetis. (Ad agros prope *Versbach, Rimpar, Arnstein, Schlüsselfeld* et *Seslach*. In lapidosis juxta *sylvam vitihoechheimensem* procul den Ruinen der *Ra-rensburg*. Ad montem *Kalmut*, am *Kalbenstein* prope *Karl tadt*, am *Schwamberg* versus *Kitzingen*, ad montem *Hohwamm* prope *Haßfurth* et juxta der *Vogelsburg* versus *Volkach*. In dumetosis prope *Homburg, Aub* et alibi, sed raro.)

Frutex 1 - 2 - 3 - pedalis, interdum ocrealis, aculeatissimus, cortice rubello obductus. *Aculei* confertissimi, recti, validi, minoribus et flexilioribus immixtis. *Foliola* minima, subsessilia, 7 - 9, fere orbiculata, glabra, aequaliter serrata. *Petioli* glabri, aculeolati. *Stipulae* angustae, acutae, ciliatae. *Pedunculi* terminales, solitarii, uniflori, erecti, glabri, inermes, saepe aculeati. *Laciniae calycinae* integerrimae. *Petal'a* emarginata, alba: *unquam* lutescente. *Fructus* globosus, glaberrimus, splendens, purpureus, demum niger exsuccus.

5) *R. villosa* germinibus globosis pedunculisque hispida, aculeis caulinis sparsis rectiusculis, foliis ellipticis utrinque tomentosis. *Zottige Rose, Hahnenbutterrose.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1069. *Ejusd.* Enum. p. 544. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. bot. p. 288. *Knorr.* thesaur. II. t. R. 2. a.)

R. po-

R. pomifera Borkh. Holz. p. 309.

Frutex. Flor. Majo — Julio.

Hab. in dumetis, ad sepes inque vineis passim.

Frutex fortis 4 - 6 - pedalis et altior, ramosissimus: ramis brevibus erectis, junioribus tomentosis. Truncus laevis, glaber: aculeis sparsis raris parvis validis, fere rectis. Foliola elliptica, serrato-dentata, utrinque subtus praecipue tomentosa. Petioli cum costa tomentosi, subtus aculeati. Stipulae lineares, acutae, margine subsericeae, glandulosae. Pedunculi terminales, uniflori, plerumque solitarii, rarius bini, setis rigidis apice glanduliferis muricati. Laciniae calycinae elongatae, tomentosae, dorso muricatae: tribus plerumque semipinnatis. Petala obcordata, emarginata, pallide rubra. Fructus maximus, undique muricatus, splendens, maturus rubro-nigrescens, pulposus.

Variat germinibus inermibus. (*R. mollissima* Willd. prodr. Fl. berol. no. 1237.)

Germinibus ovatis.

6) *R. rubiginosa* germinibus ovatis pedunculisque hispidis, aculeis caulinis aduncis, foliolis ellipticis subtus glanduloso-rubiginosis. Rostrose, Weinrose.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1073. Ejusd. Enum. p. 546. Pers. syn. pl. p. 49. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 787. Jacq. Austr. t. 50. Ehrh. Beitr. B. 4. p. 22. Schkuhr. bot. Handb. t. 134. Sturm. D. Flor. I. 18.*)

Frutex. Flor. Majo — Julio.

Hab.

Hab. ad vias, ad sepes inque dumetis ubique.

Frutex 5 - 8 - pedalis, robustus, valde ramosus, cortice truncorum et ramorum vetustiorum rubello, juniorum viridi, splendente. *Aculei* validi, compressi, adunci, sparsi, flavescentes. *Foliola* 5 - 7 - 9 subsessilia, ovata, acuminata, duplicato - glanduloso - serrata, fragrantia, viscosa, supra saturate viridia, subtus pallidiora punctis resinosis rubiginosa. *Petioli* pilis glandulosis glutinosis adpersi, subtus aculeis parvis aduncis armati. *Stipulae* sagittatae, acutae, margine glanduloso - ciliatae. *Pedunculi* terminales, simplices uniflori, aut divisi bi - triflori, setis rigidis capitatis muricati. *Laciniæ calycinae* lanceolatae, intus tomentosae, extus pilis capitatis glutinosis hispidae: *tribus* plerumque pinnatifidis, interdum omnibus integris. *Petala* obcordata, rubra: *unque* albedo aut flavescente. *Fructus* subrotundo - ovatus, basi hispidus, farinosus, phoeniceo - purpureus.

Variat saepissime floribus semiplenis.

7) *R. canina* germinibus ovatis pedunculisque glabris, aculeis caulinis aduncis, foliolis ovatis acuminatis glaberrimis. *Hundsrose, Heckenrose, Hagenbutterose,*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1077. Ejusd. Enum. p. 547. Pers. syn. pl. p. 50. Hoffm Germ. p. 230. De Vest. Man. bot. p. 788. Herb. Blackw. t. 8. Knorr. thes. I. t. R. 4. Sturm D. Flor. I. 18.*)

Frutex. Flor. Jun. Julio.

Hab. in dumetis, ad sepes ubique frequens.

Frutex fortis, 5 - 10 - pedalis et altior: *ramis* elongatis erecto - patentibus. *Aculei* sparsi, validi, com-

compressi, adunci, rubicundi. *Foliola* 5 - 7 subsessilia, ovata, acuminata, inaequaliter argute serrata, inodora, utrinque nuda et glaberrima. *Petioli* glabri, subtus aculeis curvatis praediti. *Stipulae* glabrae, margine tenuissime ciliatae. *Pedunculi* terminales, uniflori, glaberrimi, solitarii, interdum bini aut terni. *Laciniae calycinae* ciliatae, glandulosae, petala adaequantes: *tribus* plerumque pinnatifidis, reliquis integris. *Petala* obcordata, non raro biloba, odorata, pallide rubella, saepe albida. *Fructus* ovatus, glaber, coccineus, pulposus, grate acescens.

8) *R. centifolia* germinibus ovatis pedunculisque hispidis, caule hispido aculeato, petiolis inermibus. *Hundertblättrige Rose*, *gemeine Gartenrose*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1071. *Ejusd.* Enum. p. 545. *Pers.* syn. pl. p. 48. *Knorr.* thesaur. t. R.)

Fruticulus. *Flor.* Jun. Julio.

Hab. in vineis inque hortis cum pluribus variationibus.

Fruticulus notissimus: *ramis* paucis elongatis erecto - patentibus *truncoque* inferne praecipue hispido aculeatis. *Foliola* ovata, argute serrata, supra glabra saturate viridia, subtus pilosiuscula pallidiora. *Petio- li* glabri, inermes, glandulosi. *Pedunculi* terminales, elongati, hispidi, simplices uniflori, aut divisi bi - triflori. *Laciniae calycinae* semipinnatae, apicem versus glandulosae. *Flores* rosei, elegantissimi, odore pergrato, subnutantes, semper pleni. *Fructus* hispidus, interdum glaber, maturus ruber, pulposus.

9) *R. alba* germinibus ovatis glabris, pedunculis hispidis, aculeis caulis et petiolorum sparsis aduncis. *Weisse Rose*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1080. Ejusd. Enum. p. 548. Pers. syn. pl. p. 49. De Vest. Man. bot. p. 788. Herb. Blackw. t. 73. Knorr. thesaur. I. t. R. 6.*)

Frutex. Flor. Jan. Julio.

Hab. in hortis, in vineis, ad eorum muros et sepes passim.

Frutex fortis, 4 - 9 - pedalis, ramosissimus, cortice viridi splendente obductus. *Aculei* validi, sparsi, recurvi: basi valde dilatati. *Foliola* ovata, supra glabra, subtus plus minusve villosa, aut scabra, argute serrata: serraturis plerumque glandulosis. *Petiolii* villosi, subtus aculeolis sparsis viridibus, et basi glandulis pedicellatis praediti. *Pedunculi* terminales, pedicellato - glandulosi, hispidi, uniflori, solitarii, aut bini et terni. *Lucinae calycinae* lanceolatae, pleraeque basi pinnatifidae. *Petala* speciosa, nivea. *Fructus* maturus fere glaber, fusco - purpureus.

Flores plerumque semipleni.

230. RUBUS, Himbeere.

1) *R. idaeus* foliis quinato - pinnatis ternatisque subtus tomentosis, petiolis canaliculatis, caule aculeato. *Gemeine Himb. Hohlbeere.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 1081. Ejusd. Enum. p. 548. Pers. syn. pl. II. p. 51. Hoffm. Germ. I. p. 230. De Vest. Man. bot. p. 789. Herb. Blackw. t. 289. Knorr. thesaur. II. t. R. 1.*)

Frutex. Flor. Maj. Junio.

Hab. in sylvaticis et nemorosis montosis ubique.

Frutex 3 - 4 - pedalis et altior *aculeis* sparsis parvis rectis armatus. *Folia* petiolata, alterna: *inferiora* plerumque quinato - pinnata, *superiora* ternata: *foliis* oppositis sessilibus ovatis acuminatis argute serratis supra laete viridibus glabris, subtus tomentoso - albis. *Petioli* pubescentes, aculeati, supra canaliculati. *Flores* terminales et laterales, paniculati, albi: *pedunculis* ramosis decurvis aculeolatis. *Receptaculum* conico - clavatum, villosum. *Fructus* maturus ruber, succulentus, sapidus, acidulus, odoratus, hemisphaericus, basi excavatus, deciduus.

Variat caule subinermi et fructibus albis.

2) *R. caesius* foliis ternatis subtus pilosis: lateralibus bilobis, caule aculeato prostrato. *Ackerhimbeere*, *blaue Brombeere*, *Bocksbeere*.

(*L. sp. pl. ed. Willd.* p. 1084. *Ejusd. Enum.* p. 549. *Pers. syn. pl. l. c.* *Hoffm. Germ.* p. 231. *De Vest. Man. bot. l. c.* *Schkuhr. bot. Handb. t. 135.*)

Frutex. Flor. Jun. Julio.

Hab. in dumetis, fruticetis, ad margines agrorum inque campis sterilibus ubique.

Trunci longi, diffusi, prostrati, radicanes, teretes, strigoso - aculeati: *cortice* atro - sanguineo *rore caesio* obducto *Rami* juniores striati, virides, inermes. *Folia* alterna, omnia ternata: *foliis* ovatis, incisissimis, serratis, rugosis, supra laevibus, subtus hirsutis, utrinque viridibus, *lateralibus* 2 sessilibus obliquis saepe bilobis, *impari* petiolato. *Petioli* cum costis pubescentes aculeati, supra obsolete canaliculati. *Paniculae* subcorymbosae terminales, multiflorae: *pedunculis* alternis unifloris villosis aculeatissimis. *Petala* ovata, speciosa, alba. *Fructus* niger

rore

rore caesio acido - dulcis, ex acinis paucioribus majusculis compositus.

3) *R. fruticosus* foliis - quinato - digitatis ternatisque subtus incano - tomentosis, caule angulato petiolisque aculeatis, calyce reflexo. *Strauchartige Himbeere, Brombeerstrauch, Schwarze Brombeere.*

(*L. sp. pl. ed Willd l. c. Ejusd. Enum. p. 550. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man bot. p. 790. Herb. Blackw. t. 45. Knorr. thes. II. t. R.*)

Frutex. Flor. Maj. Junio.

Hab. in saxosis, rupestribus, ad vias et vineas ubique.

Trunci longissimi, debiles, decumbentes, adscendentes, sulcati, tenaces, aculeis aduncis armati. Folia alterna, petiolata: inferiora quinata, superiora ternata: foliis ovatis acuminatis serratis villosiusculis subtus plerumque incano - tomentosis. Petioli aculeati. Panicula terminalis, subracemosa, multiflora. Pedunculi villosi, uniflori, aculeolati. Petala ovata, obtusa, albida aut dilute purpurea. Fructus niger, nitidissimus, succulentus, acido - dulcis: ex acinis numerosis compositus.

Var. foliis utrinque viridibus.

4) *R. saxatilis* foliis ternatis glabriusculis, flagellis reptantibus herbaceis, panicula pauciflora. *Stein - Himb. Scharlachbocksbeere.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1088. Ejusd. Enum p. 551. Pers. syn. pl. p. 52. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c. Kern. 6. t. 42.*)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab.

Hab. in nemorosis, rupestribus. (In lapidosis profundioribus sylvae *Waldskugel*, in sylvis ad *Veitshöchheim*, *Kist*, *Höchberg*, *Gutenberg* et *Versbach*. Im *Huck* prope *Wipfeld*. In nemorosis ad *Mühlhausen* et in saltu *kitzingensi*. In sylvaticis prope *Gerolshofen* im *Steigerwald*, prope *Wüstenzell*, *Holzkirchen*, *Gräfendorf*, in *sylva homburgensi* alibi que.)

Caulis palmaris; sesquipedalis, erectus, simpliciusculus, glaber, subangulatus, superne pilosus et aculeolis paucis obsitus, herbaceus, basi sublignosus. *Flagella* praelonga, prostrata, reptantia, sterilia, subasuleata. *Folia* alterna, longe petiolata, ternata; foliolis ovato-rhomboides subsessilibus obliquis inciso-serratis glabriusculis utrinque laete viridibus, impari pedicellato. *Petioles* hispidi. *Panicula* terminalis, pauciflora: *pedunculis* erectis brevibus unifloris hispidis. *Petala* lanceolata, alba, longitudine calycis. *Fructus* ruber, succulentus, acidulus, ex acinis paucis separatis majusculis splendentibus compositus.

231. FRAGARIA, Erdbeere.

1) *Fr. vesca* calyce fructus reflexo, pubescentia petiolorum patentissima, pedunculorum adpressa. *Gemeine Erdb.* *Waldbeere.*

(*L. sp. pl. ed. Willd.* II. p. 1090. *Ejusd. Enum.* p. 551. *Pers. syn. pl.* II. p. 53. *Hoffm. Germ.* I. p. 232. *De Vest. Man. bot.* p. 738. *Schkuhr. bot. Handb.* t. 135. *Herb. Blackw.* t. 77. *Knorr. thesaur.* I. t. E. I. *Sturm D. Flor.* I. 2.)

F. vulgaris Ehrh. Beitr. B. 7. p. 21.

Potentilla Vesca Scopol. Carniol. I. p. 363.

Perenn. Flor. April. Majo.

Hab. in sylvaticis et nemorosis ubique abunde.

Caulis digitalis, palmaris, erectus, teres, villosus, superne divisus et foliosus. *Flagella* longissima, filiformia, pubescentia, reptantia, radicante. *Folia* longe petiolata, ternata: *foliis* ovalibus obtusis lineatis utrinque pubescentibus serratis: *serratura* terminali proximis paulo longiore. *Flores* axillares, pedunculati. *Calyx* basi planus, pilosus. *Petala* subrotunda, alba, brevissime unguiculata, calyce breviora. *Fructus* nutans, ovatus, maturitate saturate ruber, carnosus, odoratus, gratissimus.

2) *Fr. collina* calyce fructus erecto, pubescentia peduncolorum erecta, petiolorum patentissima. *Harte Erdbeere, Steinbeere, Steinknöpfe.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1093. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c. Ehrh. Beitr. 7. p. 27.*)

Perenn. Flor. Aprili — Junio.

Hab. in sylvis siccioribus et ad colles ubique.

A praecedente, cui maxime affinis: *serraturis* ovato-lanceolatis, *extima* proximis breviora, *pubescentia* peduncolorum nusquam adpressa, sed erecta, *calyce fructus* semper erecto, et *fructibus* subrotundis constanter differt.

3) *Fr. sterilis* caule decumbente, pubescentia petiolorum et peduncolorum patentissima, receptaculo sicco. *Falsche Erdbeere, trockene Erdbeere.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *Smith.* Brit. II. p. 546. *Hoffm.* Germ. ed. 1791. t. 6.)

Potentilla fragariastrum Pers. syn. pl. II. p. 56.

P. fragariaefolia Gmel. Bad. II. p. 452.

P. prostrata Moench. Method. p. 659. *G. M. Sch.* Flor. der Wetter. II. p. 250.

Comarum fragarioides Roth. Germ. I. p. 224. II. p. 577. *De Vest.* Man. bot. p. 785. *Spreng.* Hal. p. 148.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in collibus sterilibus, ad ripas sabulosas, inque sylvis depressis fere ubique.

Caules 2 - unciales, digitales, decumbentes, pilosi, folio uno alterove instructi. *Flagella* nulla. *Folia* ternata: *foliis* sessilibus obovatis obtusis, serrato - dentatis utrinque subtus praecipue sericeis, *radicalia* longe petiolata. *Stipulae* lanceolatae, sericeae. *Pedunculi* terminales, solitarii, filiformes, pilosi, uniflori. *Calyx* basi incrassatus, pilosissimus. *Petala* obcordata, nivea. *Fructus* parvus, exsuccus, vix deciduus.

Habitus *Fragariae vescae*.

232. POTENTILLA, Fingerkraut.

Foliis pinnatis.

1) *P. Anserina* foliis interrupte pinnatis serratis subtus sericeis, pedunculis unifloris, caule repente. *Gänse - Fingerkr. Gänserich.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 1095. *Ejusd.* Enum. p. 552. *Pers.* syn. pl. II. p. 53. *Hoffm.* Germ. I.

p. 233. *De Vest.* Man. bot. p. 778. *Herb. Blackw.*
t. 6. *Sturm D. Flor.* I. 4.)

Perenn. Flor. Majo — Julio.

*Hab. ad vias, plateas, in pratis et pas-
cuis frequens*

Caules digitales, palmares, pedales, prostrati, repentes, teretes, filiformes, pubescentes. *Folia* interrupte pinnata: *radicalia* in orbem digesta, *caulina* alterna. *Foliola* opposita sessilia, obtusa, inciso-serrata, supra viridia, subtus argentea nitidissima: *inferiora* subrotunda, *superiora* ovato-lanceolata, majora. *Pedunculi* axillares, solitarii, uniflori, erecti, villosi. *Corolla* speciosa, majuscula, aurea. *Petala* ovata, patentissima, calyce duplo majora.

2) *P. supina* foliis pinnatis: foliolis oblongis serratis, caule dichotomo decumbente, pedunculis solitariis axillaribus. *Niedriges Fingerkr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd.* p. 1099. *EjUSD.* Enum. p. 553. *Pers. syn. pl.* p. 54. *Hoffm. Germ.* l. c. *De Vest.* Man. bot. p. 779. *Jacq. Austr.* t. 406.)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in inundatis arenosis, ad ripas et in agris. (Ad moeni ripas versus *Erlabrunn, Mühlbach, Sulzfeld, Kitzingen, Haßsarth* alibique. Ad scaturiginem extra portam *Pleichach*, in subhumidis versus *dem rothen Kreutze* ibidem. Ad ripas rivi *Brent* prope *Unterweißenbronn* et ad *Saalam* prope *Gemünden* et *Schunderfeld*. In agris circa *dem Glacis* passim. In agris prope *Hürblach, Schwarzach* et *Sommerach*. In arenosis prope *Dettelbach* versus *der Wallfarthskirche* et alibi.)

Caulis digitalis, palmaris, subhirsutus, teres, ramostus: *ramis* dichotomis erectiusculis. *Folia radicalia* et *caulina* alterna, pinnata, *ramis* subsessilia, ternata, plerumque opposita. *Foliola* oblonga, profunde inciso - serrata, villosiuscula, utrinque laete viridia, nec sericea. *Pedunculi* axillares, solitarii, pubescentes, *floriferi* erecti, *fructiferi* penduli. *Corolla* lutea, parva, calycem vix excedens. *Petala* obovata, patentia, integra.

Foliis digitatis.

3) *P. recta* foliis septenatis quinatisque: foliolis lanceolatis grosse dentatis, petalis obcordatis calyce majoribus, caule erecto. *Aufrechtes Fingerkr.*

(*L. sp. pl.* ed *Willd.* l. c. *EjUSD.* Enum. l. c. *Pers. syn. pl.* l. c. *Hoffm. Germ.* l. c. *De Vest. Man. bot.* l. c. *Jacq. Austr.* t. 383.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in ruderatis, in sylvaticis asperis. (In lapidosis montis *Nicolai* versus *Hochberg* et circa der *Waldskugel* raro. Inter ruinas arcis *Karlsburg*. In asperis montis *Adelsberg* prope *Zwing*. In monte *St. Viti* prope *Nenstadt* a. S. versus *Hoheneck*. In montosis prope *Neuses ad montem* alibique raro.)

Caulis pedalis, sesquipedalis et altior, erectus, firmus, teres, villosus, superne corymboso - subdichotomus. *Folia radicalia* et *caulina infima* longe petiolata septenata, *superiora* brevius petiolata quinata, *summa* subsessilia, *ramis* ternata. *Foliola* cuneiformi - lanceolata, aequaliter et profunde inciso - serrata, apice 3 - dentata, utrinque subhirsuta. *Pedunculi* terminales, uniflori, pilosi. *Calyx* planus, hirsu-

sutissimus. *Petala* obcordata, emarginata, pallide lutea, calyce parum longiora.

Folia aetate villositatem fere omnem amittunt.

4) *P. argentea* foliis quinatis cuneiformibus incisibus subtus tomentosus, caule erecto. *Silberfärbiges Fingerkr. Silberkraut.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1101. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c. Sturm D. Flor. I. 17.*)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. ad muros, ad vias, rupes inque collibus graminosis frequens.

Caules plerumque plures, palmares, pedales, erecti toti, aut basi tantum procumbentes, teretes, duri, tomentosi, inferne plerumque rubelli, superne ramoso - dichotomi. *Folia* petiolata, digitata, quinata: *radicalia* in orbem digesta, *caulina* alterna. *suprema* sessilia, ternata. *Foliola* coneiformi - lanceolata, firma, margine revoluta, profunde incisa, supra viridia, subtus niveo - tomentosa. *Flores* terminales et axillares, corymbosi: *pedunculis* erectis unifloris tomentosus. *Calyces* albo - tomentosi. *Petala* parva, obcordata, lutea, calyce majora.

5) *P. verna* foliis obovatis dentatis pubescentibus acute serratis: radicalibus quinatis, caulinis ternatis, petalis obcordatis calyce majoribus, caule declinato. *Frühlings - Fingerkr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1104. Ejusd. Enum. p. 554. Pers. syn. pl. p. 55. Hoffm. Germ. p. 234. De Vest. Man. bot. p. 780. Sturm. D. Flor. I. 17*)

Perenn. Flor. April. Majo et vice altera autumnno.

Hab. in pascuis siccioribus, locis editioribus apricis, in montosis et collibus graminosis siccis ubique frequens.

Caules plures 2 - unciales, digitales et longiores; tenues, teretes, villosi, superne ramosi, decumbentes: *apicibus* erectis. *Folia* digitata: *radicalia* longius petiolata quinata, *caulina* subsessilia ternata; *summa* simplicia. *Foliola* cuneiformia, retusa, inciso - dentata, lineata, utrinque villosula. *Pedunculi* terminales, erecti, uniflori, villosi. *Calyces* plani, villosi. *Flores* parvi: *petalis* obcordatis, luteis, basi quandoque macula fulva notatis, calyce longioribus.

6) *P. opaca* foliis septenatis quinatisque cuneiformibus inciso - serratis hirtis, petalis retusis longitudine calycis, caulibus decumbentibus filiformibus. *Schattenliebendes Fingerkr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1103. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. p. 54. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c. Sturm. D. Flor. I. 17.*)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. ad muros, in campis apricis sterilibus. (Ad muros vinearum auf dem *Galgenberge*, in der *Harfe* und *Leiste*. In campo sterili prope *Thüngen* et *Veitshöchheim*, in collibus apricis ibidem et alibi passim frequens.)

Differt ab antecedente, cui simillima: *caulibus* longioribus pilis patentissimis hirtis totis fere rubellis, *folioliis* angustioribus apice rotundatis profundius dentatis non villosulis, sed hirtis, *petiolis* hirsutissimis, *pedunculis* longioribus tenerrimis pubescentibus, et *corollis* minoribus tantum versus meridiem apertis, alio tempore clausis.

7) *P. alba* foliis quinatis subtus sericeis apice conniventi - serratis, caulibus filiformibus procumbentibus, receptaculis hirsutis. *Weißblüthiges Fingerkraut*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1106. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. p. 55. Hoffm. Germ. p. 235. De Vest. Man. bot. p. 781. Jacq. Austr. t. 115. Sturm D. Flor. I. 4.*)

Perenn. Flor. Aprili — Junio.

Hab. in montosis, sylvaticis. (In montosis juxta *sylvam vitihoechheimensem* versus *Thüingersheim* raro. Ad montem *Kalbenstein* prope *Karlstadt*, in monte juxta *der Karlsburg* ibidem. In sylvaticis versus *der Vogelsburg* prope *Volkach*. Ad montem *Hohswann* prope *Hasßfurth* et in monte *St. Viti* apud *Neustadt a. S.*)

Caules plures digitales, palmares, procumbentes, debiles, teretes, subtomentosi, superne divisi. *Folia radicalia* in orbem digesta, longius petiolata, *caulina* breviter petiolata, ternata et quaternata, *summa* sessilia simplicia. *Foliola* lanceolata, obtusiuscula, integra, apicem versus tantum serraturis conniventibus praedita, supra laete viridia pubescentia, subtus sericea. *Pedunculi* filiformes, albido - tomentosi, uniflori, erecti, *fructiferi* recurvi. *Petala* obcordata, candida, calyce paulo majora. *Receptaculum* pallide rubellum setis longis densis hirsutum.

8) *P. reptans* foliis quinatis obovatis serratis, caule repente, pedunculis unifloris. *Kriechendes Fingerkr. Fünffingerkraut*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1108. Ejusd. Enum. p. 555. Pers. syn. pl. p. 56. Hoffm. Germ. p. 236. De Vest.*

Man. bot. p. 782. *Schkuhr. bot. Handb. t. 136. Herb. Blackw. t. 454.*)

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. ad muros, vias et plateas ubicunque.

Caules e radice nonnulli, pedales, 2 - pedales et longiores, flagelliformes, reptantes, pubescentes, superne subcompressi, geniculati: *geniculis* radican-
tibus. *Folia* alterna, erecta, longius petiolata, quin-
nata: *foliis* obovato - cuneatis obtusis serratis rugo-
sis pubescentibus utrinque laete viridibus. *Flores*
axillares, majusculi: *pedunculis* solitariis erectis uni-
floris foliis longioribus. *Calyx* pilosus. *Petala* ob-
cordata, aenea.

253. TORMENTILLA, *Rührwurz.*

1) *T. erecta* caule erectiusculo ramoso, foliis sessilibus. *Aufrechte Rührw. Blutwurz, Heilwurz.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 1112. Ejusd. Enum. p. 556. Pers. syn. pl. II. p. 50. Hoffm. Germ. I. p. 236. De Vest. Man. bot. p. 777. Schkuhr. bot. Handb. t. 136. Herb. Blackw. t. 445. Knorr. thesaur. II. t. T. i.*)

T. officinalis Smith. Britan. II. p. 552.

Potentilla Tormentilla Scopol. Carn. I. p. 360.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in pascuis, pratis siccis, in umbrosis humidis et sylvaticis ubique.

Caules plures, palmares, pedales, decumbentes; s. ascendentes erectiusculi, teretes, debiles, fili-
formes, pubescentes, dichotomi, divaricati. *Folia*
alterna, quinata et ternata: *radicalia* et *caulina infi-*
ma

ma plerumque petiolata, superiora sessilia. Foliola cuneiformi - lanceolata, antice dentata vel profundius incisa, laete viridia, villosiuscula: tribus intermediis majoribus subpetiolatis, lateralibus sessilibus brevioribus et laticribus. Pedunculī terminales et laterales, longi, filiformes, villosiusculi, solitarii, uniflori. Petala 4 obcordata, plana, patentia, lutea, calycis longitudine.

2) *T. reptans* caule repente radicante, foliis petiolatis. *Kriechende Ruhrwurz.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. p. 237. De Vest. Man. bot. p. 778.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in umbrosis nemorosis. (In locis editoribus der *Waldskugel*, in *sylva guttenbergensi*, in *sylva ad Stetten* alibique passim.)

Similis priori, cum qua facillime confunditur, caule vero longiore semper repente *geniculis* radicante pilosiusculo simplici, foliis longius petiolatis plerumque ternatis: foliolis obcordatis inciso - serratis pilosiusculis, pedunculis foliis longioribus, corollisque majoribus constanter differt.

254. GEUM, *Benediktenwurz.*

1) *G. urbanum* foliis ternatis, stipulis rotundatis incis, floribus erectis, aristis uncinatis nudis. *Gemeine Benediktenwurz, Nelkenwurz.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 1113. Ejusd. Enum. p. 557. Pers. syn. pl. II. p. 57. Hoffm. Germ. I. p. 237. De Vest. Man. bot. p. 783. Schkuhr. bot.*

Handb.

Handb. t. 137. Sturm. D. Flor. I. 5. Herb. Blackw. t. 253.)

Caryophyllata urbana Scopol. Carniol. I. p. 364.

C. officinalis Moench. Method. p. 660.

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in umbrosis, ad sepes ubique.

Caulis 1 - 2 - pedalis et altior, erectus, teretiusculus, pilosus, superne ramosus. *Folia* petiolata, rugosa, hirsuta: *radicalia* in orbem digesta, lyrato - pinnata, quinata, *caulina* alterna, ternata: *lobo* medio maximo, *suprema* simplicia lanceolata. *Foliola* subcuneata, incisa et serrata. *Stipulae* maximae, amplexicaules, rotundatae, inciso - serratae. *Pedunculi* terminales, longi, solitarii, erecti, uniflori, pilosi. *Calyx* patens, villosus. *Petala* ovato - subrotunda, lutea, patentia, calyce subbreviora. *Semina* subpilosa: *aristis* purpureis nudis apice uncinatis.

Radix recens primo vere praecipue *Caryophyllos* redolet.

2) *G. rivale* foliis radicalibus lyratis, stipulis ovatis acutis incisiss, floribus nutantibus, aristis plumosis tortis. *Sumpf - Benedicktenw.*

(*L. sp. pl. ed. Willd.* p. 1115. *Ejusd. Enum l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. p. 238. De Vest. Man. bot. l. c. Sturm D. Flor. I. 8.)*

Caryophyllata rivalis Scopol. Carniol. I. p. 365.

C. nutans Mönch. Meth. p. 661.

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in humidis, nemorosis. (In humidis *sylvae Waldskugel* et ad rivulum *sylvae guttenbergensis* raro. In humidis nemorosis ad *Veitshöchheim*, in *syl-*

sylva stettensi; in nemorosis ad *Mühlhaußen*, prope *Wolfsmünster*, *Gemünden*, *Homburg*, in saltu *kitzingensi*, ad fossam juxta den *erlacher Seen* satis frequens et alibi)

Differt ab antecedente: *radice* multo minus aromatica, *caulibus* brevioribus teretibus simplicioribus plerumque rubellis: *foliis* majoribus minoribus immixtis: *impari* trifido, *stipulis* minoribus ovato-lanceolatis dentatis, *floribus* majoribus speciosioribus nutantibus, *calycibus* inflatis hirsutis rubellis, *petalis* conniventibus rubicundis: *striis* purpurascens, *seminum aristis* longioribus plumosis tortis, et *receptaculo* oblongo pedunculato.

235. COMARUM, *Komarum*.

1) *C. palustre* foliis pinnatis, petalis calyce minoribus. *Sumpf - Komarum*, *rothes Siebensfingerkraut*, *Blutauge*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 1119. Ejusd. Enum. p. 558. Pers. syn. pl. II. p. 58. Hoffm. Germ. I. p. 239. De Vest. Man. bot. p. 785. Schkuhr. bot. Handb. t. 138. Hoffm. Germ. ed. 1791. t. 7)*

Potentilla palustris Scopol. Carniol. I. p. 359. *Mönch. Method. p. 557.*

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in paludosis. (In fossa oppidana versus dem *Kartheuserkloster* et dem *pleichacher Thore*. In paludosis sylvarum ad *Höchberg*, *Zell*, *Kist* et *Guttenberg*. In uliginosis saltus *kitzingensis*, prope *Detelbach*, *Schwarzenau* alibique rarius.)

Caulis pedalis, sesquipedalis et major, teres, striatus, purpurascens, pilosus, superne ramosus, repens,

pens, demum erectus. *Folia* alterna: *inferiora* petiolata quinata aut septenata, *sup riora* subsessilia ternata. *Foliola* subsessilia, approximata, elliptico-lanceolata, acute serrata, superne laete viridia glabra, subtus pallida villosa. *Petioli* basi membranacei, vaginantes, amplexicaules. *Stipulae* ovatae, acutae, *Pedunculi* terminales et axillares, solitarii, erecti, uniflori, elongati, pubescentes, purpurascens. *Calyx* patentissimus, atropurpureus: *laciniis* acutis, alternis inaequalibus. *Petala* lanceolata, acuta, atropurpurea, laciniis calycinis breviora et angustiora. *Receptaculum* seminum ovatum, villosum, calyce connivente tectum.

Variat *laciniis calycinis* 10 - 14, et *petalis* 6 - 8.

CLASSIS XIII.

P O L Y A N D R I A.

MONOGYNIA.

236. ACTAEA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 877. De Neck. el. bot. n. 1019. Borkh. tent. disp. pl. n. 26.

Cal. 4 - phyllus, deciduus. *Cor.* 4 - petala. *Bacca* 1 - locularis. *Semina* orbiculata.

237. CHELIDONIUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 880. De Neck. et. bot. n. 1013. Borkh. tent. n. 16.

Cal. 2 - phyllus. Petala 4. Stigma cordiforme. Siliqua linearis, cylindracea, 2 - valvis, 1 - locularis, supera. Semina valvis adpensa.

238. PAPAVER.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 881. De Neck. et. b. n. 1014. Borkh. tent. n. 12.

Cal. 2 - phyllus deciduus. Petala 4. Stigma sessile, radiato - peltatum. Caps. 1 - locularis, semi-multilocularis.

239. NYMPHAEA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 886. De Neck. et. bot. n. 1828. Borkh. tent. n. 28.

Cal. 4 - 5 - phyllus, inferus, persistens. Cor. polypetala. Stigma radiato - peltatum persistens. Bacca dura, pulposa, multilocularis, truncata.

240. TILIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 894. De Neck. et. bot. n. 996. Borkh. tent. n. 14.

Cal. 5 - partitus, deciduus. Cor. 5 - petala, calyci aequalis. Caps. globosa, coriacea, 4 - 5 - locularis, sub - 4 - 5 - valvis, basi dehiscens. Sem. plerumque unicum: reliquis abortivis.

241. HELIANTHEMUM.

Tournef. elem. de Botan. p. 214. t. 128. Gärtn. Sem. et Fr. I. p. 371. t. 76.

Cal. 5 - phyllus: foliolis 2 minoribus. Cor. 5 - petala, aequalis, decidua. Caps. subtrigona, polysperma. Sem. valvis affixa.

242, DELPHINIUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 927. De Neck. el. bot. n. 1057. Borkh. tent. n. 25.

Cal. 0. Cor. 5 - petala: petalo quinto calcarato. Caps. leguminosa, altero latere dehiscens.

T R I G Y N I A.

243. ACONITUM.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 928. De Neck. el. bot. n. 1058. Borkh. tent. n. 24.

Cal. 0. Cor. 5 - petala inaequalis: petalo supremo fornicato. Nectaria cuculli 2 pedicellati, recurvi, sub petalo supremo. Siliquae introrsum dehiscentes.

P E N T A G Y N I A.

244. AQUILEGIA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 934. De Neck. el. b. n. 1056. Borkh. tent. n. 23.

Cal. 0. Petala 5 aequalia. Nectaria 5 corniculata cum petalis alterna. Caps. 5 distinctae.

245. NIGELLA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 935. De Neck. el. b. n. 1062. Borkh. tent. n. 18.

Cal. 0. Petala 5 aequalia. Nectararia 8 bilabiata, radiato - patentia intra corollam. Caps. 5 connexae.

P O L Y G Y N I A.

246. HEPATICA.

Borkh. tent. n. 5 Moench. Method. p. 216.

Cal. 3 - phyllus, postea a flore remotus. Petala 6. Sem. plura nuda.

247. PULSATILLA.

De Neck. el. bot. n. 1091. Tournef. elem. de Bot. p. 239. t. 148. Borkh. tent. n. 9.

Involucrum polyphyllum, foliaceum. Cal. 0. Cor. 6 - petala. Sem. plura caudata.

248. ANEMONE.

De Neck. el. bot. n. 1090. Borkh. tent. n. 10.

Cal. 0. Petala 5 - 6. Cingulum callosum sub corolla. Sem. plura ecaudata.

249. FICARIA.

Roth. tent. Flor. germ. I. p. 241. Borkh. tent. n. 3.

Cal. 3 - phyllus. Petala 8 - 9: foveola nectarifera unguum squama tecta. Sem. plura, nuda.

250. CLEMATIS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 950. De Neck. el. bot. n. 1092. Borkh. tent. n. 8.

Cal. o. Petala 4 - 6. Sem. plurima caudata: caudis pennaceis.

251. THALICTRUM.

L. Gen. pl. ed. Schreb. n. 951. De Neck. el. bot. n. 1095. Borkh. tent. n. 7.

Cal. o. Petala 4 caduca. Sem. plurima ecaudata.

252. ADONIS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 952. De Neck. el. b. n. 1088. Borkh. tent. n. 4.

Cal. 5 - phyllus deciduus. Petala 5 - 8 absque nectario. Sem. plura, nuda, angulata, cordata.

253. RANUNCULUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 953. De Neck. el. bot. n. 1087. Borkh. tent. n. 2.

Cal. 5 - phyllus, deciduus. Cor. 5 - petala: petalis basi squamis nectariferis auctis. Sem. nuda.

254. TROLLIUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 954. De Neck. el. bot. n. 1060. Borkh. tent. n. 21.

Cal. o. Cor. polypetala, decidua. Nectaria 9 linearia, plana, incurva, basi perforata. Caps. plurimae, ovatae.

255. HELLEBORUS.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 956. De Neck. el. bot. n. 1059. Borkh. tent. n. 19.

Cal. 5 - phyllus, aequalis, persistens. Cor. o. Nectaria plurima, tubulosa, stamina cingentia. Caps. plures, erectae, distinctae, polyspermae.

256. CALTHA.

Linn. Gen. pl. ed. Schreb. n. 957. De Neck. el. b. n. 1054. Borkh. tent. n. 22.

Cal. o. Petala 5. Nectaria o. Caps. polyspermae, stellatim patentis.

CLASSIS XIII.

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

256. АСТАЕА, Christophskraut.

1) *A. spicata* racemo ovato. Geährtes Christophskr. Schwarze Wolfswurz, gemeine Schwarzwurz.

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 1139. Ejusd. Enum. p. 560. Pers. syn. pl. II. p. 61. Hoffm. Germ. I. p. 239. De Vest. Man. bot. p. 754. Herb. Blackw. t. 565.*)

Christophoriana spicata Mönch. Meth. p. 276.

Actaea nigra G. M. Sch. Flor d. Wetter. II p. 265.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in sylvis umbrosis, praecipue montosis. (In sylvis *Waldskugel, Veitshöchheim, Guttenberg et Kitzingen* raro. In nemorosis prope *Waldbrunn, Majnbrunn, Sachsenheim* et im *Steigerwald* prope *Zabelstein, Schleichach et Michelau* alibique non adeo infrequens. In nemorosis montium *Soden - et Reußenberg.* In umbrosis circa *Cascatam kissingensem*, in monte *münnerstadtiano* prope *Bocklet*, in sylvis prope *Hilters, Fladungen Bischofsheim ad rhoen.* et alibi.)

Radix ramosa, carnosae, extus fusco - nigricans, intus luteo - albida, fibris plurimis filiformibus aucta. *Caulis* pedalis et altior, erectus, teres, glaber, geniculatus, simpliciusculus, basi squamatus. *Folia* ampla, alterna, pauca, petiolata, 2 - plicato - pinnata: *foliis* ovato - cordatis inciso - serratis acuminatis glabris nitidis laete viridibus, *terminali* 3 - lobo. *Racemus* terminalis, simplex, ovatus, superne paulo inclinatus, multiflorus: *pedunculis* unifloris pubescentibus basi bracteatis. *Petala* alba, patentia, rhombea, plana, caduca. *Bacca* pisi magnitudine, matura splendens, nigra, succulenta.

Planta tota venenata.

237. CHELIDONIUM, Schöllkraut.

1) *Ch. majus* pedunculis umbellatis, foliis pinnatis. *Großes Schöllkr. gemeine Schöllwurz.*

(*L.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 1141. *Ejusd.* Enum. p. 561. *Pers.* syn. pl. II. p. 61. *Hoffm.* Germ. I. p. 239. *De Vest.* Man. bot. p. 753. *Herb. Blackw.* t. 91. *Knorr.* thesaur. I. tab. S. 23. *Schkuhr.* bot. Handb. t. 140.)

Ch. haematodes *Mönch.* Meth. p. 249.

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in muris, in ruderatis et ad sepes ubique abunde.

Planta tota succo croceo - luteo acri amaro nauseoso repleta, quem laesa imprimis largiter fundit. *Caules* plerumque plures, 1 - 2 - pedales et altiores, erecti, teretes, rariter pilosi, superne dichotomo - ramosi, ad ramificationes incrassato - articulati. *Folia* pinnata: *foliis* obtuse lobatis laevibus subglaucis crenatis, *lobis* rotundatis. *Petioles* villosi. *Flores* terminales, subumbellati: *pedunculis* pluribus erectis villosis unifloris. *Petala* ovata, obtusa, integra, lutea. *Siliquae* erectae, nodulosae, glabrae.

In hortis praecipue *foliis* laciniatis, *floribus* semiplenis, et *petalis* incisissimis variat. (*Ch. laciniatum* *Willd.* Enum. hort. berol. l. c.)

238. P A P A V E R , *Mohn.*

1) *P. Argemone* capsulis clavatis hispidis, foliis pinnatifidis. *Keulensförmiger Mohn, Sandmohn, Ackermohn.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* II p. 1144. *Ejusd.* Enum. p. 562. *Pers.* syn. pl. II. p. 62. *Hoffm.* Germ. I. p. 240. *De Vest.* Man. bot. p. 752.)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab.

Hab. in agris, in collibus, et inundatis arenosis. (Inter segetes circa *Wirceburgum*; *Geldersheim*, *Königshofen in arvis* et *Ochsentruth* passim. Ad moeni ripas et in insulis prope dem *Siechhaufe*, *Himmelsforten*, *Thüngersheim* et alibi. Copiosius in vallo oppidano inter dem *neuen* et *pleichacher Thore*.)

Caulis palmaris et pedalis, erectus, tenuis, teres, ramosus, setis longis strictis erectis albidis dense obsessus. *Folia* alterna petiolata, tripartita, pinnatifida: *pinnis* dilatatis incisissimis hirsutis. *Pedunculi* terminales, solitarii, setis patentibus scabri. *Petala* pallide coccinea, oblonga, apice tenuissime serrulata, fugacia. *Stamina* sub antheris dilatata. *Stigma* subacutum, 4 - 5 - radiatum. *Capsula* oblonga, clavata, subpentagona, apice imprimis setis erectis albis hispida.

2) *P. Rhoëas* capsulis subglobosis glabris, foliis pinnatifidis. *Wilder Mohn*, *rother Feldmohn*, *Klapperrose*, *Kornrose*.

(*L. sp. pl. ed. Willd.* p. 1146. *Ejusd. Enum.* p. 563. *Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ.* p. 241. *De Vest. Man. bot.* p. 753. *Sturm Deutschl. Flor.* I. 17. *Herb. Blackw.* t. 2. *Knorr. thes.* I. t. R. 14.)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. inter segetes ubique copiose.

Caulis pedalis, sesquipedalis et altior, erectus, teres, ramosus, setis horizontaliter patentibus albis undique obsessus. *Folia* alterna, pinnatifida, hispida, incisa. *Pedunculi* terminales, longissimi, setoso-pilosi. *Petala* speciosa, lata, subrotunda, integra, magis, quam in praecedente persistentia, eleganter cinnabarina, basi plerumque macula atra.

Stig-

Stigma multiradiatum. *Filamenta* numerosissima, ex nigro purpura-centia. *Capsula* ovato - globosa, truncata, glaberrima.

Perplures in hortis nostris variationes *floribus* plenis et semiplenis, rubris, albis et variegatis existunt. (*Vid. Knorr. thes. I. t. R. 12 - 13.*)

3) *P. dubium* capsulis oblongis glabris, foliis pinnatifidis. *Kleiner Mohn, Saatmohn.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c. Schkuhr. bot. Handb. t. 140.*)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. inter segetes, ad vias, inque collibus graminosis ubique. (In iisdem cum *P. Argemon.* locis. Copiose in *vallis oppidanis*, alibique)

Caulis pedalis, sesquipedalis, erectus, teres, ramosus: *setis* patentibus. *Folia* pinnatifida, incisa. *Pedunculii* terminales, solitarii: *setis* arcte adpressis. *Petala* integra, rubra, fugacia. *Filamenta* linearia. *Pollen* flavum. *Stigma* multiradiatum. *Capsula* clavato - oblonga, glaberrima.

4) *P. somniferum* capsulis glabris, foraminibus sub stigmate apertis, foliis amplexicaulibus incisiss. *Schlafbringender Mohn, schwarzer Mohnsaamen.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1147. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. De Vest. Man. bot. l. c. Knorr. thesaur. I. t. R. 16. Herb. Blackw. t. 482.*)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in Oriente, inque Asia calidiori. (In agris et hortis colitur passim abunde atque in rejec-

tamentis hinc inde e. gr. inter hortos circa *Wirceburgum* quasi sponte provenit.)

Caulis 2 - 3 - pedalis et altior, erectus, teres, strictus, inferne glaberrimus, superne setis raris horizontaliter patentibus hispidus. *Folia* sessilia, amplexicaulia, glaberrima, glauca, obtusa, lobata, crenata. *Petala* magna, albida aut dilute violacea, macula nigra splendente basi notata. *Calyx* glaber. *Stigma* multiradiatum. *Capsulae* magnae, subrotundae, glaberrimae, rore glauco obductae, semina foraminibus sub stigmate emittentes. *Semina* nigricantia.

Planta in hortis *floribus* plenis et semiplenis coloribus elegantissimis exornatis satis nota.

Variat *seminibus* coerulescentibus et albidis.

5) *P. album* capsulis glabris, foraminibus sub stigmate clausis, foliis amplexicaulibus incis. *Weisser Mohn*, *großer Gartenmohn*.

(*C. Bauh.* Pin. theatr. bot. p. 170. *Herb. Blackw.* t. 483.)

P. somnifer. var. *Linn.*

P. officinale *Gmel.* Bad. II. p. 479.

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. cum priori.

Ab antecedente: *caulibus* altioribus, *foliis* amplioribus, *petalis* latioribus et longioribus, *capsulis* multo majoribus, sub stigmate poris non dehiscentibus, *seminibusque* albidis aut e canescente - albidis differt.

Plantam cultam constantissimam semper observavi.

239. NYMPHAEA, Seerose, Wasserrose.

1) *N. alba* foliis cordatis integerrimis: lobis imbricatis rotundis, calyce 4 - phyllo. *Weisse Seerose*, *große Seebiume*, *Wasser - Lilie*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 1152. Ejusd. Enum. p. 546. Pers. syn. pl. II. p. 63. Hoffm. Germ. I. p. 242. De Vest. Man. bot. p. 757. Schkuhr. bot. Handb. t. 142. Knorr. thes. II. t. N. Herb. Blackw. t. 498, a. 498, b. et 499.*)

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. ad ripas, in stagnis et aquis lente fluentibus. (Ad moeni ripas prope *Hofsurth* et *Kitzingen* raro. Ad ripas *Salae* prope *Gemunden*, *Schunderfeld* et *Gräfendorf*. In lacubus et ad rivulos *fossae oppidanae* passim. Copiosissime in stagnis circa *Abb. Heidenfeld* et alibi.)

Radix praelonga, crassa, spongiosa: *fibris* plurimis tenacibus. *Folia* ampla, cordato - orbicularia, integerrima et glaberrima, subcoriacea, plana, ad petiolum usque incisa, lobis rotundis imbricatis, supra aquam natantia: *petiolis* longissimis radicalibus teretibus nudis intus spongiosis. *Pedunculi* radicales, nudi, extra aquam eminentes, glabri, 1 - flori. *Corollae* speciosissimae, magnae, polypetalae: *petalis* niveis lanceolatis, *interioribus* sensim minoribus antheriferis. *Calyx* 4 - phyllus: *foliolis* oblongis extus viridibus intus albis petala aequantibus. *Filamenta* dilatata, flava. *Germen* margine processibus inflexis flavis cinctum. *Fructus* cicatricosus, globosus, obtusus.

2) *N. lutea* foliis cordatis integerrimis: lobis approximatis, calyce 5 - phyllo petalis longiore. *Gelbe Seerose, gelbe Wassernymphe, Saalkrüglein.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1151. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. p. 241. De Vest. Man bot. l. c. Knorr. thes. II. t. N. 1. Herb. Blackw. t. 497 a. et 497 b.*)

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. ad ripas et in aquis stagnantibus. (Ad ripas moeni et salae hinc inde frequens. Im Allwasser et in stagnis circa Abb. Heidenfeld abunde alibique.)

Praecedente omnibus in partibus minor. *Foliorum lobi* approximati. *Petala* 12 - 18 crassa cuneiformia phyllis extus viridibus intus luteis ultra dimidium breviora, *Filamenta* linearia, recurva, fere uniformia. *Fructus* laevis, conicus.

240. TILIA, Linde.

1) *T. grandifolia* foliis cordatis acuminatis serratis subhirsutis, fructu 4 - loculari, staminibus basi cohaerentibus, stigmatibus conniventibus. *Großblättrige Linde, Sommer - Linde, Wasser - Linde.*

(*Hoffm. Germ. I. p. 242. De Vest. Man. bot. p. 756. Mönch. Method. p. 67. Reben. prodr. Flor. neomarch. p. 215. Wib. Werth. p. 261. G. M. Sch. Flor. der Wetter. II. p. 275. Mill. Dict. n. 2. Knorr. thesaur. I. t. L. II. Herb. Blackw. t. 469. Schkuhr. t. 141.*)

T. europaea Willd. Enum. p. 565. Roth. Germ. I. p. 229. II. p. 587. Smith. Britan. Vol. II. p. 571. Gmel. Bad. II. p. 483.

T. europ. β. *L.* sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 1161. *Pers.* syn. pl. II. p. 66.

T. platyphyllos *Scopol.* Carn. I. p. 373. *Spreng.* Hal. p. 154. *Borkh.* Holzarten. p. 51.

Arbor. Flor. Jan. Julio.

Hab. in sylvis, in hortis, ad pagos et ambulacra frequens.

Arbor altitudinis variae, saepe praealtus, longaevis: ramis laevibus. Lignum leve, molle, albidum. Folia alterna, petiolata, cordato - subrotunda, acuminata, serrata, basi obliqua, venosa, subtus in venarum axillis brunneo - villosa. Pedunculi axillares, solitarii, corymbosi: bractea oblonga obtusa membranacea albida integerrima decurrente aucti. Flores albido - lutei, suaveolentes. Germen villosum. Capsula plerumque 4 - locularis, turbinato - globosa, coriacea, pilosiuscula: loculamentis pluribus abortientibus.

2) *T. parvifolia* foliis cordatis acuminatis inaequaliter serratis glaberrimis, fructu 5 - loculari, staminibus liberis, stigmate patente. *Kleinblättrige Lärche, Winterlinde, Steinlinde.*

(*Hoffm.* Germ. I. c. *De Vest.* Man. bot. I. c. *Mönch.* Meth. I. c. *Rebent* pr. Fl. neom. I. c. *Wib.* Werth. I. c. *G. M. Sch.* Fl. der Wetter. II. p. 278. *Gmel.* Bad. II. p. 484. *Schkuhr.* I. c.)

T. europaea γ. *L.* sp. pl. ed. *Willd.* I. c.

T. europ. *Pers.* syn. pl. I. c.

T. microphylla *Willd.* Enum. I. c. *Spreng.* Hal. I. c.

T. ulmifolia *Scopol.* Carniol. I. p. 374. *Borkh.* Holzart. p. 53.

T. cor-

T. cordata Mill. Dict. n. I. *Du Roi* Hærbk. [Baumz. ed. *Pott.* III. p. 114.

Arbor antecedente multo humilior. *Folia* dimidio fere minora, firmiora, inaequaliter serrata, utrinque glaberrima. *Flores* et *capsulas* tomentosae 5-loculares minores.

241. HELIANTHEMUM, *Sonnenröschen.*

1) *H. luteum* procumbens, fol. oblongis subpilis, stipulis lanceolatis. *Gelbes Sonnenr. Goldröslein, Sonnengürtel, Heidenysop, Heidenschmuck.*

(*H. vulgare* Willd. Enum. p. 571. *Pers.* syn. pl. II. p. 79. *Spreng.* Hal. p. 154. *Moench.* Meth. p. 234.

Cistus Helianthemum L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 1029. *Hoffm.* Germ. I. p. 243. *De Vest.* Man. bot. p. 756. *Roth.* Germ. I. p. 229. II. p. 586.

Fruticulus. Flor. Majo — Octobri.

Hab. in pascuis apricis, in ericetis et ad viarum margines ubique frequens.

Caulis lignosus, digitalis, palmaris et major, prostratus, teres, scabriusculus, debilis, parum ramosus. *Folia* opposita, breviter petiolata, oblongo-lanceolata, obtusiuscula, pilosula aut subhirsuta, ciliata, margine revoluta: *superiora* angustiora, elliptica. *Stipulae* oppositae, lanceolatae, pilosae. *Flores* terminales, pedunculati, laxe racemosi, ante anthesin nutantes: *pedunculis* pubescentibus. *Phylla* reflexa, hirsuta, membranacea, costata. *Petala* subrotunda, integerrima, lutea, expansa, calycem multo superantia.

Varietas *corollis albis* ab Authoribus quibusdam allegata apud nos nunquam occurrit, et planta per plurimos etiam annos culta *petala semper lutea* retinuit.

Peculiaris ejus filamentorum irritabilitas notatu maxime digna. Stimulo enim minimo inferne tacta ad petala statim sese reclinunt, pistillo dein se inclinant, tanta vi, ut antherae pistillo supersedeant.

2) *H. album* patulum, foliis lanceolatis hirtis incanis, stipulis setaceis. *Weißes Sonnenröslein.*

H. apenninum Willd. Enum. l. c. *Pers. syn. pl.* II. p. 80.

H. incanum Mönch. Meth. supplement. p. 76.

H. pulverulentum ? *Pers. syn. pl.* l. c.

Cistus apenninus L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 1211.

Houttuyn. Pflanzensyst. VII. p. 236.

Fruticulus. Flor. Jun. Julio.

Hab. in siccissimis lapidosis, in pascuis sterilibus et ad vias. (Copiose in campo sterili versus *Feitshöchheim* juxta *der Kastanien - Allée* et in monte *Kalbenstein* prope *Karlstadt* inque ejus vicinia ad vineas et vias. Rarius in sterilibus siccis lapidosis prope *Gerbrunn*, in monte *Nicolai*, in campo sterili inter *Retzbach* et *Thüngen*, ad viam ab oppidulo *Karlstadt* versus *sylvam stettensem* alibique.)

Radix lignosa, longa, tortuosa, ramosa, digiti minimi crassitie, fibris copiosis tenacibus aucta, extus nigro - fusca, intus albida. *Caulis* lignosus, brevissimus, vix pollicaris, a basi ramosissimus: *ramis* patulis teretibus incano - pubescentibus basin versus saepe rubicundis, *interioribus* magis rectis. *Folia* op-

posita, breviter petiolata, lanceolata, margine revoluta ciliata, utrinque incana, supra magis minusve hirta, subtus tomentosa nervo intermedio valido dense villosa. *Stipulae* submembranaceae, setaceae, fuscae, caducae. *Flores* speciosi, terminales, racemosi, secundi, ante et post anthesin nutantes: *pedunculis* alternis pubescentibus superne paulo incrassatis. *Phylla* ovata, pubescentia, ciliata, albida: *costis* laete viridibus. *Petala* subrotunda, serrulata, alba, expansa, calyce duplo majora.

Pro solo diverso natali planta haec non parum variat. In siccissimis asperis, vel lapidosis sterilibus tota fere procumbit: *apicibus* modo erectis. *Folia* tunc habet angustissima, valde revoluta, fere teretiuscula, utrinque, et *ramulos*, tomento albido dense vestita, supra nusquam hirta, et *flores* multo minores. In terra vero minus sterili major et magis erecta evadit, *foliaque* latiora, magis plana, minus revoluta supra hirta et *petala* majora ostendit.

In planta culta *caulis* et *rami* amoene rubelli et pilis incanis adpressis quasi pulverulenti adparent. *Folia* adhuc latiora et longiora, supra magis viridia pilis adpressis hirta, subtus tomento viridi - incano praedita.

In plantis multis per plurimos annos a patre meo cultis et in spontaneis *petala* semper constanter alba observavi.

242. DELPHINIUM, *Rittersporn.*

1) *D. Consolida* capsula solitaria, calcare calycem excedente, foliis multipartitis, caule ramoso.

Feld-

Feld - Rittersp. Spornblume, Lerchenklau, St. Ottilienkraut.

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 1226. Ejusd. Enum. p. 573. Pers. syn. pl. II. p. 82. Hoffm. Germ. I. p. 344. De Vest. Man. bot. p. 770. Herb. Blackw. t. 26. Knorr. thesaur. I. t. R. 17.*)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in agris, arvis et inter segetes frequens.

Caulis pedalis, sesquipedalis et altior, erectus, teres, glaber s. villosiusculus, superne ramosus. Folia alterna, multifida: laciniis linearibus angustissimis subpubescentibus, inferiora petiolata, superiora sessilia. Racemi terminales, nudi, laxi, pauciflori. Flores coerulei postice calcare nectarifero unciali ascendente. Capsula oblonga, subulata, hinc ventricosa, inde apice dehiscens.

TRIGYNIA.

243. ACONITUM, *Eisenhut, Sturmhut.*

1) *A. Lycoctonum* foliis palmatis subvillosis; laciniis inciso - serratis subtrifidis, corollis flavis. *Gelber Eisenh. Wolfswurz, Wolfsgift.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 1232. Ejusd. Enum. p. 575. Pers. syn. pl. II. p. 83. Hoffm. Germ. I. p. 245. De Vest. Man. bot. p. 770. Jacq. Austr. t. 380. Herb. Blackw. t. 563.*)

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in montosis sylvaticis et ad ripas. (In montosis des Steigerwaldes hinc inde frequens et gr.

gr. versus dem Zabelstein, prope *Michelau* et der *Magdalenencapele*. In *sylva gramschatzensi* passim. Copiose in *monte crucis* inque aliis regionibus rhoenans montosis. Ad ripas prope *Abb. Heidenfeld* e, gr. *am Wehr* versus dem *Bauernsee*, ubi cum *fratre dil.* specimina plurima legi. Ad moeni ripas prope *Kitzingen* versus *Größenlangheim* legit *am def. Dr. Billing*, et in subhumidis umbrosis *sylvae Guttenberg D. Consil. cammer. Müller.*)

Caulis 2 - pedalis et altior, erectus, teres, dichotomus, superne praecipue pubescens. *Folia* alterna, longe petiolata, pubescentia, ciliata, atro - viridia, palmata, 5 - partita: *laciniis* cuneiformi - lanceolatis acutis plerumque trifidis laciniato - dentatis. *Racemi* terminales, simplices, longi. *Flores* alterni, pedunculati, villosi, flavi. *Galea* elongata, compressa, obtusa, rugosula, antice mucronata. *Cuculli* calcar spirale: *labio* truncato subemarginato.

2) *A. neomontanum* foliis digitato - quinquepartitis nitidis glabris: laciniis lato - lanceolatis dentatis, corollis coeruleis. *Neubergischer Eisenh.*

(*L. sp. pl. ed. Willd.* p. 1236. *Ejusd. Enum l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 771. Spreng. Hal. p. 155. Kölle spicil. obs. de Aconit. 16.*)

A. Napellus *Roth. Germ. I. p. 231. II. p. 591. Jacq. Austr. t. 381.*

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in montosis sylvaticis. (In montibus sylvaticis prope *Bischofsheim ad rhoen.* satis frequens, unde benignitate *cl. consil. medic. Horsch* specimina plurima accepi.)

Caulis 3 - 4 - pedalis, erectus, firmus, teres, simpliciusculus, glaber, superne parum pubescens. *Folia* alterna, petiolata, utrinque nuda laevia nitentia, supra obscure viridia, subtus pallidiora, ampla, subpalmato - quinquepartita: *segmentis* latis profunde inciso - laciniatis, *laciniis* lato - lanceolatis breviter et remote dentatis. *Racemus* terminalis, longus, latus, inferne racemoso - ramosus. *Flores* speciosi, atro - cyanei vel saturate violacei, pedunculati: *pedunculis* pubescentibus unifloris. *Galea* brevis, fornicata, antrorsum breviter rostrata. *Cuculli* *calcar* aduncum, obtusum: *labio* lanceolato revoluto bifido.

P E N T A G Y N I A.

244. AQUILEGIA, *Aglei*.

1) *A. vulgaris* nectaris incurvis, foliolis 3 - lobis incisus cauleque multifloro glabris. *Gemeiner Aglei, Ackelei, Adlersblume.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II, p. 1245. Ejusd. Enum. p. 577. Pers. syn. pl. II, p. 85. Hoffm. Germ. I, p. 246. De Vest. Man. bot. p. 776. Herb. Blackw. t. 409. Knorr. thesaur. I. t. A.*)

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in sylvis, pratis et pomariis fere ubique.

Caulis 1 - 2 - pedalis, erectus, teres, glaber, superne ramosus. *Folia* alterna, triangularia, triplicata: *foliolis* rotundatis trifidis obtuse dentatis glabris laevibus subtus glaucis, *radicalia* longe petiolata, *caulina* brevius petiolata, *suprema* sessilia. *Flores* ter-
mi-

minales, subpaniculati, cernui, speciosi, coerulei. *Cornua nectarifera* cum petalis alterna, sursum directata, incurva.

In spontanea planta *corollae* semper coeruleae. In hortis vero variationes elegantissimae *floribus* nectaribus destitutis plenis et semiplenis variisque coloribus exornatis existunt.

245. NIGELLA, *Schwarzkümmel*.

1) *N. sativa* pilosa, capsulis muricatis, foliis decompositis: laciniis lineari - lanceolatis obtusiusculis. *Zahmer Schwarzkümmel, Nardensaamen.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 1248. Ejusd. Enum. p. 578. Pers. syn. pl. II. p. 85. Hoffm. Germ. I. p. 246. De Vest. Man. bot. p. 777. Mill. Dict. t. 187. f. 1.*)

Ann. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in hortorum ejectamentis et inter segetes passim.

Caulis palmaris et pedalis, erectus, teres, striatus, pilosiusculus, simpliciusculus. *Folia* alterna, triplicato - pinnata: *foliolis* lineari - lanceolatis obtusiusculis pilosis ciliatis. *Flos* terminalis, longe pedunculatus absque involucro. *Petala* utrinque attenuata, plerumque albida, raro flava. *Capsulae* subrotundae, muricatae. *Semina* trigona, compressiuscula, rugoso - scabra, nigra, fragrantia, aromatica.

In hortis variat floribus plenis.

2) *N. arvensis* glabra, capsulis turbinatis, foliis decompositis: laciniis lineari - setaceis. *Wilder Schwarzk. Ackernigelle.*

(*L. sp. pl. ed Willd. l. c. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c. Schkuhr. bot. Handb. t. 146. Herb. Blackw. t. 559.*)

Ann. Flor. Julio — Septembri.

Hab. inter segetes et ad vias fere ubique.

Similis antecedenti, a qua differt: *caulibus* demissioribus plerumque magis ramosis glabris, *foliis* lineari - setaceis pilosiusculis, *floribus* minoribus, *petalis* longius unguiculatis ex albo viridescentibus s. coerulescentibus, et *capsulis* longe corniculatis.

3) *N. damascena* glabra, floribus involuero folioso cinctis. *Damaszenischer Schwarzk. Gretel unter dem Busch.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Ejusd. Enum. p. 577. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c. Mill. Dict. t. 187. f. 2. Herb. Blackw. t. 558.*)

N. involucrata Mönch. Method. p. 314.

Ann. Flor. Jun, Julio.

Hab. in hortis et in eorum viciniis passim quasi sponte.

Caulis palmaris, pedalis et altior, teres, striatus, subramosus, glaber. *Folia* alterna, sessilia, subdecomposita: *foliis* angustissimis lineari - setaceis glabris, *suprema* plerumque 5 florem involucri ad instar cingentia. *Petala* ovalia, mucronata, pallide coerulea. *Capsula* globosa stylis 5 coronata.

Variat in hortis floribus plenis.

P O L Y G Y N I A.

246. HEPATICA, *Leberkraut.*

1) *H. nobilis* pedunculis foliisque trilobis integerrimis radicalibus. *Edles Leberkr. Leberblümlein.*

(*Moench. Method. p. 216. G. M. Sch. Flor. der Wetter. II. p. 300.*

H. triloba Willd. Enum. p. 580.

H. anemonoides De Vest. Man. bot. p. 806.

Anemone Hepatica L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 1272. Pers. syn. pl. II. p. 96. Hoffm. Germ. I. p. 247. Schkuhr. bot. Handb. t. 150. Sturm D. Flor. I. 7. Herb. Blackw. t. 207. Knorr. thesaur. t. L. 13.

Perenn. Flor. Mart. Aprili.

Hab. in umbrosis montosis. (In monte prope Homburg, ad margines sylvae Anspach prope Abb. Heidenfeld raro et in hortis ubique.)

Folia e radice fibrosa plurima, in cespitem digesta, longe petiolata, coriacea, supra glabra nitida, subtus villosa, triangula, cordato - triloba: lobis integerrimis. Petioli pedunculis crassiores, pilis longis pubescentes. Pedunculi radicales, digitales, erecti, teretes, uniflori, villosi, sursum attenuati, foliis paulo altiores, et ante ea progredientes. Calyx 3 - phyllus: foliolis ovatis acutiusculis villosis a petalis paululum remotis. Petala ovalia, obtusa, patentia, coerulea. Germina villosa.

In hortis floribus rubris, carneis, albidis et plenis variat.

247. PULSATILLA, *Küchenschelle*.

1) *P. vulgaris* petalis rectis. *Gemeine Küchensch.*
Osterblume, Schlottenkr.

(*Willd. Enum.* p. 581. *G. M. Sch. Flor. d. Wetter.* II. p. 294.)

Anemone Pulsatilla L. sp. pl. ed. *Willd* II. p. 1274. *Pers. syn. pl.* II. p. 96. *Hoffm. Germ.* I. p. 247. *De Fest. Man bot.* p. 792. *Sturm D. Flor.* I. 7. *Knorr. thesaur.* II. t. A. 7.

Perenn. Flor. Martio — Majo.

Hab. in asperis montosis et ad vias saxosas ubique.

Caulis digitalis, palmaris, post florescentiam duplo fere longior, erectus, teres, simplex, villosus, uniflorus. *Folia* radicalia, petiolata, in orbem digesta, bipinnatifida, incisa: *laciniis* linearibus acutis sulco exaratis villosis. *Involucrum* polyphyllum, foliaceum, villosum, primo florem amplectens, dein flori approximatum, et anthesi peracta pedunculi elongatione a fructu remotissimum. *Flos* speciosus, terminalis, solitarius, plerumque erectus, ante et post anthesin nutans. *Petala* elliptica, recta aut subrecurva, atro - purpurea, extus pilis albis hirsuta. *Semina* caudata plumosa.

Varietas *floribus albis* circa dem Hexenbruch non rara.

Planta acris, venenata.

2) *P. pratensis* petalis apice reflexis. *Wiesen-Küchensch. Hackenkr.*

(*Willd. Enum.* l. c. *G. M. Sch. Flor. der Wetter.* II. p. 295. *Moench. Method. suppl.* p. 205.)

Anem-

Anemone pratensis L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Pers. syn. pl. p. 97. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c. Schkuhr bot. Handb. t. 150.)

Perenn. Flor. Martio — Majo.

Hab. in montosis saxosis. (In asperis hinc inde ad montem *Hchwann* prope *Hoffsurth* et circa dem *Zabelstein* perraro. In saxosis pinetis versus *Arnshausen* specimina 3 legi.)

Antecedenti simillima, a qua differt: *caule* altiore, *foliis* et *involucris* densius villosis, *flore* multo minore angustiore semper pendulo, *petalis* brevioribus conniventibus apice semper reflexis magis nigricantibus extus villosissimis.

Uti prior acris, venenata.

248. ANEMONE, Windblume.

1) *A. Sylvestris* seminibus lanatis, petalis 5 orbiculato - ellipticis albis. *Wald - Windbl.*

(L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 1278. *Ejusd.* Enum. p. 581. Pers. syn. pl. II. p. 97. Hoffm. Germ. I. p. 248. De Vest. Man. bot. p. 793.)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in nemorosis, in saxosis et ad vias fere ubique.

Caulis palmaris, pedalis et altior, erectus, teres, villosus, simplex, ut plurimum 1 - florus, in medio *foliis ternis* breviter petiolatis 3 - partitis laciniatis praeditus. *Folia radicalia* longius petiolata, in orbem disposita, 5 - partita: *laciniis* cuneiformibus trifidis costato - venosis villosis. *Flos* terminalis, speciosus, magnus, nutans. *Petala* plerumque 5, raro 6, orbicula-

culato - elliptica, obtusissima, concava, integra, alba, extus villosa. *Semina* ovata, mucronulata, lanata.

Variat *caule* multo humiliori vix digitali et *floribus* triplo fere minoribus.

2) *A. nemorosa* seminibus nudis, petalis 6 ovatis albis. *Busch - Windbl.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1281. Ejusd. Enum l. c. Pers. syn. pl. p. 98. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 794. Sturm D. Flor. I. 14.*)

Perenn. Flor. Martio — Majo.

Hab. in sylvis, in nemoribus et ad eorum margines ubique.

Caulis digitalis, palmaris et altior, erectus, teres, glabriusculus, simplex, semper uniflorus, in medio *foliis ternis* petiolatis ternatis: *foliolis* lanceolatis subtrifidis acute serratis glabris. *Folia radicalia* aut nulla aut unicum caulinis conforme. *Flos* terminalis, solitarius, nudus, subnutans. *Petala* saepissime 6, interdum 7, ovata, obtusa, integra, planiuscula, alba, glabra, extus plerumque rubicunda. *Semina* mucronata, nuda.

Varietas *corollis* dilute purpureis apud nos etiam occurrit.

3) *A. ranunculoides* seminibus nudis, petalis 5 ellipticis luteis. *Hahnenfußähnliche Windbl.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1282. Ejusd. Enum. p. 582. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. p. 249. De Vest. Man. bot. l. c. Sturm D. Flor. I. 7.*)

Perenn. Flor. April. Majo.

Hab. in sylvis et nemoribus ubique, etiam ad sepes hinc inde.

Caulis digitalis, palmaris et altior, erectus, teres, simplex, glaber, 2 - aut 3 - florus, rarius 1 - florus, in medio *foliis ternis* fere sessilibus ternatis v. tripartitis: *foliolis* lanceolatis incisus antice obtuse dentatis glabris. *Folium radicale* plerumque unicum, longe petiolatum, caulinis conforme, mox marcescens. *Pedunculi* terminales, erecti, 1 - flori, pilosi, foliis caulinis breviores. *Petala* 5 elliptica, obtusa, patentia, lutea. *Semina* mucronata, nuda.

Caulis primo intuitu uniflorus rudimento saltem floris alterius in axillis foliorum praeditus est.

249. FICARIA, *Fikarie*, *Feigwarzenkraut*.

1) *F. verna* foliis cordatis angulatis petiolatis, caule unifloro. *Frühlings - Fikarie*, *kleines Schollkraut*.

(*Pers. syn. pl.* II p. 102.)

F. ranunculoides *Roth.* *Germ.* I. p. 241. II. p. 622. *Mönch.* *Method.* p. 215. *Rebent.* *Neomarch.* p. 238. *G. M. Sch.* *Flor d. Wetter.* II p. 302.

Ranunculus Ficaria *L.* *sp. pl. ed. Willd.* II. p. 1312. *Ejusd.* *Enum.* p. 537. *Hoffm.* *Germ.* I. p. 253. *De Vest.* *Man. bot.* p. 801. *Herb. Blackw.* t. 51. *Sturm D. Flor.* I. II.

Perenn. *Flor. Martio — Majo.*

Hab. in umbrosis, ad ripas, in nemoribus et pratis udis ubique.

Radix e tuberibus parvis pyriformibus carnosis composita. *Caulis* digitalis et palmaris, decumbens s. erectiusculus, debilis, compressiusculus, simplex s. parum ramosus, glaber. *Folia* longe petiolata,

cor-

cordata, angulata, glabra, nitida, in medio saepissime macula fusca notata: *radicalia* in orbem digesta, *caulina* alterna. Flores terminales: *pedunculis* solitariis unifloris erectis. *Phylla* 3 ovata, concava. *Petalata* magna plerumque 8 aut 10, lanceolata, obtusa, integra, patentissima, splendentia, lutea, basi *squama nectarifera* notata.

Variat *caulibus* minoribus et majoribus, interdum totis erectis.

Planta acris, suspecta.

250. CLEMATIS, *Waldrebe*.

1) *Cl. Vitalba* foliolis cordatis, petiolis cauleque scandentibus. *Wilde Waldr. kriechendes Brennkraut, Hexenstrang.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 1297. Ejusd. Enum. p. 583. Pers. syn. pl. II. p. 100. Hoffm. Germ. I. p. 249. De Vest. Man. bot. p. 795. Schkuhr. bot. Handb. t. 151. Jacq. Austr. t. 308.*)

Clematidis vitalba Mönch. Meth. p. 296.

Frutex. Flor. Junio — Septembri.

Hab. in sylvis, ad dumeta et sepes ubique copiose.

Caules plures, praelongi, flagelliformes, ramosi, angulati, sulcati, glabri, tenacissimi, super sepes et arbusta scandentes. *Petioli* flexuosi, volubiles. *Folia* opposita, pinnata: *foliolis* cordato-ovatis, acuminatis, integerrimis aut irregulariter incisis glabris, *floralia* plerumque simplicia. *Paniculae* terminales et axillares, infrafoliaceae, dichotomae, divaricatae: *ramis* et *pedunculis* tomentosis. *Petala* 4 subcoriacea,

lanceolata, obtusa, reflexo - patentia, villosa, albidula. *Seminum caudae* longae, plumosae, sericeae, albidae, splendoris.

Planta acerrima, vesicans, venenata.

2) *Cl. erecta* foliolis ovato - lanceolatis integerrimis, caule erecto. *Aufrechte Waldr. aufrechtes Brennkraut.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1294. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. p. 250. De Vest. Man. bot. l. c. Jacq. Austr. t. 291.*)

Clematitis erecta Mönch. Meth. supplement. p. 104. *Perenn. Flor. Junio — Augusto.*

Hab. in sylvaticis, ad ripas sabulosas et in pratis passim frequens.

Caulis 2 - 4 - pedalis, erectus, firmus striatus, glaber. *Folia* opposita, petiolata, pinnata: *foliolis* pedicellatis ovato - lanceolatis integerrimis glabris, junioribus pubescentibus, summa minora ternata. *Paniculae* terminales, ramosae, erectae, multiflorae: *pedunculis* simplicibus unifloris longitudine fere aequalibus. *Petala* 4 et 5 obverse lanceolata, obtusissima, venosa, alba, extus laeviter pubescentia. *Seminum caudae* breves, reflexae, plumosae.

Planta acris, rubefaciens, uti praecedens.

251. THALICTRUM, *Wiesenraute.*

1) *Th. minus* foliis tripinnatis: foliolis trifidis glaucis, floribus paniculatis cernuis. *Kleine Wiesenraute.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 1297. Ejusd. Enum. p. 584. Pers. syn. pl. II. p. 100. Hoffm. Germ. I. p. 250.*

p. 250. *De Vest. Man. bot.* p. 796. *Jacq. Austr.*
t. 419. *Schkuhr. bot. Handb.* t. 151.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in montosis herbidis. (Ad montem
Schwammberg prope *Kitzingen* et circa dem *Hohwann*
prope *Hußfurth* raro. Ad montem *Kalmut* et in sum-
mis des *kalbensteiner Berges* prope *Karlenburg* hinc
inde.)

Caulis sesquipedalis et 2 - pedalis, erectus, teres,
striatus, glaber, fistulosus, superne ramosus, nebula
coerulescente obductus. *Folia* alterna, supradecom-
posita: *foliolis* utrinque glabris supra laete viridibus
subtus pallidioribus venoso - reticulatis apice purpu-
rascentibus: *inferioribus* subrotundis obtusis apice 4 -
5 - 6 - - ies incisiss, *superioribus* subcuneiformi -
rotundatis trifidis duplo fere majoribus. *Stipulae* ad
basin petiolorum brevissimae, denticulatae, albae.
Panicula terminalis, ampla, divaricata, ramosa: *flo-*
ribus pedicellatis parvis cernuis. *Petala* elliptica,
acutiuscula, purpureo - flavescencia, staminibus bre-
viora. *Antherae* flavae. *Germina* 4 - 5, rarius 6. *Se-*
mina ovata, sulcata, acuta, fusca.

2) *Th. flavum* foliis bipinnatis: foliolis trifidis,
caule sulcato, panicula ramosissima coarctata, floribus
erectis. *Gelbe Wiesenr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd.* p. 1300. *Ejusd. Enum.* p. 585
Pers. syn. pl. p. 101. *Hoffm. Germ.* p. 251. *De*
Vest. Man. bot. l. c.)

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in pratis subhumidis, ad ripas inque
nemorosiss montosis. (In Insula versus dem *Siech-*
haüße. Ad moeni ripas ante portam *Pleichach* versus
Veits-

Veitshöchheim, prope *Thüingersheim*, *Zellingen*, *Retzbach*, *Gemünden*, *Ochsenfurth*, *Kitzingen* et alibi. In pratis prope *Rundersacker*, *Gossmannsdorf*, *Himmelstadt*, *Wipfeld*, *Abb. Heidenfeld*, *Volkach*, *Gaibach* inque multis adhuc aliis regionibus.)

Caulis 2 - 4 - pedalis et altior, erectus, sulcato-striatus, fistulosus, glaber, parum ramosus. *Folia* alterna, subsessilia, bipinnata: *foliis* sessilibus glabris supra saturate viridibus subtus pallidioribus lanceolatis integerrimis simplicibus 2 - 3 - fidisque cuneiformibus, *terminali* latiore et longiore. *Stipulae* breves, fuscae, lacerae. *Panicula* terminalis, densa erecta, speciosa, ramosissima, coarctata: *floribus* erectis. *Petala* ovata, concava, obtusa, lutea, staminibus breviora. *Antherae* pallide luteae. *Germina* 5 - 6 - 10. *Semina* subovata.

3) *Th. angustifolium* foliis sub - bipinnatis: foliolis linearibus integerrimis, caule sulcato, panicula ramosa, floribus subnutantibus. *Schmalblättrige Wiesenr.*

(*L. sp. pl. ed. Willd.* p. 1299. *EjUSD.* Enum. p. 584. *Pers. syn. pl. l. c.* *Roth. Germ.* I. p. 233. II. p. 597. *De Vest. Man. bot. l. c.* *Spreng. Hal.* p. 156.)

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in graminosis siccis, ad sylvarum margines. (Ad margines sylvae *Burgerwald* prope *Röttingen* et in pratis siccis prope *Ebern* plantas paucas vidi.)

Caulis pedalis, sesquipedalis et altior, erectus, strictus, fistulosus, sulcato - angulatus, glaber, superne parum divisus. *Folia* alterna, bipinnata, cauli fere adpressa: *inferiora* petiolis brevissimis membra-

naceis vaginantibus fuscis superne sulcatis, *superiora* perfecte sessilia. *Foliola* angustissima, linearia, longa, integerrima, margine reflexa, obtusa, utrinque glabra, laete viridia, splendentia, rigidiuscula. *Stipulae* parvae, scariosae, lacerae, fuscae. *Panicula* terminalis, parva, stricta, nuda, ramosa: *floribus* subnutantibus. *Petala* lutescentia, staminibus multo minora. *Antherae* pallide luteae. *Germina* 4 - 8. *Semina* ovata, acuta, sulcata.

An sit praecedentis *varietas*, satis nondum exploratum est.

4) *Th. aquilegifolium* foliis bipinnatis: foliolis obtuse trilobis, caule tereti, panicula subcoarctata, floribus erectis. *Agleiblättrige Wiesenraute*.

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1301. *Ejusd.* Enum. p. 585. *Pers.* syn. pl. l. c. *Hoffm.* Germ. l. c. *De Vest.* Man. bot. p. 797. *Jacq.* Austr. t. 318.)

Perenn. *Flor.* *Majo* — *Julio*.

Hab. in montosis. (Ad montem *Kalmut* et inter ruinas arcis *Karlsburg*, ubi cum *cl. D. Doct. Geist* saepius legi. In monte *St. Viti* versus *Hoheneck* prope *Neustadt ad Saal*. Non procul a via praecipiti in monte *crucis*, quam *Kniebrech* vocant, alibique raro.)

Caulis 1 - 2 - pedalis et altior, erectus, teres, glaber; fistulosus, laeviter striatus, superne divisus. *Folia* ampla, alterna, petiolata, bipinnata: *foliolis* ovato - subrotundis obtusis superne lobatis dentato - incisis glaberrimis supra viridibus subtus glaucis venoso - reticulatis, foliolis *Aquilegiae vulgaris* similibus. *Stipulae* parvae, amplexicaules. *Panicula* terminalis, corymbosa, densissima, maxime multiflora: *floribus* pedunculatis odoratis erectis. *Petala* obo-

obovata, obtusa, concava, patentia, fugacia, albida, staminibus multo breviora. *Filamenta* ex lutescente albida, saepe purpurascens: *antheris* pallide luteis. *Germine* 6 - 8. *Semina* triangularia, obovata, glabra, pendula.

252. ADONIS, *Adonisröslein*.

1) *A. aestivalis* petalis sublanceolatis planiusculis, fructu cylindrico. *Sommer - Adonisr. Blutstropflein*.

(*L. sp. pl. ed Willd. II. p. 1303. Pers. syn. pl. II. p. 102. De Vest. Man. bot. p. 799. Knorr. thes. II. t. A. 12.*)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in agris et inter segetes fere ubique.

Caulis palmaris, nonnunquam pedalis, erectus, teres, striatus, glaber, simplex, interdum ramosus. *Folia* alterna, bipinnato - multifida: *laciniis* linearibus teretiusculis laete viridibus glabriusculis, *inferiora* breviter petiolata, *superiora* sessilia amplexicaulia. *Flores* terminales, (interdum unicus) solitarii, erecti, pedunculati. *Calyx* 5 - phyllus, *Petala* 5 - 7 - 9 patentissima, sublanceolata, fere plana, elegantissime miniata: *unquibus* atro - purpureis. *Semina* ovato - subrotunda, acuta, scabriuscula, in capitulum elongatum cylindricum congesta.

Variat *petalis citrinis* macula ad basin atra vel violacea notatis.

2) *A. autumnalis* petalis obovatis emarginatis concavis, fructu ovato. *Herbst - Adonis, Teufelsauge, Blutauge.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* p. 1304. *Pers.* syn. pl. l. c. *De Vest.* Man. bot. l. c.)

Ann. Flor. Junio — Augusto.

Hab. inter segetes, in agris. (Inter segetes inter *Dippach* et *Wipfeld* specimina plurima inveni et alibi.)

Praecedenti valde affinis, et ejus forsitan varietas. Spontanea autem planta interea differt: *caule* demissione tenuiore *ramis* plerumque pluribus sterilibus praedito, *foliis* minoribus, *petalis* semper fere 8 aut 9 minoribus obovatis concavis emarginatis raro integerrimis saturate coccineis aut atropurpureis basi *macula* atra, et *capitulo* *seminum* magis ovato.

3) *A. flammea* *petalis* lanceolatis acutis, fructu cylindrico, *caule* hirto. *Brennendrothe* *Adon.*

(*L.* sp. pl. ed. *Willd.* l. c. *Pers.* syn. pl. l. c. *De Vest.* Man. bot. l. c. *Hoffm.* Germ. I. p. 251. *Jacq.* Austr. t. 355.)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. inter segetes. (Inter segetes prope *Burggrumbach*, *Oberschwarzach*, *Schönaich*, *Augsfeld*, *Schlusselfeld* et *Thüngbach* specimina plurima legi. Etiam in multis aliis adhuc regionibus indigena.)

A 2 praecedentibus *radicis* imprimis *sapore* miti fere dulcescenti, qui in illis amarus est, *caule* hirto, *calyce* hirsuto, et *petalis* lanceolatis acutis inaequalibus flammeo - miniatis antice subserratis discedit.

253. RANUNCULUS, *Hahnenfuß.*

Foliis simplicibus.

1) *R. Flammula* *foliis* ovato - lanceolatis *petiolatis*, *caule* declinato. *Beißender Hahnenf.* *Kleiner Sumpfhahnenfuß*, *Brennkraut.*

(*L.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II p. 1307. Ejusd. Enum. p. 586. Pers. syn. pl. II. p. 102. Hoffm. Germ. I. p. 257. De Vest. Man. bot. p. 800.*)

Perenn. Flor. Majo — Augusto.

Hab. in lacustribus, in pratis udis, ad fossas et ripas fere ubique.

Radix valde repens. *Caulis* palmaris et pedalis, procumbens, apice adscendens, teres, glaber, dichotomus. *Folia* alterna, ovato-lanceolata, obtusiuscula, glabra, nervosa, integra aut denticulata: inferiora petiolata in petiolum decurrentia, superiora subsessilia vaginantia. *Pedunculi* terminales et laterales, longi, erecti, solitarii, uniflori. *Flores* non magni: *petalis* ovatis obtusis integris luteis nitentibus. *Nectarium* fornice tectum.

Herba recens acerrima, vesicans, venenata.

2) *R. reptans* foliis linearibus, caule repente articulado radicante. *Wurzeluder Hahnenf.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 801. Roth, Germ. I. p. 237. II. p. 610. Lightfoot. Flor. Scot. I. p. 289. t. I.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in humidis et uliginosis. (In fossa oppidana et prope dem *Wasserfall* ante portam *Pleichach*. In udis circa *Abb. Heidenfeld* alibique saepe copiose.)

Differt ab antecedente: *caule* filiformi longiore reptante articulado ad *articulos* radicante *folio* uno alterove aut pluribus erectis obsesso, *foliis* linearibus angustioribus semper integerrimis in petiolum longiorem

rem

rem decurrentibus, *pedunculis* axillaribus brevioribus et *floribus* duplo minoribus.

Plantas spontaneas atque cultas tam constantes semper observavi, ut species potius peculiaris, quam praecedentis varietas esse videatur.

3) *R. Lingua* foliis lanceolatis acuminatis, caule erecto multifloro. *Großer Hahnenf. großer Sumpfhahnenfuß.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1308. Ejusd. Enum. p. 587. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 801.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in stagnantibus, ad lacus et fossas, (In fossa oppidana juxta dem *Wasserthurm* et ad lacus versus dem *pleichacher Thore* ibidem. Ad moeni ripas uliginosas prope *Haßfurth, Volkach* et versus *Hirschfeld*. In paludosis prope *Haßfurth* versus *Zeil*. Ad lacus prope *Gerolshofen* et circa *Abb. Heidenfeld*, in palustribus, ad lacus et am *Altwasser* ibidem. Ad salae ripas prope *Gemünden, Gräfendorf*, ad fossas versus *Wolfsminster* alibique.)

Radix e fibris plurimis profunde terram penetrantibus. *Caulis* sesquipedalis, 2 - pedalis et altior, erectus, teres, crassiusculus, articulatus, teres, fistulosus, ramosus, superne praecipue pubescens. *Folia* alterna, sessilia aut brevissime petiolata, amplexicaulia, praelonga, lanceolata, acuminata, angusta, nervosa, integra, rarius denticulata, subtus praecipue pubescentia, costa intermedia canaliculata. *Flores* speciosi, maximi: *pedunculis* solitariis erectis pubescentibus longis unifloris. *Phylla* colorata, sub-

hir-

hirsuta, fugacia. *Petala* obcordata, patentissima, lutea, splendentia.

Planta recens valde acris, caustica, venenata.

Foliis dissectis et divisis,

4) *R. auricomus* foliis radicalibus reniformibus tripartitis crenatis, caulinis sessilibus digitatis linearibus, caule multifloro. *Goldgelber Hahnenfuß.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1314. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. p. 103. Hoffm. Germ. p. 153. De Vest. Man. bot. p. 802.*)

Perenn. Flor. April. Majo.

Hab. in pratis et pomariis ubique.

Radix maxime fibrosa. *Caulis* palmaris. pedalis, erectus, debilis, teres, glaber, superne ramosus. *Folia* crassiuscula, splendentia, glabra: *radicalia* in orbem digesta longe petiolata reniformia aut subrotundo - cordata subtriloba crenulata, *caulina* alterna brevissime petiolata aut perfecte sessilia amplexicaulia digitata: *laciniis* linearibus angustis obtusis divisis integerrimis aut dentatis. *Pedunculi* numerosi, terminales, solitarii, erecti, laeviter pubescentes, uniflori. *Phylla* pubescentia, margine luteola. *Petala* primo 2 - 3, dein 5, patentia, concava, lutea, splendentia.

Planta mitis, innocua.

5) *R. sceleratus* foliis inferioribus palmatis, summis digitatis: lobis obtusis, fructibus oblongis. *Gifthahnenfuß, Froschpfeffer.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1315. Ejusd. Enum. p. 588. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. p. 254. De Vest. Man. bot. p. 803. Herb. Blackw. t. 259.*)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab.

Hab. in paludosis et ad fossas fere ubique.

Planta tota glaberrima, pallide - viridis, splendens. *Radix* e fibris multis albidis. *Caulis* palmaris, pedalis, quandoque cubitalis, erectus, crassus, succulentus, angulato - sulcatus, ramosissimus: ramis erectis angulatis. *Folia radicalia* in orbem digesta, longius petiolata, subrotunda, subcarnosa, triloba et 5 - loba: lobis cuneiformibus 3 - 5 - fidis integris vel denticulatis. *Folia caulina* breviter petiolata, alterna, digitata, 3 - partita: foliolis lineari - lanceolatis obtusis inciso - dentatis. *Pedunculi* terminales et axillares copiosi, tenues, filiformes, erecti, uniflori. *Flores* parvi. *Phylla* concava, pallide flavescentia, caduca. *Petala* obtusa, patentia, integerrima, pallide flava, receptaculo oblongo multo breviora, decidua. *Fructus* oblongus, obtusus, viridis: seminibus numerosissimis vix maturis deciduis.

Folia recentia et germina acerrima, exulcerantia, maxime venenata.

6) *R. aconitifolius* foliis quinquelobis dentatis, lobis acuminatis, intermediis trifidis, floralibus summis digitatis sessilibus lanceolatis. *Sturmhutblättriger Hahnenf. Weißer Ranunkel.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 805.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in sylvis praecipue montosis. (In *sylva gramschatzensi*, in der *Waldskugel*, in nemorosis des *gutenberger Waldes* et in *salu kitzingensi* alibi saepe frequens.)

Radix e fibris plurimis longis albidis. *Caulis* 2 - pedalis et altior, erectus, teres, glaber, fistulosus, superne dichotomus. *Folia* palmata, ad basin usque digitato - quinquepartita: *laciniis* oblongis acuminatis dentatis, *intermediis* trifidis, *omnibus* margine inaequaliter inciso - serratis glabris subtus rugulosis venosis pallidioribus; *radicalia* et *caulina inferiora* longius petiolata, *suprema* sessilia ternata: *foliis* lanceolatis acutis serratis. *Pedunculi* terminales, erecti, uniflori. *Phylla* parva, maxime caduca, plerumque dilute purpurascens. *Petala* subrotunda, subserrulata, patentissima, nivea.

Variat interdum praesertim in nemorosis humidioribus *foliis* amplioribus et *floribus* majoribus.

Variationem hanc *cl. Dr. Lehmann* in suis sic dictis *primis lineis Florae herbipolensis* p. 39. pro *R. platanifolio*, qui in regionibus nostratibus omnino peregrinus est, sumsit. In locis enim ab eo allegatis, quae saepissime omni studio peragravi, haec quidem *R. aconitifolii* variatio, neutiquam vero *R. platanifolius* provenit.

Elegans variatio *floribus plenis* in hortis nostris existit.

Planta praecipue recens valde acris.

7) *R. bulbosus* calycibus retroflexis, pedunculis sulcatis, caule erecto multifloro, foliis ternatis trifidis. *Knolliger Hahnenf. Rübenranunkel, gemeine Schmelzblume,*

(*L. sp. pl. ed. Willd.* p. 1324. *Ejusd. Enum.* p. 590. *Pers. syn. pl.* p. 104. *Hoffm. Germ.* p. 255. *De Vest. Man. bot.* p. 804.)

Perenn. Flor. Majo — Julio,

Hab.

Hab. in pratis, pascuis et pomariis ubique frequens.

Radix subrotunda, bulbosa, carnosae, albidae, basi fibrosa. *Caules* plures, palmares, pedales et altiores, erecti, quandoque decumbentes, fistulosi, angulati, villosi, superne dichotomi multiflori. *Folia* ternata: *foliis* trifidis inciso - dentatis laete viridibus utrinque villosis; *radicalia* longe petiolata in orbem digesta, *caulina* breviter petiolata alterna, *summa* sessilia digitata: *foliis* 2 - et 3 - fidis subcuneiformibus, vel simplicibus lineari - lanceolatis. *Petioli* amplexicaules, pilosi. *Pedunculi* terminales, erecti, longi, uniflori, sulcati, villosi. *Phylla* villosa, intus flava, semireflexa. *Petala* majuscula, subrotunda, obtusa, integra, patentia, lutea, splendidia. *Fructus* ovato - subrotundus. *Semina* minuta, inermia.

Variat *caute* digitali *foliisque* magis villosis et *radice* plane fibrosa.

Radix praecipue recens acerrima, vesicans.

In hortis variat floribus plenis.

8) *R. repens* calycibus hirsutis patulis, pedunculis sulcatis, sarmentis repentibus. *Kriechender Hahnenfuß*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1325. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. p. 105. Hoffm. Germ. p. 256. De Vest. Man. bot. l. c. Herb. Blackw. t. 31.*)

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in pratis, agris, in vineis et ad muros ubique.

E radice fibrosa *Sarmenta* plura repentia saepius etiam radicania, foliosa. *Caulis* pedalis et altior,
gla-

glaber, ramosus, plerumque decumbens, saepius radicans, quandoque, praesertim in cultis, totus erectus. *Folia* petiolata, splendentia, ternata: *foliolis* tripartitis incisive acute dentatis, *summa* integerrima. *Pedunculi* terminales, sulcati, erecti. *Phylla* patentia, non retroflexa, extus hirsuta, viridula. *Petala* lutea, nitida, saepius emarginata, tempestate humida aut pluviosa conniventia.

Variationem *floribus plenis*, quae in hortis abundat, etiam spontaneam in pratis pinquioribus circa *Abb. Heidenfeld* cum *ill. Bar. de Bodeck* saepius legi.

Planta omnino mitis, submucilaginoso absque omni acrimonia et inde ab affinibus pluribus facile distinguenda.

9) *R. polyanthemos* calycibus patulis hirsutis, pedunculis sulcatis, foliis multipartitis, caule erecto multifloro, radice fibrosa. *Vielblumiger Hahnenfuß, Waldranunkel.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 803.*)
Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in collibus graminosis et in montosis sylvaticis.

Caulis pedalis et major, debilis, villosus, ramosus, sulcatus, erectus, basi plerumque incurvus. *Folia* villosa, maculata: *radicalia* et *caulina inferiora* subrotunda profunde 5-loba: *lobis* digitato-trifidis inciso-dentatis, *suprema* sessilia profunde triloba aut simplicia: *lobis* linearibus acuminatis. *Pedunculi* terminales, longi, sulcato-angulati, erecti. *Phylla* patentia, e viridi flavicantia, extus hirsuta. *Petala* subrotunda, obtusa, majuscula, lutea, splendentia.

Tem-

Tempestate humida pluviosa *flores* nutant, sed *petala* non connivent.

Acrimonia vix notabili, et pedunculis imprimis sulcatis planta haec a sequenti, cui valde affinis, satis distincta.

10) *R. acris* calycibus patulis, pedunculis teretibus, foliis tripartito - multifidis, summis linearibus. *Scharfer Hahnenf. Blasenranunkel.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1326. Ejusd. Enum l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. l. c. Knorr. thesaur. I. t. H. 1.*)

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in pratis, pascuis, in pomariis et ad fontes ubique.

Radix subbulbosa: *fibris* longis simplicibus albidis. *Caulis* sesquipedalis, 2 - pedalis et altior, erectus, teres, parum foliosus, inferne pilis adpressis hirsutus, superne valde ramosus multiflorus minus pilosus, glabriusculus. *Folia* utrinque villosula, in medio macula nigricante plerumque notata; *radicalia* longius petiolata subrotunda tripartito - multifida, *suprema* sessilia lineari - lanceolata angusta. *Petioli* pilosi, basi membranacei, vaginantes. *Pedunculi* terminales, pubescentes, erecti, perfecte teretes et non sulcati. *Phylla* patentia, luteola, villosa. *Petala* obcordata, obtusa, lutea, splendentia.

Planta imprimis recens acerrima, vesicans.

Variatio *petalis* elegantissime niveo - variegatis in *sylva gramschatzensi* et in aridis prope *Veitshöchheim* haud infrequens.

Variat floribus plenis. *Knorr. thes. I. t. H. 2.*

11) *R. lanuginosus* calycibus patulis, pedunculis teretibus, caule petiolisque hirsutis, foliis trifidis lobatis crenatis holosericeis. *Rauher Hahnenfuß, wolliger Ranunkel.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 127. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. l. c. De Vest. Man. bot. p. 802.*)

Perenn. Flor. Junio — Augusto.

Hab. in nemorosis praecipue montosis. (In nemorosis circa *Waldbronn*, in *sylva guttenbergensi*, in der *Waldskugel* inque omnibus fere sylvis montosis satis frequens)

Radix e fibris multis longis nigricantibus. *Caulis* sesquipedalis, 2 - pedalis, nonnunquam altior, erectus, teres, pilis longis albidis hirsutus, parum ramosus atque foliosus. *Folia* utrinque villosa holosericea, macula pallida saepius notata, subtus venosa, *radicalia* et *inferiora caulina* longe petiolata ampla subrotunda grosse dentata triloba: *lobis* lateralibus bifidis *medio* trifido, *intermedia* sessilia, *summa* ternata vel simplicia lanceolata apicem versus serrulata. *Pedunculi* terminales et laterales, sparsi, erecti, fistulosi, villosi. *Phylla* patula, villosa - tomentosa. *Petala* majuscula, subrotunda, obtusa, patentia, integra, aurea, splendentia.

Herba mitis, non acris

12) *R. arvensis* foliis decompositis: laciniis linearibus, seminibus aculeatis. *Acker - Hahnenf. Stachelranunkel.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1329. Ejusd. Enum. l. c. Pers. syn. pl. p. 106. Hoffm. Germ. p. 257. De Vest. Man. bot. l. c.*)

Ann. Flor. Majo — Julio.

Hab. in agris et vineis ubique abunde.

Radix e fibris multis tenuibus albidis. *Caulis* pedalis et major, erectus, teres, dichotomus, glaber, superne pubescens. *Folia* petiolata, laete viridia, glabriuscula, decomposita: *laciniis* lanceolatis angustis obtusis; *radicalia* in orbem congesta, *caulina* alterna, *suprema* sessilia multifida: *laciniis* linearibus integerrimis. *Peduncululi* terminales et laterales, erecti, compressiusculi. *Calyx* villosus, patens, luteolus. *Petala* integra, citrina. *Semina* compressa, semilunaria, aculeata, mucrone recurvo terminata.

Planta tota valde acris.

13) *R. hederaceus* foliis reniformi - subrotundis trilobis quinquelobisve integerrimis, caule repente. *Epheublättriger Hahnensfuß, kleiner Wasser-ranunkel.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. p. 1331. Pers. syn. pl. l. c. Hoffm. Germ. p. 253. De Vest. Man. bot. p. 804. Roth. Germ. I. p. 240. II. p. 619.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in aquis lente fluentibus, ad ripas vadosas. (Ad rivulos et scaturigines *fossae oppidanae* prope dem *Wasserthurm* et inter dem *neuen und rennweger Thore*. Ad lacum *erlaccensem* prope *Klein-ochsenfurth*. Ad lacus prope *Abb. Schwarzach*, prope *Gerolshofen*, circa *Abb. Heidenfeld* et im *Altwasser*

ibidem, ubi specimina pulcherrima legi. Ad moeni ripas vadosas prope *Hirschfeld*, *Deichfeld* et alibi)

Radix repens e fibris plurimis tenuibus. *Caules* palmares, nonnunquam pedales et longiores, repentes, teretes, glabri, ramosi, striati, nitentes, in aquis cum foliis in earum superficie natantes. *Folia* longe petiolata, opposita et alterna, reniformi - subrotunda, crassiuscula, glabra, splendentia, macula plerumque fusco - nigricante in medio notata, lobata: *lobis* obtusis, integris, *inferiora* quinqueloba, *superiora* triloba. *Petuli* basi membranacei, subvaginantantes, glaberrimi. *Pedunculi* axillares, oppositifolii, crassiusculi, solitarii, uniflori, erecti, *fructiferi* declinati. *Phylla* rotundata, concava, glaberrima, margine albida, demum reflexa. *Petala* ovato - oblonga, acutiuscula, integra, alba, calyce duplo longiora. *Nectaria* lutescentia. *Semina* ovata, glabra.

Inter omnes *Ranunculi* species stamina paucissima habet, flores enim plerumque octandri, vix decandri evadunt.

Herba acris.

14) *R. heterophyllus* fluitans, foliis emersis peltatis, submersis capillaceis. *Verschiedenblättriger Hahnenfuß*.

(*Pers. syn. pl. l. c. Roth. Germ. I p. 240. II. p. 619. G. M. Sch. Flor. der Wetter. II. p. 318. Wib. Werth. p. 274.*)

R. aquatilis L. sp. pl. ed *Willd. p. 1332. Ejusd. Enum. p. 591. Hoffm. Germ. p. 257. De Vest. Man. bot. p. 806. Smith. Britan. Vol. II. p. 596. Spreng. Hal. p. 161.*

R. pel-

R. peltatus Moench. Meth. p. 214.

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in aquis stagnantibus et lente fluentibus ubique.

Radix e fibris praelongis repentibus. *Caules* 1 - 2 - pedales et longiores, tenues, debiles, dichotomi, glaberrimi, natantes, submersi. *Folia* alterna, petiolata, glabra: *submersa* supradecomposita multifido - capillaria: *petiolis* brevioribus latis, *emersa* supra aquam natantia subcoriacea reniformia longe petiolata, palmato - quinqueloba: *lobis* rotundatis emarginatis. *Pedunculi* praelongi erecti solitarii ex alis supremis. *Petala* speciosa subrotunda, alba, basi plerumque lutea, valde decidua.

Totus acris, uti praecedens.

Variat foliis et floribus majoribus.

15) *R. capillaceus* fluitans, foliis omnibus capillaceis: laciniis divergentibus flaccidis. *Dünnblättriger Hahnenfuß*, *haarförmiger weißer Wasserrauk*.

(*Pers. syn. pl. l. c. Gmel. Fl. bad. II. p. 556.*)

R. aquatilis Roth. Germ. I. p. 241. II. p. 620.

R. aquatilis γ. L. sp. pl. ed. Willd. p. 1332. Hoffm. Germ. l. c.

R. divaricatus Schrank. Bav. II. p. 104. Moench. Method. l. c. G. M. Sch. Flor. der Wetter. II. p. 319. Wibel. Werth. p. 274.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab.

Hab. in aquis stagnantibus, lente fluentibus et ad ripas ubique frequens.

Ab antecedente *foliis* omnibus capillaceis supradecompositis multifidis: *laciniis* divergentibus subcompressis circumscriptione rotundatis, et *floribus* minoribus perfecte distinctus.

An sit praecedentis *varietas*, valde dubito.

Herba recens insignem acrimoniam possidet.

16) *R. peucedanifolius* fluitans, foliis omnibus capillaceis: laciniis dichotomis parallelis longissimis. *Haarstrangblättriger Hahnenfuß.*

(*Moench. Method. p. 214. G. M. Sch. Flor. der Wetter. II. p. 319. Wib. Werth. p. 274.*)

R. fluviatilis L. sp. pl. ed. Willd. p. 1333. *Pers. syn. pl. p. 106. Hoffm. Germ. p. 257. De Vest. Man. bot. p. 806. Roth. Germ. I. p. 241. II. p. 621.*

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in lacubus, ad rivulos, ad scaturigines et moeni ripas vadas ubique vulgaris.

Caules praelongi, 3-4-pedales et longiores, crassi, teretes, subramosi, glabri, cum foliis amoene virides, fluitantes. *Folia* longissima, alterna, basi lata amplexicaulia, recta, circumscriptione oblonga, tripartito-multifida: *laciniis* capillaceis, teretibus, apice plerumque bifidis, undequaque dispersis. *Pedunculi* crassi, axillares. *Petala* subrotunda, alba, basi foveola annulo circumdata praedita.

Planta recens acris.

254. *TROLLIUS*, *Trollblume*, *Engelblume*.

1) *T. europaeus* corollis conniventibus, nectariis longitudine staminum. *Europäische Trollbl. Kugelhahnenfuß, Kugelblume.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 1333. Eiusd. Enum. p. 591. Pers. syn. pl. II. p. 106. Hoffm. Germ. I. p. 257. De Vest. Man. bot. p. 797. Schkuhr. bot. Handb. t. 153. Sturm D. Flor. I. 5. Knorr. thesaur. II. t. T. 5.*)

T. connivens Mönch, Method. p. 313.

Perenn. Flor. Majo — Julio.

Hab. in pratis, in graminosis nemorosis et ad lacus. (In nemorosis des Gramschatzer und guttenberger Waldes. In sylvä stettensi prope Karlstadt et im Huck prope Wipfeld. In graminosis sylvæ zellensis, waldbüttelbronnensis, kistensis et in pratis ad sylvam Gramschatzensem e. gr. prope St. Veit copiosissime alibique.)

Radix fibrosa, nigricans. *Caulis* pedalis, erectus, teres, glaber, simplex, plerumque uniflorus. *Folia radicalia* in orbem digesta, longe petiolata, palmato-quinquepartita: *laciniis* incisus dentatis glaberrimis nitidis, *caulina* subsessilia alterna minora. *Flos* pulcherrimus, magnus, terminalis, solitarius, erectus, nudus. *Petala* 12 - 16 obovata, concava, lutea, splendentia, in globum quasi conniventia. *Nectaria* inter petala et stamina pedicellata, nitida, lutea, apice parum dilatata. *Semina* nitida, trigona.

Planta subacris.

255. HELLEBORUS, *Nieswurz*, *Christwurz*.

1) *H. foetidus* caule multifloro folioso, foliis pedatis, petalis conniventibus. *Stinkende Nieswurz*, *Läusekraut*.

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 1337. Ejusd. Enum. p. 592. Pers. syn. pl. II. p. 107. Hoffm. Germ. I. p. 259. De Vest. Man. bot. p. 798. Herb. Blackw. t. 57.*)

Helleboraster foetidus Mönch. Method. p. 236.

Perenn. Flor. Aprili — Junio.

Hab. in montosis nemorosis, ad sepes et in versuris. (In sylva gramschatzensi, vitihoechheimensi, guttenbergensi, zellensi, in der Waldskugel et im Millert prope Waldbrunn. In montosis circa Veitshöchheim, Retzbach, Karlstadt et Thiingen. In montibus Kalmut, Kalbenstein, Schwamberg prope Kitzingen et Hohwann prope Haßfurth. Ad sepes et in versuris prope Remlingen, Seßlach, Ebern et versus Gießigheim alibique.)

Radix carnosa, nigricans: *fibris* longis plurimis. *Caulis* 1 - 2 - pedalis et altior, erectus, crassus, firmus, teres, glaber, superne ramoso - dichotomus: *ramis* subangulatis villosiusculis. *Folia* alterna, petiolota, pedata: *foliolis* 9 - 10 subcoriaceis firmis glabris lanceolatis obscure viridibus a medio apicem versus argute et aequaliter serratis, *superiora* minora sessilia integra 2 - 3 - loba, interdum simplicia, *summa* ovato - lanceolata amplexicaulia integerrima colorata, *radicalia* nulla. *Flores* numerosi, pedunculati,

ti, terminales et axillares, cernui. *Phylla* persistentia, erecto - conniventia, viridia, margine atro - purpurea.

Planta foetida, acris, venenata, drasticas et emeticas vires exercens.

256. C A L T H A , *Dotterblume.*

1) *C. palustris* foliis longe petiolatis suborbiculatis glabris. *Sumpf - Dotterbl.* *Butterblume*, *Kuhblume*, *Moosblume*, *deutsche Kaper.*

(*L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 1338. Ejusd. Enum. p. 592. Pers. syn. pl. II. p. 107. Hoffm. Germ. I. p. 259. De Vest. Man. bot. p. 797. Sturm. Deutschl. Flor. I. 8. Schkuhr. bot. Handb. t. 154. Knorr. thesaur. I. t. H. 2.*)

Populago palustris Moench. Method. p. 300.

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in pratis udis, in paludosis, ad rivulos et ripas passim copiose.

Radix fibrosa, albida. *Caulis* palmaris, pedalis, interdum altior, erectus, basi plerumque incurvus, quandoque decumbens, subangulatus, fistulosus, succulentus, glaber, dichotomus. *Folia* crassiuscula, glaberrima, lucida, subtus pallidiora, venosa: *radicalia* longe petiolata magna subreniformia vel cordato - peltata crenata *fissura* unica, *caulina* pauca minora alterna subsessilia cordato - subtriangularia. *Flores* speciosi, terminales, solitarii, magni: *pedunculis* sul-

sulcatis unifloris. *Petala* 5 - 9 aurea, dorso subviridia.

Variat *floribus* minoribus, et in hortis *flore pleno*.
Knorr. thesaur. l. c.

Planta subacris, amariuscula.



Index

Generum, Specierum et Synonymorum.

A.

	Pag.		Pag.
Acer	404	Aegopodium	212
<i>campestre</i>	408	<i>Carum</i>	326
<i>monspessulanum</i>	409	<i>Podagraria</i>	332
<i>Platanoides</i>	408	Aesculus	401
<i>Pseudo - Platanus</i>	407	<i>Hippocastanum</i>	403
<i>trilobum</i>	409	Aethusa	210
<i>Acetosa hastata</i>	395	<i>Cynapium</i>	314
<i>pratensis</i>	394	Agrimonia	480
Aconitum	558	<i>Eupatoria</i>	484
<i>Lycoctonum</i>	553	Agrostemma	438
<i>Napellus</i>	554	<i>Githago</i>	469
<i>neomontanum</i>	<i>ibid.</i>	Agrostis	38
Acorus	348	<i>alba</i>	78
<i>Calamus</i>	374	<i>arundinacea</i>	83
Actaea	536	<i>canina</i>	76
<i>nigra</i>	542	<i>capillaris</i>	78
<i>spicata</i>	541	<i>divaricata</i>	<i>ibid.</i>
Adonis	540	<i>minima</i>	65
<i>aestivalis</i>	568	<i>Spica venti</i>	77
<i>autumnalis</i>	<i>ibid.</i>	<i>stolonifera</i>	78
<i>flammea</i>	569	<i>tenella</i>	<i>ibid.</i>
Adoxa	407	<i>vulgaris</i>	77
<i>moschatellina</i>	432	Aira	39
			Aira

I n d e x.

	Pag.		Pag.
Aira altissima	94	<i>Alsinella erecta</i>	194
aquatica	93	Amygdalus	495
caespitosa	94	communis	499
canescens	97	<i>communis</i>	500
caryophyllea	95	fragilis	<i>ibid.</i>
<i>coerulea</i>	100	Anagallis	199
cristata	92	<i>arvensis</i>	234
flexuosa	94	<i>coerulea</i>	<i>ibid.</i>
<i>montana</i>	95	<i>phoenicea</i>	233
praecox	96	Anchusa	196
Alchemilla	158	<i>angu-tifolia</i>	220
<i>Aphanes</i>	185	<i>officinalis</i>	219
<i>arvensis</i>	<i>ibid.</i>	Andropogon	38
vulgaris	184	<i>Ischaemum</i>	86
Alisma	350	Androsace	198
natans	399	<i>elongata</i>	227
Plantago	398	<i>Septentrionalis</i>	226
<i>ranunculoides</i>	400	Anemone	539
Allium	346	<i>Hepatica</i>	558
angulosum	358	<i>nemorosa</i>	561
arenarium	354	<i>pratensis</i>	559
ascalonicum	358	<i>Pulsatilla</i>	<i>ibid.</i>
carinatum	355	<i>ranunculoides</i>	561
Cepa	359	<i>sylvestris</i>	560
fistulosum	360	Anethum	211
oleraceum	357	<i>Foeniculum</i>	324
Porrum	355	<i>graveolens</i>	<i>ibid.</i>
rotundum	352	<i>Pastinaca</i>	323
sativum	353	Angelica	209
Schoenoprasum	360	<i>sylvestris</i>	306
Scorodoprasum	353	Anthericum	347
sphaerocephalon	355	<i>bifolium</i>	366
ursinum	359	Liliago	367
vineale	356	<i>ramosum</i>	<i>ibid.</i>
Alopecurus	36	Anthoxanthum	9
agrestis	68	<i>odoratum</i>	32
<i>geniculatus</i>	69	Anthriscus	211
<i>pratensis</i>	68	vulgaris	321
Alsine	213		
media	339		

Apha-

I n d e x.

	Pag.		Pag.
Aphanes	158	Asperula	156
arvensis	185	arvensis	167
Apium	212	cynanchica	169
graveolens	331	odorata	167
Petroselinum	332	tinctoria	168
Aquilegia	558	<i>Asprella oryzoides</i>	70
vulgaris	555	Astrantia	206
Arenaria	458	major	288
rubra	462	nigra	<i>ibid.</i>
Serpyllifolia	461	Athamanta	208
tenuifolia	463	Cervaria	299
trinervia	461	Libanotis	301
<i>Armeniaca epirotica</i>	501	Oreoselinum	300
vulgaris	<i>ibid.</i>	Atriplex	204
<i>Armeria vulgaris</i>	340	hastata	273
Arundo	38	hortensis	272
Calamagrostis	81	olida	278
colorata	71	patula	273
epigejos	79	rosea	272
glaucæ	80	Atropa	201
Phragmites	83	Belladonna	250
pseudophragmites	80	Avena	41
sylvatica	83	dubia	139
varia	82	elatior	90
Asarum	479	fatua	138
europæum	481	flavescens	139
officinale	<i>ibid.</i>	lanata	92
Asclepias	204	mollis	91
Vincetoxicum	270	orientalis	136
Asparagus	347	pratensis	141
officinalis	368	pubescens	140
Asperugo	197	sativa	137
procumbens	223	strigosa	136
		tenuis	138

B.

<i>Baldingera colorata</i>	71	Berberis	348
<i>Behen vulgaris</i>	453	vulgaris	386
		Be-	

I n d e x.

	Pag.		Pag.
Beta	205	Brom. <i>glomeratus</i>	115
Cicla	280	<i>gracilis</i>	126
<i>vulgaris</i>	279	<i>hirsutus</i>	132
<i>Bifolium cordatum</i>	186	<i>inermis</i>	131
Blitum	2	<i>littoreus</i>	123
<i>capitatum</i>	6	<i>mollis</i>	128
Borago	197	<i>montanus</i>	130 - 132
<i>officinalis</i>	223	<i>multiflorus</i>	129
Briza	40	<i>nanus</i>	128
<i>Eragrostis</i>	105	<i>nemorosus</i>	132
<i>media</i>	114	<i>ovinus</i>	116
<i>oblonga</i>	105	<i>pinnatus</i>	125
<i>tremula</i>	114	<i>pseudarvensis</i>	130
Bromus	40	<i>ramosus</i>	132
<i>agrestis</i>	130	<i>secalinus</i>	127
<i>altissimus</i>	132	<i>sterilis</i>	135
<i>angustifolius</i>	130	<i>sylvaticus</i>	126
<i>arundinaceus</i>	123	<i>tectorum</i>	134
<i>arvensis</i>	129	<i>temulentus</i>	148
<i>asper</i>	132	<i>triflorus</i>	139
<i>commutatus</i>	128	<i>versicolor</i>	130
<i>decumbens</i>	113	Bupleurum	206
<i>dertonensis</i>	119	<i>falcatum</i>	289
<i>distichus</i>	135	<i>longifolium</i>	290
<i>elatior</i>	122	<i>rotundifolium</i>	289
<i>erectus</i>	130	Butomus	433
<i>giganteus</i>	133	<i>umbellatus</i>	434

C.

<i>Calamagrostis arundina-</i>		Callitr. <i>intermedia</i>	5
<i>cea</i>	82 - 83	<i>minima</i>	<i>ibid.</i>
<i>epigejos</i>	80	<i>verna</i>	4
<i>lanceolata</i>	81	<i>Calluna vulgaris</i>	419
<i>pseudophragmites</i>	80	Caltha	541
Callitriche	1	<i>palustris</i>	585
<i>aquatica</i>	4 - 5	<i>Cameraria fontana</i>	153
<i>autumnalis</i>	4	Campanula	199
<i>cespitosa</i>	5	<i>Cervicaria</i>	241
<i>dubia</i>	<i>ibid.</i>		Cam-

I n d e x.

	Pag.		Pag.
Campan. glomerata	240	Centunc. <i>arvensis</i>	475
<i>patula</i>	237	<i>minimus</i>	180
<i>persicifolia</i>	238	<i>semidecander</i>	474
<i>rapunculoides</i>	239	<i>Cepa schoenoprasa</i>	361
<i>Rapunculus</i>	238	<i>ventricosa</i>	360
<i>rotundifolia</i>	236	Cerastium	439
<i>Speculum</i>	241	<i>aquaticum</i>	476
<i>tenuifolia</i>	237	<i>arvense</i>	475
<i>Trachelium</i>	239	<i>semidecandrum</i>	474
<i>Carex uliginosa</i>	56	<i>viscosum</i>	473
Carum	212	<i>vulgatum</i>	<i>ibid.</i>
<i>Carvi</i>	325	<i>Cerasus acida</i>	501
<i>Caryophyllata nutans</i>	534	<i>avium</i>	502
<i>officinalis</i>	<i>ibid.</i>	<i>dulcis</i>	<i>ibid.</i>
<i>rivalis</i>	<i>ibid.</i>	<i>vulgaris</i>	501
<i>urbana</i>	<i>ibid.</i>	<i>Cercaria nigra</i>	299
<i>Caryophyllus aridus</i>	450	<i>Cervispina cathartica</i>	256
<i>armerius</i>	449	Chaerophyllum	211
<i>corthusianorum</i>	<i>ibid.</i>	<i>aureum</i>	319
<i>deltoides</i>	451	<i>bulbosum</i>	318
<i>superbus</i>	452	<i>Cerefolium</i>	321
Caucalis	207	<i>hirsutum</i>	318
<i>Anthriscus</i>	294 - 321	<i>palustre</i>	<i>ibid.</i>
<i>arvensis</i>	295	<i>sativum</i>	320
<i>Carota</i>	296	<i>sylvestre</i>	316
<i>daucoides</i>	293	<i>tenuium</i>	317
<i>divaricata</i>	295	<i>Chamaenerion angusti-</i>	
<i>grandiflora</i>	291	<i>folium</i>	411
<i>helvetica</i>	295	<i>grandiflorum</i>	412
<i>latifolia</i>	292	<i>hirsutum</i>	<i>ibid.</i>
<i>leptophylla</i>	293	<i>montanum</i>	413
<i>maxima</i>	291	<i>palustre</i>	416
<i>Sanivula</i>	287	<i>pubescens</i>	413
<i>Scandicina</i>	321	<i>tetragonum</i>	415
<i>Scandix</i>	<i>ibid.</i>	Chamagrostis	36
<i>stricta</i>	294	<i>minima</i>	65
<i>Centaurium minus</i>	254	Chelidonium	537
Centunculus	157	<i>haematodes</i>	543

Che-

I n d e x.

	Pag.		Pag.
Chelid. <i>luciniatum</i>	543	Clematis Vitalba	563
majus	542	<i>Clematitis erecta</i>	564
Chenopodium	205	<i>vitalba</i>	563
album	276	<i>Cnidium tenuifolium</i>	330
bonus Henricus	274	Colchicum	349
glaucum	278	autumnale	397
hybridum	277	Comarum	498
murale	276	<i>fragarioides</i>	526
olidum	278	palustre	535
polyspermum	279	Conium	207
rubrum	275	maculatum	296
urbicum	<i>ibid.</i>	Convallaria	347
viride	277	<i>bifolia</i>	185
<i>Vulvaria</i>	278	majalis	369
Chironia	201	<i>Mappi</i>	<i>ibid.</i>
Centaurium	253	multiflora	371
<i>Centaurium</i>	254	Polygonatum	370
Gerardi	<i>ibid.</i>	verticillata	<i>ibid.</i>
inaperta	255	Convolvulus	199
<i>ramosissima</i>	254	arvensis	235
<i>pulchella</i>	<i>ibid.</i>	sepium	<i>ibid.</i>
<i>Vaillantii</i>	255	Coriandrum	210
Christophoriana <i>spicata</i>	542	<i>Cicuta</i>	312
Chryso splenium	406	<i>Cynapium</i>	314
alternifolium	421	<i>latifolium</i>	308
oppositifolium	422	<i>maculatum</i>	296
Cicuta	210	sativum	314
<i>latifolia</i>	308	Cornus	157
virosa	312	mascula	182
Circaea	7	sanguinea	<i>ibid.</i>
alpina	13	<i>Craepalia temulenta</i>	148
<i>intermedia</i>	<i>ibid.</i>	Crataegus	495
lutetiana	12	monogyna	505
vulgaris	<i>ibid.</i>	Oxyacantha	504
Cistus apenninus	551	torminalis	506
<i>Helianthemum</i>	550	Crithnum Silaus	303
Clematis	540	Cucubalus	437
erecta	564	<i>bacciferus</i>	454
			Cucu-

I n d e x.

	Pag.		Pag.
Cucubal. Behen	452	<i>Cynodon dactylon</i>	67
<i>horizontalis</i>	454	<i>Cynoglossum</i>	196
Otites	453	<i>officinale</i>	220
Cuscuta	153	<i>Cynosurus</i>	40
Epithymum	187	<i>coeruleus</i>	101
europaea	<i>ibid.</i>	<i>cris-tatus</i>	115
<i>Cuviera europaea</i>	149	<i>durus</i>	104
<i>Cydonia Cydonia</i>	511	<i>Cyperus</i>	35
<i>vulgaris</i>	<i>ibid.</i>	<i>flavescens</i>	52
<i>Cynanchum Vincetoxi-</i>		<i>fuscus</i>	<i>ibid.</i>
<i>cum</i>	270		

D.

Dactylis	40	Dian. superbus	452
<i>cris-tata</i>	93	<i>Dictamnus</i>	455
<i>glomerata</i>	115	<i>albus</i>	440
Daphne	405	<i>Fraxinella</i>	<i>ibid.</i>
Mezereum	420	<i>Digitaria</i>	36
Datura	200	<i>Sanquinalis</i>	66
stramonium	248	<i>stolonifera</i>	67
Daucus	207	<i>Dipsacus</i>	155
Carota	295	<i>Fullonum</i>	161
Delphinium	558	<i>pilosus</i>	162
Consolida	552	<i>sylvestris</i>	161
Dianthus	437	<i>Drepanophyllum sioi</i>	
Armeria	449	<i>des</i>	309
<i>carthusianorum</i>	448	<i>Drosera</i>	214
<i>deltoides</i>	451	<i>longifolia</i>	344
<i>prolifer</i>	450	<i>rotundifolia</i>	343

E.

Echium	197	Elymus <i>caninus</i>	143
<i>violaceum</i>	226	<i>europaeus</i>	149
<i>vulgare</i>	225	<i>Epilobium</i>	405
<i>Ehrhartia clandestina</i>	70	<i>angustifolium</i>	411
Elymus	41	<i>grandiflorum</i>	412
		38	Epi-

I n d e x.

	Pag.		Pag.
Epilob. hirsutum	412	Ering. campestre	286
<i>montanum</i>	413	Erithraea Centaurium	
<i>montanum</i>	414		254
<i>palustre</i>	415	<i>inaperta</i>	255
<i>parviflorum</i>	412	<i>rimosissima</i>	254
<i>pubescens</i>	413	Euphorbia	480
<i>roseum</i>	414	<i>Cajogala</i>	491
<i>Spicatum</i>	411	<i>Cyperissias</i>	492
<i>tetragonum</i>	415	<i>degener</i>	493
Erica	405	<i>Esula</i>	490
<i>vulgaris</i>	419	<i>exigua</i>	487
Eriophorum	35	<i>Gerardiana</i>	491
<i>angustifolium</i>	64	<i>helioscopia</i>	488
<i>cespitosum</i>	61	<i>Peplus</i>	486
<i>gracile</i>	62	<i>platyphyllos</i>	489
<i>latifolium</i>	63	<i>sylvatica</i>	490
<i>polystachion</i>	<i>ibid.</i>	<i>verrucosa</i>	487
<i>triquetrum</i>	62	Evonymus	202
<i>vaginatum</i>	61	<i>europaeus</i>	257
<i>vulgare</i>	63	<i>vulgaris</i>	<i>ibid.</i>
Eryngium	205		

F.

Fagopyrum carinatum		Festuca fluitans	102
	450	<i>gigantea</i>	133
<i>esculentum</i>	<i>ibid.</i>	<i>glauca</i>	117
<i>membranaceum</i>	431	<i>gracilis</i>	126
Fedia	34	<i>heterophylla</i>	120
<i>dentata</i>	46	<i>Leysseri</i>	131
<i>olitoria</i>	45	<i>loliacea</i>	124
Festuca	40	<i>multiflora</i>	122
<i>arundinacea</i>	123	<i>Myurus</i>	119
<i>bromoides</i>	118	<i>nemorum</i>	120
<i>decumbens</i>	113	<i>ovina</i>	116
<i>dumetorum</i>	121	<i>pallens</i>	118
<i>duriuscula</i>	120	<i>pinnata</i>	125
<i>elatior</i>	123	<i>pratensis</i>	122
<i>elatior</i>	122	<i>rubra</i>	121
<i>elongata</i>	124	<i>rubra</i>	120

Fe-

Index

	Pag.		Pag.
Fest. Sciuroides	118	Fragaria	497
<i>spadicea</i>	123	<i>collina</i>	525
<i>Speciosa</i>	131	<i>sterilis</i>	<i>ibid.</i>
<i>tenuifolia</i>	117	<i>vesca</i>	524
Fibichia umbellata	67	<i>vulgaris</i>	<i>ibid.</i>
Ficaria	539	Frangula Alnus	256
<i>ranunculoides</i>	562	Fraxinella dictamnus	
<i>verna</i>	<i>ibid.</i>		440
Filipendula vulgaris	512	Fraxinus	7
Foeniculum vulgare	325	<i>excelsior</i>	11
		<i>Ornus</i>	<i>ibid.</i>
G.			
Galanthus	345	Galium verum	173
<i>nivalis</i>	350	Gentiana	205
Galium	156	<i>Amarella</i>	283
<i>Aparine</i>	178	<i>campestris</i>	234
<i>austriacum</i>	172	<i>Centaurium</i>	254
<i>Boecconi</i>	176	<i>ciliata</i>	283
<i>boreale</i>	177	<i>cruciata</i>	285
<i>campanulatum</i>	172	<i>germanica</i>	282
<i>cruciatum</i>	175	<i>Pneumonanthe</i>	<i>ibid.</i>
<i>cynanchicum</i>	169	Geum	497
<i>erectum</i>	173	<i>rivale</i>	534
<i>glabrum</i>	172	<i>urbanum</i>	533
<i>glaucum</i>	171	Gladiolus	34
<i>Molligo</i>	174	<i>communis</i>	47
<i>odoratum</i>	167	Globularia	155
<i>palustre</i>	170	<i>vulgaris</i>	160
<i>Scabrum</i>	171	Gratiola	8
<i>Scabrum</i>	176	<i>officinalis</i>	26
<i>Spurium</i>	175	Grossularia rubra	258
<i>Sylvaticum</i>	174	<i>Uva</i>	260
<i>Sylvestre</i>	176	Gypsophila	436
<i>tinctorium</i>	168	<i>muralis</i>	446
<i>uliginosum</i>	170		
H.			
Hedera	202	Helianthemum	538
<i>Helix</i>	260	<i>album</i>	551
		38 *	He-

I n d e x.

	Pag.		Pag.
<i>Helianth. apenninum</i>	551	<i>Holcus mollis</i>	91
<i>incanum</i>	<i>ibid.</i>	<i>Holosteum</i>	42
<i>luteum</i>	550	<i>umbellatum</i>	154
<i>pulverulentum</i>	551	<i>Hordeum</i>	42
<i>vulgare</i>	550	<i>coeleste</i>	152
<i>Heileboraster foetidus</i>		<i>cylindricum</i>	149
	584	<i>distichon</i>	152
<i>Heileborus</i>	541	<i>murinum</i>	150
<i>foetidus</i>	584	<i>murinum</i>	151
<i>Hepatica</i>	539	<i>nigrum</i>	152
<i>anemonoides</i>	558	<i>pratense</i>	151
<i>nobilis</i>	<i>ibid.</i>	<i>secalinum</i>	<i>ibid.</i>
<i>triloba</i>	<i>ibid.</i>	<i>vulgare</i>	<i>ibid.</i>
<i>Heracleum</i>	208	<i>Hottonia</i>	198
<i>Sphondylium</i>	305	<i>palustris</i>	230
<i>Herniaria</i>	204	<i>Hyacinthus</i>	348
<i>glabra</i>	271	<i>botryoides</i>	373
<i>hirsuta</i>	<i>ibid.</i>	<i>comosus</i>	372
<i>Hippocastanum vulgare</i>		<i>racemosus</i>	<i>ibid.</i>
	403	<i>Hydrocotyle</i>	206
<i>Hippuris</i>	1	<i>vulgaris</i>	286
<i>vulgaris</i>	3	<i>Hyosciamus</i>	200
<i>Holcus</i>	39	<i>niger</i>	249
<i>avenaceus</i>	90	<i>Hypopithys monotropa</i>	
<i>lanatus</i>	92		441
		<i>multiflora</i>	<i>ibid.</i>

I.

<i>Jasione</i>	203	<i>Iris Squalens</i>	49
<i>montana</i>	269	<i>Juncago palustris</i>	396
<i>Impatiens</i>	204	<i>Juncus</i>	348
<i>noli tangere</i>	269	<i>acutiflorus</i>	379
<i>Imperatoria Angelica</i>		<i>ascendens</i>	<i>ibid.</i>
	307	<i>albidus</i>	383
<i>Iris</i>	35	<i>angustifolius</i>	<i>ibid.</i>
<i>germanica</i>	48	<i>aquaticus</i>	378
<i>graminea</i>	50	<i>articulatus</i>	379
<i>Pseud - Acorus</i>	49	<i>bufonius</i>	381
<i>pumila</i>	48	<i>bulbosus</i>	<i>ibid.</i>

Jun-

I n d e x.

	Pag.		Pag.
Juncus campestris	385	Juncus niveus	383
<i>compressus</i>	381	<i>obtusiflorus</i>	379
<i>conglomeratus</i>	375	<i>pilosus</i>	384
<i>effusus</i>	<i>ibid.</i>	<i>squarrosus</i>	378
<i>filiformis</i>	277	<i>subverticillatus</i>	380
<i>glaucus</i>	376	<i>supinus</i>	<i>ibid.</i>
<i>inflexus</i>	<i>ibid.</i>	<i>sylvaticus</i>	379
<i>latifolius</i>	382	<i>sylvaticus</i>	382
<i>leucophobus</i>	383	<i>uliginosus</i>	380
<i>maximus</i>	382	<i>vernalis</i>	384
		<i>verticillatus</i>	380
K.			
<i>Knappia agrostidea</i>	65	<i>Koeleria cristata</i>	93
<i>Knauel annuum</i>	445		
L.			
<i>Lapathum Acetosa</i>	394	<i>Lentic. minor</i>	31
<i>Acetosella</i>	395	<i>trisulca</i>	<i>ibid.</i>
<i>acutum</i>	391	Leucojum	346
<i>aquaticum</i>	393	<i>vernum</i>	351
<i>crispum</i>	389	<i>Libanotis Athamantina</i>	
<i>hortense</i>	388		301
<i>maritimum</i>	390	<i>Riviniiana</i>	<i>ibid.</i>
<i>obtusifolium</i>	392	Ligusticum	209
<i>Sanquineum</i>	388	<i>Carvi</i>	326
<i>Scutatum</i>	393	<i>Foeniculum</i>	325
<i>virgatum</i>	390	<i>Levisticum</i>	306
Laserpitium	208	<i>Phellandrium</i>	311
<i>latifolium</i>	304	<i>Podagraria</i>	333
Leersia	37	Ligustrum	7
<i>oryzoides</i>	70	<i>vulgare</i>	10
Lemna	9	<i>Lilac vulgaris</i>	11
<i>gibba</i>	31	Lilium	346
<i>minor</i>	<i>ibid.</i>	<i>convallium majale</i>	369
<i>polyrrhiza</i>	32	<i>Martagon</i>	361
<i>trisulca</i>	30	<i>Linagrostis polystachya</i>	
<i>Lentibularia vulgaris</i>	27		63
<i>Lenticula gibba</i>	32		<i>Li-</i>

I n d e x.

	Pag.		Pag.
<i>Linagr. vaginata</i>	61	Lychnis arvensis	471
Linum	214	<i>baccifera</i>	455
<i>catharticum</i>	342	<i>Behen</i>	453
<i>humile</i>	341	<i>dioica</i>	471 - 472
<i>Radiola</i>	194	<i>diurna</i>	472
<i>sylvestre</i>	342	Flos cuculi	470
<i>tenuifolium</i>	<i>ibid.</i>	<i>Githago</i>	469
<i>usitatissimum</i>	341	<i>nutans</i>	455
Lithospermum	196	<i>officinalis</i>	447
<i>arvense</i>	217	<i>Otites</i>	453
<i>officinale</i>	218	<i>pratensis</i>	471
<i>purpureo - coeruleum</i>	219	<i>sylvestris</i>	472
	41	<i>Vaccaria</i>	448
Lolium	41	<i>vespertina</i>	471
<i>arvense</i>	147	<i>Viscaria</i>	470
<i>multiflorum</i>	143	Lycopsis	197
<i>perenne</i>	147	<i>arvensis</i>	224
<i>remotum</i>	148	<i>pulla</i>	<i>ibid.</i>
<i>tenulementum</i>	<i>ibid.</i>	Lycopus	8
Lonicera	200	<i>europaeus</i>	28
<i>Caprifolium</i>	244	<i>exaltatus</i>	29
<i>Periclymenum</i>	<i>ibid.</i>	Lysimachia	199
<i>Xylosteum</i>	245	<i>nemorum</i>	232
Luzula albida	383	<i>Nummularia</i>	231
<i>maxima</i>	382	<i>thyrsiflora</i>	233
<i>pilosa</i>	384	<i>vulgaris</i>	232
Lychnanthus scandens	455	Lythrum	479
	459	<i>hysopifolium</i>	483
Lychnis	459	<i>Salicaria</i>	<i>ibid.</i>
M.			
Malus sylvestris	510	Melica Lobelii	99
Majanthemum Convallaria	186	<i>nutans</i>	98
<i>cordifolium</i>	<i>ibid.</i>	<i>nutans</i>	99
Melica	39	<i>rigida</i>	113
<i>ciliata</i>	98	<i>uniflora</i>	99
<i>coerulea</i>	100	Menyanthes	198
<i>decumbens</i>	113	<i>trifoliata</i>	230
		Mespilus	496
		Me-	

I n d e x.

	Pag.		Pag.
<i>Mespilus aucuparia</i>	507	<i>Muscari botryoides</i>	373
<i>Cotoneaster</i>	508	<i>comosum</i>	372
<i>monogyna</i>	505	<i>racemosum</i>	373
<i>Oxyacantha</i>	<i>ibid.</i>	<i>Myosotis</i>	195
<i>Miliarium effusum</i>	75	<i>annua</i>	215
<i>Milium</i>	37	<i>arvensis</i>	<i>ibid.</i>
<i>crus galli</i>	89	<i>Lappula</i>	217
<i>effusum</i>	75	<i>linearis</i>	475
<i>esculentum</i>	90	<i>palustris</i>	216
<i>Moenchia quaternella</i>	194	<i>perennis</i>	<i>ibid.</i>
		<i>Scorpioides</i>	<i>ibid.</i>
<i>Molinia aquatica</i>	93	<i>semidecandra</i>	474
<i>coerulea</i>	100	<i>sylvatica</i>	216
<i>variabilis</i>	<i>ibid.</i>	<i>vulgaris</i>	473
<i>Monotropa</i>	435	<i>Myosoton aquaticum</i>	476
<i>Hypopithys</i>	441	<i>Myosurus</i>	214
<i>Montia</i>	42	<i>minimus</i>	344
<i>fontana</i>	153	<i>Myrrhis aurea</i>	320
<i>Morocarpus capitatus</i>	6	<i>bulbosa</i>	318
<i>Moschatella Adoxa</i>	432	<i>hiruta</i>	319
<i>Moschatellina tetragona</i>	<i>ibid.</i>	<i>temula</i>	317

N.

<i>Nardus</i>	36	<i>Nigella involucreta</i>	557
<i>stricta</i>	64	<i>saliva</i>	556
<i>Nigella</i>	539	<i>Nivaria verna</i>	351
<i>arvensis</i>	556	<i>Nymphaea</i>	537
<i>damascena</i>	557	<i>alba</i>	547
		<i>lutea</i>	548

O.

<i>Oenanthe</i>	209	<i>Ornithogalum</i>	346
<i>fistulosa</i>	310	<i>luteum</i>	363
<i>Oenothera</i>	404	<i>minimum</i>	<i>ibid.</i>
<i>biennis</i>	410	<i>nutans</i>	365
<i>Onagra biennis</i>	<i>ibid.</i>	<i>umbellatum</i>	364
<i>Opulus glandulosa</i>	334	<i>villosum</i>	363

Oxa-

I n d e x.

	Pag.		Pag.
Oxalis	458	<i>Oxycoccus palustris</i>	418
<i>Acetosella</i>	463	<i>Oxys Acetosella</i>	468
<i>corniculata</i>	469	<i>lutea</i>	469
<i>stricta</i>	463		
P.			
<i>Pedus avium</i>	500	Peucedanum	208
Panicum	38	<i>officinale</i>	302
<i>crus galli</i>	89	<i>silaus</i>	303
<i>Dactylon</i>	67	<i>Phalangium Liliago</i>	368
<i>glaucum</i>	88	<i>ramosum</i>	367
<i>mitiaceum</i>	89	Phalaris	37
<i>miliun</i>	90	<i>arundinacea</i>	71
<i>sanguinale</i>	66	<i>aspera</i>	73
<i>verticillatum</i>	87	<i>oryzoides</i>	70
<i>viride</i>	88	<i>phleoides</i>	74
Papaver	557	Phellandrium	209
<i>album</i>	546	<i>aquaticum</i>	311
<i>Argemone</i>	543	Philadelphus	494
<i>dubium</i>	545	<i>coronarius</i>	498
<i>officinale</i>	546	Phleum	37
<i>Rhoeas</i>	544	<i>asperum</i>	73
<i>somniferum</i>	545	<i>Boehmeri</i>	74
<i>somniferum</i>	546	<i>cristatum</i>	116
Parietaria	158	<i>glabrum</i>	74
<i>officinalis</i>	184	<i>nodosum</i>	72
Paris	406	<i>paniculatum</i>	73
<i>quadrifolia</i>	431	<i>Phalaris</i>	74
Parnassia	213	<i>phalaroides</i>	ibid.
<i>palustris</i>	339	<i>pratense</i>	72
Pastinaca	211	<i>pratense</i>	73
<i>sativa</i>	323	<i>ventricosum</i>	ibid.
<i>Pentagonia speculum</i>	242	<i>viride</i>	ibid.
Peplis	349	Physalis	201
<i>Portula</i>	386	<i>Alkekengi</i>	251
<i>Percinca minor</i>	263	Phyteuma	199
<i>Petroselinum crispum</i>	332	<i>orbiculare</i>	243
<i>latifolium</i>	ibid.	<i>spicatum</i>	242
		Pimpinella	212
			Pim-

I n d e x.

Pimpin. dioica	Fag.	Poa Serotina	Pag.
<i>dissecta</i>	330	<i>Setacea</i>	110
<i>intermedia</i>	329	<i>strigosa</i>	<i>ibid.</i>
<i>magna</i>	<i>ibid.</i>	<i>sudetica</i>	107
<i>media</i>	328	<i>trivialis</i>	108
<i>nigra</i>	329	Podagraria Aegopodium	
<i>orientalis</i>	327		333
<i>Saxifraga</i>	329	Polycnemum	34
Plantago	326	<i>arvense</i>	46
<i>lanceolata</i>	156	Polygonatum anceps	371
<i>major</i>	180	<i>multiflorum</i>	<i>ibid.</i>
<i>media</i>	179	<i>verticillatum</i>	370
Poa	<i>ibid.</i>	Polygonum	406
<i>airoides</i>	39	<i>amphibium</i>	424
<i>altissima</i>	93	<i>angustifolium</i>	427
<i>angustifolia</i>	102	<i>aquaticum</i>	424
<i>annua</i>	110	<i>aviculare</i>	429
<i>aquatica</i>	112	<i>Bistorta</i>	423
<i>bulbosa</i>	102	<i>Convolvulus</i>	430
<i>vivipara</i>	106	<i>dumetorum</i>	431
<i>compressa</i>	107	<i>Fagopyrum</i>	429
<i>cristata</i>	111	<i>Hydropiper</i>	426
<i>decumbens</i>	92	<i>incantum</i>	428
<i>distans</i>	113	<i>lapathifolium</i>	425
<i>dubia</i>	103	<i>minus</i>	427
<i>dura</i>	108	<i>Persicaria</i>	425
<i>fertilis</i>	104	<i>Persicaria</i>	427
<i>fluitans</i>	110	<i>Scabrum</i>	425
<i>loliacea</i>	102	<i>terrestre</i>	<i>ibid.</i>
<i>megastachya</i>	124	<i>tomentosum</i>	428
<i>muralis</i>	105	Populago palustris	585
<i>nemoralis</i>	112	Portula diffusa	387
<i>palustris</i>	111	Portulaca	479
<i>polymorpha</i>	108 - 110	<i>oleracea</i>	482
<i>pratensis</i>	110	Potamogeton	159
<i>pratensis</i>	109	<i>crispum</i>	190
<i>quadripedalis</i>	108 - 110	<i>compressum</i>	191
<i>retroflexa</i>	107	<i>fluitans</i>	183
<i>rubens</i>	103	<i>lucens</i>	190
<i>Salina</i>	107	<i>marinum</i>	191
<i>Scabra</i>	103		
	108		Po-

I n d e x.

	Pag.		Pag.
Potamoq. nutans	188	Prunus	495
<i>pectinatum</i>	192	Armeniaca	501
<i>perfoliatum</i>	189	avium	502
Potentilla	497	Cerasus	501
alba	531	domestica	502
Anserina	526	insititia	503
argentea	529	Padus	500
<i>fragariaefolia</i>	526	Spinosa	504
<i>fragariastrum</i>	<i>ibid.</i>	Pulmonaria	196
opaca	530	angustifolia	221
<i>pulvtris</i>	535	officinalis	<i>ibid.</i>
<i>prostrata</i>	526	Pulsatilla	539
recta	528	pratensis	559
reptans	531	vulgaris	<i>ibid.</i>
supina	527	Pyrola	435
Tormentilla	532	<i>declinata</i>	442
verna	529	minor	<i>ibid.</i>
<i>Vesca</i>	525	rotundifolia	<i>ibid.</i>
Primula	198	secunda	443
clatior	228	uniflora	<i>ibid.</i>
farinosa	229	Pyrus	496
<i>inodora</i>	<i>ibid.</i>	<i>aucuparia</i>	507
officinalis	228	communis	509
<i>sylvestris</i>	229	<i>coloneaster</i>	<i>ibid.</i>
<i>veris</i>	228	Cydonia	511
<i>elatior</i>	229	<i>domestica</i>	518
<i>officinalis</i>	228	Malus	510
Prismatocarpos	<i>Specu-</i>	<i>torminalis</i>	506
lum	242		
R.			
Radiola	159	Ranunc. auricomus	572
<i>dichotoma</i>	194	bulbosus	574
<i>linoides</i>	<i>ibid.</i>	capillaceus	581
Millegrana	<i>ibid.</i>	divaricatus	<i>ibid.</i>
Ranunculus	540	<i>Ficaria</i>	562
aconitifolius	573	Flammula	569
acris	577	<i>fluviatilis</i>	582
<i>aquatilis</i>	580 - 581	hederaceus	579
arvensis	578	heterophyllus	580
		Ra-	

I n d e x.

	Pag.		Pag.
Ranunc. lanuginosus	578	Rosa foecundissima	515.
Lingua	571	<i>fusca</i>	516
<i>pellatus</i>	581	<i>Herporhodon</i>	<i>ibid.</i>
pencedanifolius	582	lutea	514
<i>platanifolius</i>	574	<i>mollissima</i>	518
polyanthemos	576	<i>ponifera</i>	<i>ibid.</i>
repens	575	<i>punicea</i>	514
reptans	570	<i>repens</i>	516
<i>Sceleratus</i>	572	rubiginosa	518
Rapunculus orbicularis		spinosissima	516
	243	villosa	517
<i>Spicatus</i>	<i>ibid.</i>	Rossolis rotundifolia	
Reseda	480		343
lutea	486	<i>septemtrionalis</i>	<i>ibid.</i>
Luteola	485	Rubia	156
Rhamnus	202	Tinctorum	178
catharticus	255	Rubus	497
Frangula	256	caesius	522
Rhinchospora alba	50	fruticosus	523
Ribes	202	idaeus	521
Grossularia	259	saxatilis	523
nigrum	258	Rumex	349
reclinatum	259	acutus	391
rubrum	258	Acetosa	394
uva crispa	260	Acetosella	395
Rosa	496	aquaticus	392
alba	520	<i>conglomeratus</i>	390
arvensis	516	crispus	389
<i>bicolor</i>	515	<i>Hydrolapathum</i>	393
canina	519	maritimus	390
centifolia	520	<i>Nemolapathum</i>	<i>ibid.</i>
<i>chlorophylla</i>	514	obtusifolius	391
cinnaamomea	515	Patientia	387
<i>collincola</i>	<i>ibid.</i>	sanquineus	388
<i>eglanteria</i>	514	scutatus	393

S.

Sagina	159	Sagina erecta	195
apetala	193	procumbens	192
			Sa-

I n d e x.

	Pag.		Pag.
<i>Salicaria hyssopifolia</i>	485	<i>Scandix temula</i>	317
<i>vulgaris</i>	<i>ibid.</i>	<i>Schoenus</i>	35
<i>Salicornia</i>	9	<i>albus</i>	50
<i>herbacea</i>	30	<i>compressus</i>	56
<i>Salvia</i>	8	<i>nigricans</i>	51
<i>pratensis</i>	29	<i>Schollera Oxycoccus</i>	418
<i>Sambucus</i>	213	<i>Scilla</i>	347
<i>Ebulus</i>	335	<i>bifolia</i>	366
<i>laciniata</i>	357	<i>Sciophita</i>	158
<i>nigra</i>	356	<i>convallarioides</i>	186
<i>racemosa</i>	537	<i>Scirpus</i>	35
<i>Sanicula</i>	206	<i>acicularis</i>	54
<i>europaea</i>	287	<i>Bacothryon</i>	53
<i>Sanquisorba</i>	157	<i>caespitosus</i>	55
<i>officinalis</i>	181	<i>caricinus</i>	56
<i>Saponaria</i>	436	<i>Caricis</i>	<i>ibid.</i>
<i>dioica</i>	472	<i>compressus</i>	<i>ibid.</i>
<i>officinalis</i>	447	<i>Halleri</i>	53
<i>Vaccaria</i>	448	<i>lacustris</i>	57
<i>Saxifraga</i>	436	<i>maritimus</i>	60
<i>granulata</i>	445	<i>palustris</i>	54
<i>Tridactylites</i>	444	<i>pauciflorus</i>	53
<i>Scabiosa</i>	155	<i>setaceus</i>	58
<i>arvensis</i>	165	<i>sylvaticus</i>	59
<i>columbaria</i>	165	<i>Sclarea pratensis</i>	29
<i>germanica</i>	<i>ibid.</i>	<i>Scleranthus</i>	436
<i>ochroleuca</i>	<i>ibid.</i>	<i>annuus</i>	445
<i>succisa</i>	164	<i>perennis</i>	446
<i>sylvatica</i>	163	<i>Scribaea divaricata</i>	455
<i>Scandix</i>	210	<i>Secale</i>	41
<i>Anthriscus</i>	321	<i>aestivum</i>	143
<i>aurea</i>	319	<i>cereale</i>	142
<i>bulbosa</i>	318	<i>hybernum</i>	143
<i>Cerfolium</i>	320	<i>Sedum</i>	438
<i>hirsuta</i>	319	<i>acre</i>	466
<i>nulans</i>	317	<i>album</i>	465
<i>pecten</i>	315	<i>reflexum</i>	464
<i>sylvestris</i>	316	<i>rupestre</i>	465
			Se-

I n d e x.

	Pag.		Pag.
<i>Sedum sexangulare</i>	466	<i>Sium annuum</i>	322
<i>tectorum</i>	493	<i>Apium</i>	331
<i>Telephium</i>	466	<i>Cicuta</i>	312
<i>villosum</i>	467	<i>Conium</i>	296
<i>Selinum</i>	207	<i>Coriandrum</i>	315
<i>Anethum</i>	324	<i>Cynapium</i>	314
<i>Angelica</i>	307	<i>Falcaria</i>	309
<i>carvifolium</i>	298	<i>graveolens</i>	351
<i>Cervaria</i>	299	<i>latifolium</i>	307
<i>officina'e</i>	302	<i>Petro-selinum</i>	332
<i>Oreoselinum</i>	300	<i>Silaus</i>	303
<i>palustre</i>	297	<i>Solanum</i>	201
<i>Pastinaca</i>	323	<i>Dulcamara</i>	251
<i>Peucedanum</i>	302	<i>luteum</i>	253
<i>pubescens</i>	307	<i>nigrum</i>	252
<i>Sempervivum</i>	481	<i>tuberosum</i>	253
<i>globiferum</i>	494	<i>Sorbus</i>	495
<i>tectorum</i>	493	<i>Aucuparia</i>	507
<i>Seseli</i>	211	<i>domestica</i>	508
<i>Aegopodium</i>	353	<i>torminalis</i>	506
<i>annuum</i>	322	<i>Spergula</i>	439
<i>Carum</i>	326	<i>arvensis</i>	477
<i>Falcaria</i>	309	<i>nodosa</i>	478
<i>graveolens</i>	331	<i>pentandra</i>	477
<i>Sesleria</i>	59	<i>Sphondylium Branca</i>	305
<i>coerulea</i>	101	<i>Spiraea</i>	496
<i>Sherardia</i>	156	<i>Aruncus</i>	512
<i>arvensis</i>	166	<i>Filipendula</i>	<i>ibid.</i>
<i>Sieglingia decumbens</i>	114	<i>Ulmaria</i>	513
<i>Silene</i>	437	<i>Staphylaea</i>	213
<i>Armeria</i>	457	<i>pinnata</i>	338
<i>baccifera</i>	454	<i>Staphyllodendron pinna-</i>	
<i>Cucubalus</i>	453	<i>tum</i>	<i>ibid.</i>
<i>inflata</i>	<i>ibid.</i>	<i>Statice</i>	214
<i>noctiflora</i>	456	<i>Armeria</i>	340
<i>nutans</i>	455	<i>Stellaria</i>	437
<i>Otites</i>	453	<i>Alsine</i>	459
<i>Sium</i>	209	<i>aquatica</i>	476
<i>angustifolium</i>	308	<i>arvensis</i>	<i>ibid.</i>
			Stel-

I n d e x.

	Pag.		Pag.
Stellar. arvensis	477	Stellera	405
<i>Dilleniana</i>	460	<i>passerina</i>	421
<i>glauca</i>	<i>ibid.</i>	Stipa	38
<i>graminea</i>	459	<i>capillata</i>	84
<i>Holostea</i>	458	<i>pennata</i>	85
<i>media</i>	339	Sturmia minima	65
<i>nemorum</i>	457	<i>verna</i>	<i>ibid.</i>
<i>nodosa</i>	478	Succisa columbaria	165
<i>palustris</i>	460	<i>pratensis</i>	164
<i>pentandra</i>	478	Symphytum	196
<i>serpillifolia</i>	462	<i>officinale</i>	222
<i>uliginosa</i>	460	Syntherisma	36
Stellaris bifolia	366	<i>vulgare</i>	66
<i>corymbosa</i>	364	Syringa	7
<i>lutea</i>	365	<i>suaveolens</i>	499
<i>minima</i>	364	<i>vulgaris</i>	10

T.

Thalictrum	540	Tithym. Cyparissias	492
<i>angustifolium</i>	566	<i>Esua</i>	490
<i>aquilegifolium</i>	567	<i>exiguus</i>	487
<i>flavum</i>	565	<i>helioscopius</i>	488
<i>minus</i>	564	<i>Peplus</i>	486
Thesium	203	<i>platyphyllos</i>	489
<i>intermedium</i>	262	<i>sylvaticus</i>	490
<i>Linophyllum</i>	<i>ibid.</i>	Tordylium	207
<i>montanum</i>	<i>ibid.</i>	<i>Anthriscus</i>	294
Thymelaea Mezereum	420	<i>maximum</i>	290
Tilia	537	Torilis Anthriscus	321
<i>cordata</i>	550	<i>divaricata</i>	295
<i>europaea</i>	548 - 549	<i>helvetica</i>	<i>ibid.</i>
<i>grandifolia</i>	548	<i>scandicina</i>	321
<i>microphylla</i>	549	Tormentilla	497
<i>parvifolia</i>	<i>ibid.</i>	<i>erecta</i>	532
<i>platyphyllos</i>	<i>ibid.</i>	<i>officinalis</i>	<i>ibid.</i>
<i>u. misifolia</i>	<i>ibid.</i>	<i>reptans</i>	533
Tithymalus cajogalus	491	Tragoselinum dissectum	329
			Tra-

I n d e x.

	Pag.		Pag.
<i>Tragosel. magnum</i>	328	Tritic. hybernum	145
<i>saxifragum</i>	326	monococcum	146
Trapa	157	<i>pinnatum</i>	125
<i>natans</i>	183	<i>repens</i>	144
Trichodium	37	<i>sativum</i>	145
<i>caninum</i>	76	<i>spelta</i>	<i>ibid.</i>
Trientalis	401	<i>syriaticum</i>	126
<i>europaea</i>	402	<i>teretiflorum</i>	<i>ibid.</i>
Triglochin	349	<i>vulgare</i>	145
<i>maritimum</i>	396	Trochilus	540
<i>palustre</i>	<i>ibid.</i>	<i>connivens</i>	583
Trisetum pratense	140	<i>europaeus</i>	<i>ibid.</i>
<i>striatum</i>	139	Tulipa	346
Triticum	41	<i>sylvestris</i>	362
<i>aestivum</i>	145	Tunica carthusianorum	449
<i>bromoides</i>	125	<i>prolifera</i>	450
<i>caninum</i>	143	Typhoides arundinacea	71
<i>cereale</i>	145		
<i>dicoccon</i>	147		

U.

Ulmaria palustris	513	Ulmus nuda	280
Ulmus	205	<i>octandra</i>	281
<i>campestris</i>	280	<i>suberosa</i>	<i>ibid.</i>
<i>ciliata</i>	281	Utricularia	8
<i>effusa</i>	<i>ibid.</i>	<i>minor</i>	28
<i>montana</i>	<i>ibid.</i>	<i>vulgaris</i>	27

V.

Vaccaria pyramidata	448	Valeriana dioica	44
Vaccinium	405	<i>locusta</i>	45 - 46
<i>Myrtillus</i>	416	<i>officinalis</i>	43
<i>Oxycoccus</i>	418	<i>olitoria</i>	45
<i>Vitis idaea</i>	417	Ventenata avenacea	139
Valantia cruciata	176	Verbascum	200
Valeriana	34	<i>album</i>	247
<i>dentata</i>	46	<i>Lychnitis</i>	246

Ver-

I n d e x.

	Pag.		Pag.
Verbasc. <i>Lychmitis</i>	247	Veronica verna	25
nigrum	248	Viburnum	212
pulverulentum	247	Lantana	333
Thapsus	246	Opulus	304
Veronica	8	Vinca	203
<i>acinifolia</i>	23	minor	263
agrestis	22	<i>Vincetoxicum officinale</i>	270
Anagallis	17	Viola	203
arvensis	22	arvensis	268
Beccabunga	16	canina	265
Chamaedrys	20	hirta	263
hederaefolia	24	mirabilis	267
latifolia	18	montana	266
montana	21	odorata	264
officinalis	15	palustris	<i>ibid.</i>
praecox	23	persicifolia	266
prostrata	19	tricolor	267
<i>pseudochamaedrys</i>	<i>ibid.</i>	<i>Viscago baccifera</i>	455
scutellata	18	Vitis	202
serpyllifolia	16	<i>idaea myrtillus</i>	416
spicata	14	<i>punctata</i>	417
spuria	<i>ibid.</i>	laciniosa	261
<i>Teucrium</i>	19	vinifera	<i>ibid.</i>
triphyllos	24	<i>Vulpia Myurus</i>	119

W.

<i>Weingaertneria canescens</i>	97
---------------------------------	----

R e g i s t e r

der
deutschen Pflanzen - Benennungen.

A.

	Pag.		Pag.
Ackelei	555	Adonisröslein	568
Acker - Fuchsschwanz	68	Aglei	555
Acker - Hahnenfuß	578	<i>Ahlbeere</i>	500
Ackerhimbeere	522	Ahorn	407
Acker - Hornkraut	475	<i>Alleluja</i>	463
Acker - Krummhals	224	<i>Allermanns - Harnisch</i>	47
Acker - Lolch	147	Ampfer	387
Acker - Mausohr	215	<i>Amphibienknöterich</i>	424
<i>Ackermohn</i>	543	<i>Amurettgras</i>	105
<i>Ackernigelle</i>	556	<i>Angelik</i>	506
<i>Acker - Rapunzel</i>	258	Apfelbirne	510
Acker - Seifenkraut	448	Apostemkraut	163
Acker - Spark	477	Aprikosenbaum	501
<i>Acker - St inbrech</i>	185	<i>Aprikosenpflaume</i>	<i>ebend.</i>
Acker - Steinsaame	217	Astrenz	288
<i>Acker - Sternkraut</i>	167	Attich	335
Acker - Taubenkropf	453	<i>Augentrost</i>	458
Acker - Trespe	129	<i>Augenwurz</i>	300
Ackerveilchen	268	<i>Augusthafer</i>	138
Acker - Waldmeister	167	<i>Aurin, rother</i>	253
<i>Adlersblume</i>	555		

B.

<i>Bachbungen</i>	16	Bärenlauch	359
Bärenklau	305	<i>Bärwurz</i>	305
Heller Flora I.		39	Bal-

R e g i s t e r.

	P. g.		Pag.
Baldrian	43	Blutkraut	483
Balsamine, wilde	29	Blutkraut	181
Bandgras	71	Büdinglein	448
Barigras	86	Bütschiering	296
Barsch	305	Blutströflein	568
Bären, weißer	452	Blutwurz	532
Bemholz	245	Bocksbart, wilder	512
Beinwell	222	Bockbeere	522
Benediktenwurz	335	Bocksfenchel	322
Berberize	586	Boragen	223
Berg-Ahorn	409	Borretsch	ebend.
Berg-hirschwurz	500	Borstengras	64
Berg-Lauch	555	Brackendistel	286
Bergpetersilie, große	299	Breitlaub	408
- kleine	500	Brennkraut	569
Berg-Sedum	464	- aufrechtes	564
Berg-Weiderich	413	- kriechendes	563
Bibernell	326	Brennwurz	420
Bilsenkraut	249	Brockkümmel	325
Binse	53	Brombeere, blaue	522
Birnbaum	509	- schwarze	523
Birnkraut	442	Brombeerstrauch	ebend.
Birnquitte	511	Bruchkraut	271
Bisam-Erdrauch	452	Brunnenmejer	153
Bisamkraut	ebend.	Buchampfer	468
Bit erklec	250	Buchweizen	429
Bittersüß	251	Buchwinde	430
Blasenkirsc	ebend.	Buhlkraut	278
Blasenraufstrauch	338	Bundlilie	361
Blasenranunkel	577	Büschelglockenblume	240
Blumendünse	434	Buschglocke	236
Blutauge	335	Buschknöterich	451
Blutauge	568	Busch-Windblume	561
Bluthirse	66	Butterblume	585

C.

Centunkel	180	Christwurz	584
Chronic	253	Cucumerkraut	324
Christophskraut	541		

D.

R e g i s t e r.

D.

	Pag.		Pag.
Dach - Trespe	154	Dotterblume	585
Darmbeerbaum	506	Drehkraut	290
Dickrabe	230	Dreifaltigkeitskraut	267
Dill	324	Dreizack	396
Diptam	440	Dreschflachs	342
Do densusparre	154	Dungras	61
Donnerkraut	495	Düffel	145
Donnernelke	418	Düffelweizen	ebend.
Dorigänsefuß	274	Durchbrech	289
Dornapfel	278	Durchwachs	ebend.
Dorsch - Lein	342		

E.

Eberesche	507	Enzian	282
Ehre	407	Ephen	260
Ehrenpreis	14	Eppich	351
Einbeere	43	Erdäpfel	253
Einblatt	559	Erdbeere	524
Einkorn	146	Erdbeerspinat	6
Eisenhut	553	Erdgalle	255
Elsbeer - Weißdorn	506	Erdpinnenkraut	367
Elsdorn	409	Erdweich	448
Emmer	147	Esche	11
Emmerkorn	ebend.	Escherwurz	440
Engelblume	583	Eselskörbel	316
Engelwurz	306	Eselsmilch	490

F.

Färberröthe	178	Feld - Mannstreu	286
Faulbaum	256	Feldmohn, rother	544
Federgras	84	Feldnelke	448
Fedie	45	Feld - Rittersporn	553
Feigwarzenkraut	562	Feldrose	516
Feld - Ahorn	409	Feldsimse	385
Feld - Enzian	284	Feldspinat	274
Feld - Kummel	325	Feld - Ulme	280
		59 *	Fel-

R e g i s t e r.

	Pag.		Pag.
Felsen - Steinwurz	465	<i>Flölkraut, brennendes</i>	426
Fench	87	- <i>gemeines ebend.</i>	
<i>Fette Henne</i>	465	<i>Blötenstrauch</i>	498
Fichten - Ohnblatt	441	<i>Flughäfer</i>	158
<i>Fichtenspargel</i>	<i>ebend.</i>	Fluß - Saamkraut	188
<i>Fieberklee</i>	250	<i>Frauenkrieg</i>	225
<i>Fiebrkraut</i>	255	Frauenmantel	184
Fikarie	562	<i>Frauenspiegel</i>	241
<i>Fülpindel</i>	512	<i>Frauenstroh</i>	175
Fingergras	67	Freisamkraut	267
Fingerkraut	526	<i>Froschloffel</i>	598
<i>Fischmelde</i>	279	<i>Frosch, jeffer</i>	572
Flachs	341	Frühlings - Fikarie	562
<i>Flachsgras</i>	65	Frühlings - Fingerkraut	529
Flachs - Seide	187	Frühlings - Simse	384
Fladergras	75	Frühlings - Spargel	477
Flattersimse	375	Fuchsschwanz	68
<i>Fleischblume</i>	470	<i>Fünffingerkraut</i>	551
Fleisch - Lauch	553	<i>Futtergerste</i>	152
Flieder	10	<i>Futterspargel</i>	477
Flittergras	114	Futter - Trespe	153

G.

Gänse - Fingerkraut	526	Geisblatt	244
Gänsefuß	274	Geisfuß	552
<i>Gänserich</i>	526	<i>Gelbkraut</i>	485
<i>Gamander - Ehrenpreis</i>	18	<i>Gelenkwurz</i>	370
<i>Gamander, wilder</i>	20	Gemüs - Ampfer	387
<i>Gartenboragen</i>	225	<i>Gemüs - Lauch</i>	557
Gartenkörbel	320	<i>Gerhardskraut</i>	552
Garten - Koriander	514	Gerste	150
Garten - Melde	272	Giersch	332
<i>Gartenmohn, großer</i>	546	Gifflahnenfuß	572
Gartenpetersilie	552	Giftwurz	270
Gartenportulak	482	Glanzgras	71
<i>Gartentrappunzel</i>	410	Glaskraut	184
Garten - Silene	457	Glasschmalz	30
Garten - Wolfsmilch	486	Gleifse	314
Gauchheil	255	Glockenblume	256
Geisbart - Spierstaude	512	Gnadenkraut	26

Gold-

R e g i s t e r.

	Pag.		Pag.
Goldhafer	140	<i>Grindkraut</i>	165
<i>Goldmilz</i>	421	Grindwurz	387
<i>Goldrölein</i>	550	Grundbirn	255
<i>Goldwurz</i>	361	<i>Grundheil</i>	500
Graslilie	367	Gugucksblume	470
Grasnelke	310	<i>Gundermann, kleiner</i>	24
<i>Gretel unter dem Busch</i>	557	<i>Guier Heinrich</i>	274
		Gypskraut	446

H.

<i>Haaferschleen</i>	505	<i>Heidelwinde</i>	450
Haargras	149	<i>Heidenelke</i>	451
Haarstrang	302	<i>Heidenschmuck</i>	550
<i>Harckenkraut</i>	559	<i>Heidenysop</i>	ebend.
Hafer	156	<i>Heilkraut</i>	305
Haftdolde	291	<i>Heilwurz</i>	552
Hagedorn	504	Herbst - Adonis	568
<i>Hagenbutterose</i>	519	Herbstblume	397
<i>Hahnenbutterose</i>	517	Herbst - Zeitlose	ebend.
Hahnenfals	569	Hexenkraut	12
Hahnensporn - Fench	89	<i>Hexenstrang</i>	565
Halmispengras	111	Himbeere	521
<i>Halskraut</i>	240	<i>Himmelsbrand</i>	246
Harnkraut	485	<i>Himmelsgerste</i>	152
Hartriegel	182	<i>Himmelsstau</i>	102
Haselwurz	481	<i>Himmelsstengel</i>	283
<i>Haubrod</i>	385	Hirsch - Glockenblume	241
Hasenohr	289	<i>Hirschdorn</i>	255
Hauswurz	495	<i>Hirschkohl</i>	221
<i>Hechelkraut</i>	315	Hirsch - Silge	299
Heckenbuchwinde	451	Hirschwurz	301
<i>Heckenkirsche</i>	245	<i>Hirschwurz</i>	299
<i>Heckenrose</i>	519	Hirse	89
Heckenwinde	235	Hirsegras	75
Heide	419	Hirschen - Fench	89
<i>Heidekerze</i>	246	<i>Hohlbeere</i>	521
Heidekorn	429	<i>Holler</i>	10
<i>Heidekraut</i>	419	Hollunder	355
<i>Heidel</i>	429	Holzapfel	510
Heidelbeere	416	Holzbirne	509
		Ho-	

R e g i s t e r.

	Pag.		Pag.
Honiggras	90	<i>Hundslauch</i>	356
Hornkraut	475	<i>Hundsmelch</i>	278
Hügelblume	269	<i>Hundsmilch</i>	483
Hügel - Waldmeister	169	<i>Hunds - Petersilie</i>	314
<i>Hühnerbiß</i>	454	Hundsrose	519
<i>Hühnerdarm</i>	339	Hundsveilchen	265
<i>Hühnerfench</i>	89	Hundswaizen	143
<i>Hundbeerstrauch</i>	182	Hundszunge	220
Hunds - Gleifse	314	Hyazinthe	372
Hundsgras	149		

I.

Jasione	269	Johannisbeere	258
<i>Jasmin, wilder</i>	498	<i>Johannistrauben</i>	<i>ebend.</i>
<i>Je länger je lieber</i>	251	<i>Johanniswedel</i>	513
<i>Jerichorose</i>	244	Judendecke	251
<i>Jeglikolben</i>	248	<i>Judenkirsche</i>	<i>ebend.</i>
Immergrün	265	<i>Jungferngras</i>	271

K.

Kälberkropf	316	Klebkraut	178
<i>Kälbersaamen, gelber</i>	319	Klebnelke	470
Kalmus	374	Kleinling	180
<i>Kalmus, unechter</i>	49	<i>Klang - Lein</i>	341
Kamugras	115	Klettenkörbel	321
Kamukörbel	315	<i>Klosterbeere</i>	260
<i>Kaper, deutsche</i>	585	Knauel	445
Karte	161	Knaulgras	115
Kartendistel	<i>ebend.</i>	Knoblauch	353
Kerthäusernelke	448	Knöterich	423
Kastanie, wilde	403	Knopfgras	50
<i>Katzenpfeffer</i>	466	<i>Knopfnelke</i>	450
<i>Katzenwurzel</i>	43	Knopfsimse	375
Kellerhals	420	Knorpelkraut	46
<i>Kernkraut</i>	452	Knotenblume	351
Kirschbaum	502	<i>Knotengras</i>	108
<i>Klapperrose</i>	544	Königskerze	246
<i>Klebgas</i>	87	Körbel	315

Kol-

R e g i s t e r.

	Pag.		Pag.
<i>Kolbenbinse</i>	55	Kreutzdorn	255
Komarum	535	Kreutz - Enzian	285
Koriander	314	Kriechenpflaume	503
Korn	142	<i>Kriechrose</i>	516
Kornelkirsche	182	Krötensinse	381
<i>Kornhyazinthe</i>	572	<i>Kronsbeere</i>	417
<i>Kornnelke</i>	469	Krummhals	224
Korn - Raden	ebend.	Kugelblume	160
<i>Kornrose</i>	469 - 544	<i>Küchenlauch</i>	359
<i>Kornwinde</i>	255	Küchenschelle	559
Krachmandel	500	<i>Kugeblume</i>	583
Kräizkraut	163	<i>Kugelhahnenfuß</i>	ebend.
Krapp	178	<i>Kuhblume</i>	585
Krausbeere	258	<i>Kuhkraut</i>	448
<i>Krauthollunder</i>	335	Kukabal	452
<i>Krebswurz</i>	423	Kümmel	325
<i>Kreutzbeerdorn</i>	255	Küttenbaum	511

L.

<i>Labestock</i>	306	<i>Lerchenblume</i>	553
Labkraut	170	<i>Lerchenthunlein</i>	229
<i>Lämmerlattich</i>	46	<i>Lichtblume</i>	397
<i>Lämmeralat</i>	45	Lichtnelke	470
<i>Land - Rohr</i>	79	Liebstockel	306
Laserkraut	304	Lieschgras	72
Lauch	352	<i>Liguster</i>	10
<i>Läuschkraut</i>	584	<i>Lilac</i>	ebend.
<i>Lavendegras</i>	32	Lilie	561
<i>Leberblume, weiße</i>	339	Linde	548
<i>Leberblümlein</i>	558	<i>Löwenfuß</i>	184
<i>Leberklette</i>	484	Loich	147
Leberkraut	558	Lonizere	244
Leersie	70	<i>Lungenblume</i>	282
Leinkraut	454	Lungen - Enzian	ebend.
Lein	341	Lungenkraut	221
Leinblatt	262	Lysimachie	251
<i>Lenne</i>	408		

M.

<i>Märzglöckchen</i>	351	<i>Magenwurz</i>	374
Märzveilchen	264	Mandelbaum	499

Man-

R e g i s t e r.

	Pag.		Pag.
Mangold	279	Meersaamkraut	191
Mannagras	102	<i>Meersalz - Binse</i>	596
Mannsharnishh	226	Meerzwiebel	366
Mannsschild	<i>ebend.</i>	<i>Mehlbaum</i>	333
Mansiren	286	Mejerich	167
Mafsholder	407	Melde	272
<i>Mißlieben, blaue</i>	160	<i>Melilotengras</i>	32
Mastkraut	192	Merk	307
Mauer - Gänsefuß	276	Miere	339
Mauer - Gerste	150	<i>Michahorn, großer</i>	408
Mauer - Gypskraut	446	Milzkraut	421
<i>Mauerlorber</i>	260	Mispel	508
<i>Mauermelde</i>	276	<i>Mistmelde</i>	275
<i>Mauernelke</i>	446	Möhre	295
Mauerpfeffer	466	Mohn	545
Mauer - Trespe	134	Mohn, schlafbringender	545
Mäusegerste	150	Mohn, weißer	546
<i>Mausgras</i>	344	<i>Mohnsaamen, schwarzer</i>	545
Mausohr	215		545
Mäuseschwanz	344	Mohrrübe	295
Mayblume	369	Montie	153
<i>Mayenkraut</i>	167	<i>Moosbeere</i>	418
<i>Mayenschelle</i>	371	Moosbinse	54
Mayrose	515	<i>Moosblume</i>	585
Meerbinse	60	Moos - Heidelbeere	418
Meerlinse	31	Morast - Labkraut	170

N.

Nachtkerze	410	<i>Nardensaamen</i>	556
Nachtschatten	251	Natterkopf	225
Nacht - Silene	456	<i>Natterwurz</i>	423
<i>Nackte - Jungfrau</i>	397	Nelke	448
Nadelkörbel	315	Nelkengras	154
<i>Nägeleingras</i>	340	<i>Nelkenmiere</i>	458
<i>Nagelkraut</i>	231	Nelkenwurz	533
<i>Nard, wilder</i>	481	Nieswurz	584

O.

Ochsenzunge	219	Ohnblatt	441
Odermennig	484	<i>Ohrlöffelkraut</i>	453
Ohnkraut	185	<i>Osterblume</i>	559

P.

R e g i s t e r.

P.

	Pag.		Pag.
<i>Pariskraut</i>	431	Pfeifenstrauch	498
Parnassie	339	Pfenningkraut	231
<i>Parzenkraut</i>	312	<i>Pferde - Binse</i>	57
Pastinak	323	<i>Pferdeschwanz</i>	3
<i>Paternosterstrauch</i>	338	Pferdkümmel	298
Pechmelke	470	Pflaumenbaum	500
Perlgras	93	Pfriemengras	84
Perlirse	213	<i>Pfriemgras</i>	64
Petersilie	332	<i>Pimpernuß</i>	338
Petersilien - Eppich	ebend.	<i>Pistazie, wilde</i>	ebend.
Petersilientraube	261	Porre	353
<i>Peterskorn</i>	146	Portulak	482
<i>Peterskraut</i>	184	Prachtnelke	452
<i>Pfaffenhuthwein</i>	257	<i>Preusselbeere</i>	417
<i>Pfeffer, deutscher</i>	420	<i>Pulverholzbaum</i>	256
<i>Pfefferroschen</i>	257	Purgir - Lein	342
<i>Pfefferwurz</i>	326	Purgirkraut, wahres	26

Q.

Quecke	144	Quell - Montie	153
Quecktrespe	131	Quittenbirne	511
Quellenmiere	459	Quitten - Mispel	508

R.

Raden	469	Rheinweide	10
<i>Rajgras, englisches</i>	147	<i>Rippenkraut</i>	189
<i>französisches</i>	90	Rispengras	102
Rapunzel	242	Rittersporn	552
Rapunzel - Glockenbl.	238	Röthe	178
Rasen - Binse	55	Rockenbollen	355
Rasen - Schmiele	94	Roggen	142
<i>Rauhlinde</i>	281	Roggentrespe	127
<i>Rauschgrün</i>	418	Rohr	79
Rebendolde	310	Rohrschilf	83
<i>Rehkraut</i>	419	Rose	514
Reisgras	70	Rosenmelde	272

Roß-

R e g i s t e r.

	Pag.		Pag.
<i>Rafampfer</i>	395	Ruchhafer	136
<i>Rafsenchel</i>	311	<i>Rübenkorbel</i>	318
Rolsgras	99	<i>Rübenranunkel</i>	574
Rolskastanie	403	Rüster	280
Rostrose	518	Ruhrwurz	552
Ruchgras	52	Runkelrübe	289

S.

<i>Saalkrüglein</i>	548	<i>Schaumröslein</i>	452
Saamkraut	188	Schierling	296
Saat - Gerste	151	<i>Schießbeere</i>	256
<i>Saat - Haaser</i>	137	Schilf	79
<i>Saatmohn</i>	545	<i>Schilfgras</i>	71
Saatwaizen	145	Schirnkraut	402
Salat - Fedie	45	<i>Schlafkraut</i>	249
Salbei	29	<i>Schlangenkraut</i>	423
<i>Salomonssiegel</i>	370	Schlangenlauch	353
<i>Satzbinse</i>	396	Schleendorn	504
Salzgras	<i>ebend.</i>	Schleempflaume	<i>ebend.</i>
<i>Sandhafer</i>	136	Schlingbaum	333
Sandkraut	461	<i>Schlottenkraut</i>	559
Sandlauch	354	Schlüsselblume	228
Sandmohn	543	Schlutte	251
Sandnelke	340	<i>Schmeerwurz</i>	463
Sand - Steinbrech	444	Schmeilengras	92
Sanikel	287	<i>Schmelzblume, gemeine</i>	574
<i>Sanerach</i>	386	<i>Schmergelkraut</i>	274
Sauerampfer	394	Schmiele	92
Sauerdorn	386	Schminkbeere	6
<i>Sausenichel</i>	302	<i>Schminkwurz</i>	217
Sauerklee	468	Schneeballstrauch	335
<i>Sautodt</i>	352	Schneeglöckchen	350
<i>Schaafampfer</i>	395	<i>Schneetropfen</i>	<i>ebend.</i>
<i>Schaafmäulche</i>	45	Schnittlauch	360
<i>Schaufrapunzel</i>	269	Schöllkraut	542
Schaafschwingel	116	<i>Schöllkraut, kleines</i>	562
Scharfkraut	223	<i>Schöllwurz</i>	<i>ebend.</i>
<i>Scharlach - Bocksbeere</i>	523	Schutt - Hornkraut	474
<i>Scharlottenzwiebel</i>	358	<i>Schwaden</i>	102
Schattenblümchen	186	Schwalbenwurz	270

Schwarz-

R e g i s t e r.

	Pag.		Pag.
<i>Schwarzbere</i>	410	Sommer - Lolch	148
Schwarzdorn	504	<i>Sommerroggen</i>	143
Schwarzkümmel	556	<i>Sommer - Weizen</i>	145
<i>Schwarzwinde</i>	430	<i>Sommerzwiebel</i>	559
<i>Schwarzwurz</i>	222	<i>Sonnengürtel</i>	550
<i>Schwarzwurz, gemeine</i>	541	<i>Sonnenhirse</i>	218
<i>Schwefelwurz</i>	301	Sonnenröschen	550
<i>Schweinsmelde</i>	277	Sonnenhau	343
<i>Schweigenbaum</i>	354	Spargel	308
Schwertel	48	Spark	477
<i>Schwindelbeerbaum</i>	353	<i>Specklilie</i>	244
Schwingel	116	Speierling	308
Schwingelgras	ebend.	<i>Speierlingsgras</i>	181
See - Ampfer	390	Spelz	146
Seebinse	57	Spergel	477
<i>Seeblume, große</i>	547	Sperlingszunge	421
Seerufs	183	Spiegel - Glockenblume	241
Seerose	547	Sperlingsbann	508
<i>Seerose, gelbe</i>	548	Spierstaude	512
Seestrands - Dreizack	396	<i>Spinat, wilder</i>	272
Seidelbast	420	Spindelbaum	257
<i>Seidenkraut</i>	187	Spinnenhafer	138
Seifenkraut	447	Spitz - Ahorn	408
Sesel	322	<i>Spitzflader</i>	ebend.
Seslerie	101	<i>Spornblume</i>	553
Sherardie	166	<i>Springfluchs</i>	341
<i>Sichelkraut</i>	309	Springkraut	269
<i>Sichelmohre</i>	ebend.	Spurre	154
<i>Siebenfingerkraut, rothes</i>	535	Stachelbeere	259
Siegwurz	47	Stachelnuß	183
<i>Sil u</i>	303	<i>Stachelranunkel</i>	578
<i>Silberkraut</i>	529	<i>Stachelrose</i>	517
Silge	297	Stadt - Gänsefuß	275
Simse	375	<i>Staubkerze</i>	247
<i>Sinau</i>	134	Stechapfel	248
Sinngrün	263	<i>Steinbeere</i>	525
Sommer - Adonis	568	Stein - Bibernell	326
<i>Sommergerste</i>	152	Steinbrech	444
<i>Sommerkorn</i>	143	- rother	512
<i>Sommer - Linde</i>	548	<i>Stein - Himbeere</i>	523
		<i>Steinhirse</i>	217

R e g i s t e r.

	Pag.		Pag.
<i>Steinknöpfe</i>	525	Sumpfbirse	54
<i>Steinlinde</i>	549	Sumpf - Dotterblume	585
<i>Steinmilch</i>	487	Sumpf - Dreizack	596
<i>Stein - Petersilie</i>	326	<i>Sumpfhahnenfuß, großer</i>	
Steinsaame	217		571
Steinwurz	463	- <i>kleiner</i>	569
<i>Stephanskraut</i>	12	<i>Sumpf - Kälberkropf</i>	318
Sterndolde	288	Sumpf - Komarum	535
Sternkraut	457	Sumpf - Labkraut	170
<i>Sternkraut</i>	166	Sumpf - Lysimachie	231
<i>Sternleberkraut</i>	167	Sumpf - Mausohr	216
Sternmiere	457	<i>Sumpfnabelkraut</i>	286
<i>St. Otdienkraut</i>	553	Sumpf - Parnassie	339
Strahlkraut	194	Sumpf - Spierstaude	513
Straufsgras	76	Sumpf - Sternkraut	460
<i>Streichkraut</i>	485	Sumpfveilchen	264
<i>Strickgras</i>	50	Sumpf - Weiderich	415
Sturmbhut	553	Sumpf - Windhalm	78
<i>Sumpfsaldrian</i>	44	<i>Sumpfwolle</i>	61
Sumpf - Benediktenwurz		Suppenlauch	360
	534	<i>Sybillenwurz</i>	285

T.

Tag - und - Nacht - Veilchen	267	Thymian - Flachsseide	187
Tannenwedel	3	<i>Timotheusgras</i>	72
Tauben - Krätzkraut	165	<i>Toukirsche</i>	250
Taubenkropf	452	Tollkorn	148
<i>Taubhafer</i>	138	<i>Tollkraut</i>	250
<i>Taumelkörbel</i>	317	<i>Tollpetersilie</i>	314
<i>Tausendguldenkraut</i>	253	Torfbirse	53
<i>Tausendknotenkraut</i>	429	Traubenhollunder	337
<i>Teichlilie, gelbs</i>	49	<i>Traubenkirsche</i>	500
<i>Teufels - Abbiß</i>	164	Trespe	127
<i>Teufelsauge</i>	568	Trollblume	583
<i>Teufelsmilch</i>	492	<i>Tropfwurz</i>	310
Thalblume	369	Tulpe	362
<i>Theriakwurz</i>	326	<i>Türkischer Bund</i>	361

U.

R e g i s t e r.

U.

Ulmbaum	Pag. 280	Ulme	Pag. 280
---------	-------------	------	-------------

V.

Veilchen	263	Vogelkraut	339
<i>Veilwurz, deutsche</i>	48	<i>Vogelmiere</i>	<i>ebend.</i>
<i>Venuskamm</i>	315	Vogelmilch	365
<i>Venuspiegel</i>	241	<i>Vogelnest</i>	295
Vergiftmeinnicht	215	Vogelpflaume	500
<i>Viehgras</i>	109	Vogelsternkraut	459
Vogelbeerbaum	507	<i>Vogelzunge</i>	430
Vogelknöterich	429		

W.

Waizen	143	Wald - Windblume	560
Waldbinse	59	Wald - Wolfsmilch	490
Waldephen	260	<i>Waldwurz</i>	441
<i>Walderdbeere</i>	524	<i>Walker - Karte</i>	161
<i>Waldesche</i>	407	Wallwurz	222
<i>Waldglocke</i>	238	Wanzenrose	514
<i>Wald - Haargras</i>	149	<i>Wanzenstrauch</i>	258
<i>Waldheide</i>	419	<i>Waschkraut</i>	447
<i>Waidhirse</i>	75	Wasser - Ampfer	393
<i>Wald - Kartendistel</i>	161	Wasser - Andorn	28
<i>Waldklette</i>	12	<i>Wasser - Eppich</i>	531
<i>Waldknoblauch</i>	359	Wasserfeder	230
Wald - Labkraut	174	Wasserfenchel	311
<i>Wald - Lauch</i>	355	Wasser - Fuchsschwanz	69
Wald - Lichtnelke	470	<i>Wassergauchheil</i>	17
Wald - Lysimachie	252	<i>Wasserhelm</i>	27
Waldmeister	167	<i>Wasserhollunder</i>	334
<i>Waldrapunzel</i>	242	Wasser - Hornkraut	476
Waldrohr	83	<i>Wasserklee</i>	230
Waldschlüsselblume	228	Wasserknöterich	424
Waldsinse	379	<i>Wasser - Lilie</i>	547
Waldsternkraut	457	<i>Wasser - Linde</i>	548
<i>Waldweiderich</i>	252	Wasserlinse	30

Was-

R e g i s t e r

	Pag.		Pag.
<i>Wasserlisch</i>	434	Weinstock	261
Wassermerk	307	<i>Weißbaum</i>	409
Wassernabel	286	Weißcorn	504
Wassernufs	185	<i>Weißhafer</i>	137
<i>Wassernymphe, gelbe</i>	543	Weißwurz	370
<i>Wasserpfeffer</i>	426	Wiederstofs	470
<i>Wasserranunkel, kleiner</i>	579	<i>Wiesenflachs</i>	342
- <i>weißer</i>	581	Wiesen-Fuchsschwanz	68
<i>Wasser - Raute.</i>	310	Wiesen - Gerste	151
Wasser - Rispengras	192	Wiesenhafer	141
Wasserrose	547	Wiesen - Kleinling	180
<i>Wasserschierling</i>	312	Wiesenknopf	181
Wasserschlauch	27	Wiesenknöterich	423
Wasserschmiele	95	Wiesen - Küchenschelle	559
Wasser - Schwertel	49	Wiesenkümmel	325
Wassersimse	38	<i>Wiesensauch</i>	558
<i>Wassersteinbrech</i>	310	Wiesen - Lichtnelke	470
Wasserstern	4	Wiesen - Lieschgras	72
Wasser - Sternmiere	460	Wiesennelke	451
<i>Wasser - Vergißmeinnicht</i>	216	Wiesen - Rispengras	109
		Wiesenschrohr	81
Wasserviole	434	Wiesen - Schwingel	122
Wasser - Weegerich	398	Wiesentubane	362
Wau	485 - 486	Wiesenwolfe	63
<i>Weber - Distel</i>	161	<i>Wildhafer</i>	138
Weber - Karte	ebend.	Windbaume	560
Weegdorn	255	Winde	235
Weegerich	179	Windhalm	77
<i>Weeggras</i>	429	Wintergerste	151
<i>Weegtritt</i>	ebend.	Wintergrün	260
Weichselbaum	501	Wintergrün	442
<i>Weidenkraut</i>	483	<i>Winterkorn</i>	143
Weiderich	411	<i>Winter - Linde</i>	549
<i>Weihgras</i>	54	Winter - Lolch	147
<i>Weihrauchwurz</i>	301	<i>Winterroggen</i>	143
Weinbergs - Lauch	356	<i>Winterwauzen</i>	145
<i>Weinblatt</i>	407	<i>Winterzwiebel</i>	360
Weinrebe	261	<i>Wolfsbeere</i>	431
<i>Weinrose</i>	518	<i>Wolfsbeeren</i>	250
<i>Weinschädling</i>	386	Wolfsfuß	28
		Wolfs Gesicht	224

Wolfs-

R e g i s t e r.


	Pag.		Pag.
<i>Wolfsgift</i>	533	Wollgras	61
Wollskirsche	259	Wollkraut	246
Wolfsmilch	486	<i>Wundholzbaum</i>	11
<i>Wolfswurzel</i>	533	<i>Wurzelsauger</i>	441
<i>Wolfswurzel, schwarze</i>	541	Wücherich	312

Z.

Zah'kraut	231	<i>Zipfelblume</i>	386
Zacke	369	Zipfelkraut	ebend.
Zaunblume	367	<i>Zipperleinkraut</i>	332
<i>Zaunblöcke</i>	255	Zinnel	299
<i>Zaun - Kapunzel</i>	279	Zittergras	114
<i>Zaunreis</i>	178	<i>Zellerwurzel</i>	391
<i>Zaunriegel</i>	10	Zettenblume	230
<i>Zäpflein kraut</i>	240	<i>Zweiblatt</i>	186
<i>Zapfenholz</i>	256	Zwerggras	65
Zeitlose	397	Zwerg'hollunder	335
Zellerie	331	Zwerg - Schwertel	48
<i>Ziegeunerkraut</i>	28	Zwetschge	502
Zimantrose	515	Zypergras	52







New York Botanical Garden Library
QK314 .H41 v.1
Heller, Franz Xaver/Flora Wirceburgensis gen



3 5185 00121 3923

